TRACTATVS DE FEVDIS D. FRANCISCI SONSBECCII SVVOLLANI, I.C. CLARISSIMI.

QVO NON PARVM MVLTA, AD REM TAmen vel inprimis pertinentia, ab alijs scriptoribus paßim omissa, partim negligentiùs tractata, sanè quàm ingeniosissimè discutiuntur, atque deciduntur.

ac Editione auctus, & locupletior factus allegationibus Doctorum, tam eorum, qui ab Authore ipso dissensêre, quàm qui eiusdem sententias suffragiis suis amplexi sunt.

LLVSTRATVS INSVPER DISPVTATIONIbus quibusdam, quibus elucescit, quid pro defendendis, vel impugnandis controuersis sententijs huius Authoris dici poßit.

Adiecta sunt Summaria, & Index copiosus.

x Legº

Ill.mi Coccini

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.
ANNO M. DC.

GERARDI MORRHII CAMPENSIS.

V Nde fluat f. udum, quid sit, quot membra Senatus
Mystarum Themidos sanctior esse putet,
Quæris, quis Genius, praxis quæ verior, & quàm
Quæratur varijs intereatque modis,
Quid Domino præstare Cliens, Dominusve Clienti
Debeat, ad munus gnauus vterque suum,
Tunque alij incautos quàm sæpè in deuia tesqua
Ducentes, Glossis imposuêre suis,
FRANCISCVS *pulchrè docet hic* SONSBECCIVS *ille,*
Quem Astræa vlnis stringit amica suis.

FEVDO-

EVDORRM CONSVETVDINES IN PARTES QVINDECIM, OPTIMO ORDINE COLLECTAE ET DISTRIBVTAE,

Quarum PRIMA *Pars docet.*

† 2 VIII.

FRANCISCI SONSBECH SVVOLLANI I. C. CLARISSIMI TRACTATVS DE FEVDIS.

PRIMA PARS DE CONSVETVdine, eiusque cum lege & statuto differentia, An consuetudines feudales vtroq; in foro seruandæ sint? Et de feudi penitiore origine.

SVMMARIA.

1 *Quid sit consuetudo.*
2 *In quibus differt Consuetudo à Lege vel Statuto, & in quibus conueniant.*
3 *Consuetudines, etiam in scriptis redactæ, consuetudines manent.*
4 *Lex & Statutum non ligant, priusquam promulgata sunt.*
5 *Consuetudo alia est præter Legem, alia secundùm Legem, alia cõtra Legem.*
6 *Consuetudo secundùm Legem non dicitur Consuetudo, sed propriùs obseruatio Legis.*
7 *Consuetudo quæ est contra ius Diuinum, aut quæ ad peccandum inuitat, non valet.*
8 *Consuetudo contra ius Naturale non valet.*
9 *Consuetudo contra libertatem Ecclesiæ non valet.*
10 *Consuetudo contra publicam vtilitatem an valeat.*
11 *Franci liberè Feuda alienant, etiam sine consensu domini.*
12 *Lex derogatoria Consuetudinis, consuetudinem contrariam, postea introductam, non valere facit.*
13 *Consuetudo generalis derogat Legi generali.*

A 14 Con-

14 *Consuetudo specialis derogat legi generali tantùm in illo loco, vbi consuetudo viget.*

15 *Consuetudo specialis non derogabitur Lege generali sequente, nisi expreßè consuetudinis illius fiat mentio in lege.*

16 *Causæ principi in signum eminentiæ reseruatæ, nisi centum annis consuetudine præscribuntur.*

17 *Consuetudo, quæ ad delinquendum inuitat, non est consuetudo, sed corruptela.*

18 *Consuetudo irrationalis aliquando valet.*

19 *Consuetudo irrationalis non trahitur ad similia.*

20 *Intellectus l. fin. C. quæ sit long. consuet. & c. 1. de cognit. feud.*

21 *Vt Lex nititur ratione: ita quoque contraria Consuetudo ratione niti potest.*

22 *Consuetudines feudales vbique sunt seruandæ, & vim Legis habent, per multas rationes.*

23 *Imperator habens notitiam alicuius, non improbando approbare censetur.*

24 *Canones sequuntur iura feudalia.*

25 *Imperatore approbante alicuius ciuitatis consuetudines, per hoc leges esse factæ non censebuntur.*

26 *Consuetudines Feudales in vtroque foro seruandæ sunt.*

27 *Clericus habens feudum à Seculari domino, coràm eo litigare tenetur.*

28 *De iure Diuino Patrueles, vel Consobrini, licitè matrimonio iungebantur.*

29 *Papa potest in aliquibus ius Diuinum mutare.*

30 *Opinio Zasij de Origine feudorum.*

31 *Elegans constitutio Romuli primi Regis Romanorum.*

32 *Opinio Authoris de origine feudorum.*

33 *Feuda ad hoc inuenta sunt, vt strenuus & exercitatus haberi miles poßit.*

34 *Elegans factum Coclitis Horatij.*

35 *Memorabile factum Mutij Scæuolæ.*

36 *Olim plus valuit nuda fides, quàm iuramentum hodie.*

37 *Elegantißima exempla integritatis.*

38 *Hodie omnia pecuniæ obediunt.*

39 *Curtius Romanus pro salute patriæ se in hiatum coniecit.*

40 *Phileni fratres se viuos in terram defodi sinebant.*

41 Caius

1 *Caius Marius filiam propriam mactandam tradidit.*
2 *Vnde Ducatus, Comitatus, & Marchionatus dicantur.*
3 *Ratio, quare olim Ducibus, Comitibus & Marchionibus feuda so-lùm ad vitam concedebantur.*
4 *Ob successionem & frequentem diuisionem, feudi stemmata & gentilitates perire.*
5 *Optima politia, quæ à paucis, periculosa, quæ à multis regitur.*
6 *Multis in locis hodie vnus tantùm in feudo succedit.*
7 *Feuda, etiam Regalia, hodie non diuiduntur, licèt in ijs successio admittatur.*

EXPLICATVRVS feudi consuetudines, principiò obiter tractare vtile existimo, quid sit Consuetudo, quæq; eius sit cum lege & statuto differentia, quando valeat, & quando minus: Secundò, istæ consuetudines feudales seruandæ e sint vt generales, hoc est, vbique locorum? Tertiò, n tam in foro Ecclesiastico, quàm seculari? Postremò, eudi originem: quæ omnia partis primæ membra e-unt. Quo ad primum membrum: Consuetudo † est 1
us non scriptum, diuturnitate populi moribus com-robatum, *§. ex non scripto, Instit. de iure natur. gent. & ciuil.* Differt † autem consuetudo ista à lege vel statuto in 2
ausa formali, non etiam materiali, nec effectu: quia ex, statutum & consuetudo populi ex consensu vim ac-cipiunt: Rursum effectu conueniunt: nam vt quis ob-igatur ex lege vel statuto: ita quoque ex consuetudi-ne. Quoad causam verò formalem (vt diximus) diffe-runt: Primò, quia lex & statutum est ius scriptum: con-suetudo verò ius non scriptum, *l. de quibus, in princip. & l. sed a. cum l. sequent. ff. de legibus.* Nec obstat, † & consuetudines 3
in scriptis passim redigi, vt patet in istis vsibus feudo-rum: quia hoc licèt plerunque fiat: esse tamen substan-tiale eius verum non est: vtpotè de essentia legis & sta-tuti est, in scriptis esse redacta, vt pulchrè à sensu con-trario ex Pauli responso colligitur in l. imò, ff. de legi-bus. Antequam † enim scripta lex, vel statutum, appa- 4

ret, lex vel ſtatutum non ligat, *Paul. Caſtr. in d. l. de quibus.* quod non eſt in conſuetudine, quæ ſolo vſu conſeruatur, *d. c. ex non ſcripto, & d. l. imò, ff. de legib.* Secundò, lex vel ſtatutum fit per conſenſum expreſſum, conſuetudo per conſenſum tacitum, *dictis locis.* Tertiò, lex vel ſtatutum extinguitur momento, quemadmodum inducitur: conſuetudo verò per contrariam longi temporis obſeruantiam conſtituitur, hoc eſt, regulariter decennio, *per §. ſed naturaliter, in fin. Inſtitut. de iure natural. gent. & ciuili. Doct. in d. l. de quibus.* Ad cognoſcendum ergò huius conſuetudinis vigorem, quando valeat, & quando non, præmit-
5 tendum fuerit, † Conſuetudinem aliam eſſe præter legem, ſeu ſine aliqua lege: aliam ſecundùm legem: aliam contra legem. Primò, quando conſuetudo ſine lege, vel præter legem eſt, tunc rectè conſuetudo dicitur, & tales ſunt conſuetudines iſtæ feudorum, de quibus in legibus nuſquam. Iterum aliæ conſuetudines, quæ paſſim introducuntur, nulla de eis exiſtente lege, quarum meminit alibi propriè Iulianus, *in d. l. de quibus, ff. de legi-*
6 *bus. & d. §. ex non ſcripto.* Secundò, † quando conſuetudo eſt ſecundùm legem, hoc eſt, idem in ſe habet, quòd lex vel mens legis, tunc non dicetur conſuetudo, ſed legis obſeruatio propriùs, illaque lex, ſi dubia fuerit vel obſcura, interpretationem accipiet ea ex conſuetudine: Eſt enim conſuetudo optima legum interpres, *l. ſi interpretatione, cum l. ſequent. ff. de legib.* Tertiò, ſi ſit conſuetudo contra legem, inſpiciendum tunc fuerit, ſitne illa contra ius, ſeu legem Diuinam, an contra ius naturale, an
7 verò contra ius Ciuile. Si † conſuetudo fuerit contra legem Diuinam, maximè concernentem fidem, aut talis, quæ ad delinquendum inuitat, aut peccatum nutrit, dicendum, non valere, *c. conſuetudinem. 11. diſt. c. nos conſuetud. 12.*
8 *diſt. c. ex parte, extr. de conſuet.* Si † verò ſit contra ius naturale, (vt non alere prolem, vim vi non poſſe repellere, & ſimile,) iterum non ſubſiſtet, *§. ſed naturalia. Inſtit. de iure natural. gent. & ciuil. Bartol. in d. l. de quibus.* Si fuerit contra ius Ciuile, hîc nunc diſtinguendum fuerit, ſitne contra libertatem Eccleſiæ, an contra vtilitatem priuatam,

am, aut denique causas Principi specialiter in signum
minentię reseruatas. Primo casu,† vbi fuerit contra li- 9
ertatem Ecclesiæ, non valebit. *Authent. cassa, C. de sacrosan.
clef.* Secundò, si † contra vtilitatem publicam, rursum 10
dem obtinere dicetis, *toto tit. C. si contra ius vel vtilitatem
ubl.* quod tamen limitabitis, nisi ipse Princeps, vel
uem concernit, sciens tale quid vsurpari, taceat &
onniueat. Et ergò, licèt contra publicam vtilitatem sit,
eudum alienare, *c. 1. de prohibita feudi alienat. per Lothar.*
uia † tamen alienari indies in Francia Rex videt, & 11
atitur, approbare per hoc consuetudinem tandem
ensetur. *Rebuffus in suo tractatu feud. colum. 4.* Tertiò, si est
ontra vtilitatem priuatam, iam inspiciendum fuerit,
ex ne aliqua in parte sit derogatoria consuetudinis, an
ninùs. Si † derogatoria consuetudinis est, iam consue- 12
udinem talem, contrariam huic legi, non valere af-
irmabitis. *Authen. nauigia, C. de furt. Authent. omnes peregrini, C.
ommun. de success. cum similib.* Si verò derogatoria consuetu-
linis lex non est, hîc inspiciendum iam fuerit, lex ne il-
a generalis præcedat, an verò consuetudo: Si lex † ge- 13
eralis præcedat, & sequatur consuetudo generalis,
unc consuetudo illa derogabit legi vbique. *text. in d. l.
e quibus, in fin. ff. de legib. & in c. fin. in fine, extr. de consuetud.*
i † verò lex sit generalis & consuetudo sequens specia- 14
is, hoc casu consuetudo non derogabit legi, nisi illo in
oco, vbi consuetudo illa specialis est, *l. venditor, §. si con-
tat, ff. commun. prædiorum.* Si verò † econtrariò specialis 15
onsuetudo præcesſit, & sequatur generalis lex, hoc ca-
u lex tamen non deroget consuetudini: Cuius ratio
st, quòd lex Principis ad ea non extendatur, quæ Prin-
eps præsumitur ignorare: Consuetudines enim igno-
are præsumitur, quia in facto consistunt, *c. 1. de constit. in
exto, vbi hæc pulchrè probantur:* Rectè ergo eò se non exten-
let. Hoc verum tamen, nisi Imperator nominatim in
ege consuetudinis faciat mentionem: Tum enim re-
ctè consuetudini derogabit, *d. c. 1. de constit. in sexto.* Quar-
ò, † si consuetudo fuerit cõtra causas, Principi specia- 16
iter in signum eminentiæ reseruatas, vt cudere mone-

 tam,

tam, legitimare spurios, pedagia, perangariæ, vectigalia, & id genus similia statuere & exigere, hoc casu quidem valere dicetis, dummodò præscripta fuerit tẽpore, cuius initij non extat memoria, *tex. in c. super quibusdam, §. præterea, vbi Panorm. extr. de verb. signif.* & sic non decẽnio, vt aliæ consuetudines, regulariter (vt suprà diximus) præscribitur. Sed dicet aliquis, quid si consuetudo irrationalis esset, an ne tunc adhuc (secundùm ea quæ prædiximus) legi derogaret? Paucis dicendum: Si † lex generalis præcessit, & cõsuetudo irrationalis sequatur, maximè quæ ad delinquendũ inuitaret, talem nullo modo valere, nec nominandã esse consuetudinem, sed potiùs corruptelam, *c. fin. extr. de consuet.* Ad quod non inelegãter Honorij Papæ facit cõstitutio *in c. ex parte, ext. eod.* quæ ad
18 hoc est elegãs. Quũ † verò ex certa sciẽtia ob causam aliquã impulsiuam irrationalis cõsuetudo introducta est, quæ tamen ad delinquendum aliquem nõ inuitat, tunc
19 derogat quidem legi illo in loco: Cæterùm † ad similia non trahetur, text. in l. non ratione, ff. de legi. quod aliàs si rationalis esset, fieret, vt à contrario sensu ibidem colligitur. Nec obstat prędictis Constantini Imp. constitutio, & Cano. in l. consuetudinis, C. quę sit long. consuet. &, c. consuetudinis, 11. dist. quæ habent, quòd consuetudo vsusq; longæui nõ sint vilis autoritatis, verum, non vsqueadeò sui valitura momẽto, vt aut rationẽ vincat, aut legem scriptã (quibus facie prima innui videtur, nũquam consuetudinem contra leges, aut rationẽ valere, vt etiam Placentinus, & alij aliquot voluêre Dd. *in d. l. consuetudinis, C. quæ sit long. consuet.*) quia paucis dicendum:
20 prædicta † loqui de cõsuetudine irrationali, quæ ad delinquendum inuitaret: illa enim haud dubiè nullo modo rationem vel scriptam legem vincere potest, *vt suprà etiam dictum fuit, quæ probantur in c. fin. ext. de consuet. & in c. vsus, 11. distin. in c. mala, cum seq. 8. dist. in §. 1. versi. malè enim adinuenta, in Auth. vt nulli iud.* Secùs verò vbi irrationalis non est, aut est quidem, sed non ad delinquendum inuitat, *vt Accurs. alibi satis conueniens dat exemplum in glos. d. l. quod non ratione, ff. de legib.* Tum enim consuetudo illa maximè legem vincet,

er c.fin.in fin.extr.de consuet. & per d.l.quod non ratione, ff.de legi-
us. & ita intelligendus Obertus in vsibus his feudorũ,
ı c.1.versic.legum autem, de cognit. feud. Nec obstat etiam (vt
liqui afferunt) legem semper niti ratione, ideoque vi-
leri consuetudinem contrariam esse semper irrationa-
em: Quia dicendum illationem illam minimè valere,
ùm lex,† licèt ratione nitatur, posse tamen eodem mo-
lo contra legem introductam consuetudinem rationa- 21
em esse. Habet enim lex suam rationem, rursum con-
uetudo aliã, secundùm loci fortẽ, vel alterius alicuius
ei, diuersitatem, & ita non pugnant. Hęc hactenùs obi-
er suffecerint quoad consuetudinem dixisse: Cætera
uæ ad eam rem pertinẽt, qui scire affectat, ad Doct.re-
urrat in d.l.de quibus.ff.de legib.& in l.consuetudini, C.quæ sit lon-
a consuet.in c.funus, extr.de consuet.

Nunc ad secundum membrũ pergamus, an consue-
udines istæ feudales sint generales, & vbiq; sub Impe-
io seruandæ? Paucis,† omnibus reiectis ambagibus, di- 22
endum, esse generales, atq; vbiq; seruandas, licèt priua
i homines, vt Obertus de Orto, & Gerardus Capagisti,
onscripserint, nullã habentes condendæ legis autori-
atẽ. Quod vel ex eo maximè cõprobari videtur, quòd
mperatores ipsi, quorum erat leges cõdere generales,
nultis in locis, hîc addendo, ibi detrahẽdo, hîc rursum
atificãdo eas confirmârunt approbaruntve, l.prætor ait,
f.de iud. vt facilè ex allegãdis posteà patebit: Nam olim
icitè poterat feudum ad medietatem alienari, & hoc
ibellario nomine, c.1.de alie.feud.c.1.quid iuris si post alien. c.1.
qual.olim feud.pot.alie.c.1.vers.rursus, quib.mod.feud.amit.tit.1. In
liquibus locis etiã plenè & semper, irrequisito dño, d.
c.1.quid iuris si post alien. Sed hęc omnia ab Impp. Lothario
& Frederico fuêre correcta, per c.1.de prohib.feu.alie. per Lo-
har.c.1.de prohib.feud.alien. per Fred. Sic olim ante Lothariũ,
i vasallus post alienationem totius feudi statim id recu
perasset, seruabat iure feudum, d. c.1.quid iuris si post aliena.
eud. Per Lotharium verò hoc planè rursum fuit corre-
ctum, volentem tunc non manere penes alienãtem, sed
redire ad dominum, d.c.1.quid iuris si post alienat.

Vt ergò illa emendârunt: sic quoque alia emendassent, nisi rata esse voluissent, *d.l. pretor ait, ff. de iud.* Rursũ, vt olim licitè quis iterum feudum acceptum plenè alteri in feudum dare potuit, *c.1.§.sed etiam res, per quos fiat inuestit.c.1.versic.si aut dissentiente, qual.olim feud.pot.alien. (vbi tamen est species quædam alienationis)* ita hodie quoq; per Fridericum Imperatorem idem confirmatum est, *per c.1.versic. callidis, iuncto §.illud, de prohib.feud.alien.per Fred.* Præterea olim antè Conradum & Lotharium Imperatores feuda contra dominum præscribebantur, *c.1.§.si quis per triginta, si de feu.defunct.conten.sit, c.1.§.1.versic.præscriptione, qual.olim pot.feud.alien.* hi verò duo Imperatores prohibuerunt, ne id in futurum amodò fieret, *c.1.§.preterea.de capit.Conrad.c.1.de prohib.feud.alienat.per Lothar.* Cæterùm Fredericus sequens Imperator non solùm futuras, sed etiã præteritas ante Conradum & Lothariũ factas præscriptiones aboleuit, *c.1.versic.vnde Imper.Lothar.de prohib.feud.alien.per Frider.* referens se ad omnia feuda antea præscripta. Sic olim cùm vsurpatũ esset contra rationabilem vsum, vt filij in feudis regalibus succederent, & ita feudũ licitè diuiderent, vbi aliàs iis nec successio, nec diuisio admittebatur, *c.1.in fin.de alien.feud.iuncto c.1.de feudo march.* hoc tamen rursum correxit Fridericus in c.1.§.firmiter, versic.præterea, de prohib.feudi alien. per Freder. admittens quidem successionem, sed negãs diuisionem, ne feudũ tale in nihilum redigeretur, vt mox, in origine tractantes, demonstrabimus. Cùm ergo in prędictis Imperatores prędicti vetera illa iura feudalia in aliquibus correxerint, ratificauerint, scientiamque aliorum iurium feudalium plenè habuisse diffiteri nequeat, certò (vt antè diximus) cętera omninò confirmâsse negare non possumus, *d.l.prætor ait, ff.de iudic.*

23 Nam † si Imperator, notitiam habens alicuius, non improbando approbare censetur, *vt vult glos.in l.quo enim, quam sequuntur Dd. ff.rem rat. hab.* multò ergo magis hîc vbi

24 partẽ correxit, *vt ante dictum est.* Secundò † accedat, quòd multæ Pontificum quoq; Decretales sequuntur feudales decisiones libri huius, vt cõstat ex canonibus multis

posteà

steà citandis: nulla enim poteſt eſſe maior approba-
, quàm ſummorum Pontificum. *Bald. in l. final. C. de ll.*
rtiò, non deſunt, qui affirmant Fridericum Impera-
rem miſiſſe has feudales conſuetudines ad vniuerſi-
tem Ticinenſem, vel Bononienſem (vt aliqui volunt
rt. in prima parte ſui tractatus feud. & Zaſius in ſuis
æludijs feud.) ordine vt ſingula capitula ſub cōgruis
debitis titulis collocarentur, quod magnum quoque
gumentum eſt ab Imperatore fuiſſe confirmatas: Sed
c ſtatim ergo quis obijceret, ſecundùm prædicta, le-
s potiùs eſſe, quàm cōſuetudines, propter expreſſam
l tacitam approbationem Imperatorum: Sed huic ob-
ctioni reſponderi poſſet, Imperatores ſolùm appro-
ſſe ſecundùm qualitatem, qua erant ſeruatæ prius, &
eſſe productæ, & ſic ſolùm vt conſuetudines, *vt etiam*
rt. tenet in d. l. de quibus. ff. de ll. quod non eſt nouum.

† Nam ſi Imperator expreſſè confirmat alicuius ci- 25
tatis conſuetudines bonas: ob id tamen non cenſe-
ntur leges factæ, ſed conſuètudines, vt antè erant: ni-
l ergo obſtabit. Poſtremò cùm communis Doctorum
ſertio habeat, eſſe iſtas conſuetudines feudorum ge-
rales, & quod publicè omnibus in vniuerſitatibus le-
ntur, & ſic in Conſultationibus Doctorum & Iuris
cifionibus allegentur, nec quęſtio ſuper eo fuerit vn-
àm: Nos ergo in eo nihil quoque dubitabimus. Et
ec ſatis.

Nunc quoad tertium membrum, an in vtroque foro,
m Eccleſiaſtico, quàm ſeculari, prædictæ conſuetudi-
s ſeruari debeant, paucis videamus. † Omnibus reie- 26
s, dicendum in vtroque foro ſeruandas, *vt latè Doct.*
noniſtæ, in c. ceterùm. extr. de iudi. & maximè Panorm. Et hoc
eo, quia multa Capitula iuris Canonici etiam Deci-
nes habent feudales, vt paſſim videre licebit. in d. c.
terùm. &, c. nouit. de iudic. c. quæ in Eccleſiarum. de
nſtit. c. ad aures. c. cum quibuſdam. extr. de pœnis, &,
grauem. eod. titu. c. grauem. de ſenten. excommu. c. ex
nſmiſſa. c. verum. extr. de for. competen. cum ſimil.
it ergo Clerici habentes feuda à ſecularibus Domi- 27

nis,coram illis quoque conueniri debebunt, contra,c.si diligenti. & ea quæ ibi Doct.notant. extr. de for.compet.quicquid dicat Andr. Barba.*in d.c.cæteris,ext.de iudic.* qui nullo modo vult admittere, vt coram secularibus conueniantur,& hoc etiam, si Papa consentiat: sed errat: Nam quoad primum est textus apertus,coram Domino seculari debere illos conueniri, in d.c.1.ex transmissa,c.verum.de for.competen. Nec obstat secundò, quod dicit, Papam non posse contra ius diuinum aliquid statuere: quia respondeo, non posse quidem disponere contra ius diuinum merum, ex quo peccatum
28 oriretur, & quæ sunt fidei,secùs aliàs: † Et ergo, licèt de iure diuino matrimonium non erat olim prohibitum inter Patrueles, vel Consobrinos, hoc est,fratrum vel sororum filios, vt de Iacob & Racheli, Tobia & Sara sacræ literæ testantur: tamen Papa hoc licitè corre-
29 xit,*c.non debet, c.fin.extr.de consang.& affini.* † Possit ergo licitè Papa in hoc aliquid ius diuinum limitare, *vt Felin. in c.tua,extr.de decimis.* Profectò, si conueniri nolunt coram domino,vel Curiæ paribus,& sic iudicibus secularibus, caueant ergo à secularibus feuda accipere, & secularibus rebus se immiscere, quod itidem tam à Canonibus, quàm ipso Christo prohibitum est, authore Hieronymo,in c.clericus, & c. duo sunt genera Christianorũ,12.q.1. & toto tit.ne cle.secul.nego.se immisc. quæ elegantissima sunt ad hoc.Sed satis.

Nunc pro quarto membro ad feudi originem conuertamus gradũ. Orsurus itaque de feudi origine,præmittendum puto, parui esse momenti & friuolũ in hac re inuestiganda se nimium fatigare, cùm ad rem ipsam parùm aut nihil faciat, & nemo ferè sit scriptorum,qui solidè eius rei veritatem doceat. Apparet enim nusquàm apud Historiographos vera huius origo, & rei certitudo: cùm itaque in rebus dubijs coniecturis sit locus,& nos cum cæteris,qui hac de re diuinarunt,coniecturabimus: Vt interim veteres relinquam, & neotericorum opiniones adferam, maximè domini Zasij. Za-
30 sius in prima parte sui tracta.feud. † qui aliquantò propiùs

ùs ad ſcopum & rem acceſſiſſe ſibi videtur, is putat, cutus opinionem multorum veterũ Doctorum, à Romanis orignem traxiſſe, atque id à primo rege Romanorum Romulo, † qui, quò minus plebei Patritiorum 31 diuitum iniurijs ſupplantarentur, conſtituit, vt pleius quiſque ſibi vnum, quem vellet, ex Patritijs eliget in cauſis defendẽdis patronum ac defenſorem. Pulrè hæc tractat Halicarnaſſ. *lib. 2. antiquitat.* Leges quoq; æſcribens, quibus viuerent. Primò, quod ad Patronos tinebat, non ſecùs præſtare cliẽtibus omnia in cauſis efendendis, iniurijſque propulſandis voluit, atq; par filijs proprijs ſolet: Et (vt pauca pro multis dicãtur) mnem eis quietem tam priuatorum, quàm publicorũ egotiorum, cuius maximè indigerent, exhiberi. Econersò verò, vt Clientes Patronis ſuis ad filiarum elocaonem dotem contribuerent, pecunijs ſi indigerent: em pro redemptione Patroni capti, vel filiorum, ab oſtibus pecunias conferrent: Rurſum mulctas publis, Patronis indictas, ære vt proprio gratis ſoluerẽt: in mma, vt clientes in omnibus ſumptibus, pro re publi faciendis per Patronos, participes impendij eſſent. oſtremò, commune hoc conſtituit, neq; pium, neq; fas ſe accuſare ſe inuicem, nec aduerſus teſtimonium dire, nec ſuffragium aduerſum ferre, nec cum inimicis onfœderari, quæ omnia latè ab Halicarnaſſæo d. loco rrantur: quæ cùm ſint vicina admodum, & ſimilitunis plurimum cum feudorum iuribus, vaſallis, & eom dominis habeant, illinc originem tractum Zaſius iſtimat. Nam conſtat, dominos & vaſallos nullam acſationem, nec vllum cõtrarium teſtimoniũ aduerſus mutuò admittere, *c. 1. § . in quibus. de conſuet. rect. feud.* nec m inimicis alterutrius fœdus & amicitiã vllam poſfacere, *c. 1. quot teſtes ſunt neceſſ. ad ingra. proban.* Præterea mu ò ſe iuuare teneri, *c. 1. §. domino. ſi de feud. defun. conten. ſit er dom. & agna. vaſall.* Rurſum ad domini filiam elocanm dòtis nomine conferre, obligari, vt Zaſius vult, in prima parte. Hòſtien. in ſumma ſua de feud. & Spe- lat. in titu. de feud. quam tamen partem nullo modo admit-

admitto, vt infrà in discursu suo loco patebit. Nam non tenetur dominum ęre alieno grauatum liberare sua pecunia, *c.1. §. licèt, si de feud. defunct. content. sit inter domi. & agna. vasal. c.1. §. non est consuetudo, & ibi glo. de alien. feud. pater.* Ergo multò minùs ad elocandam eius filiam conferre. Inquit etiam patronos Zasius, quidem Clientes inuitare donatione feudorum consueuisse ex prouincijs, vt se illis subijcerent, quod etiam verisimile mihi esse non videtur. Nam vt nusquàm apud Historiographos probari inuenio, ita quoque nec ratione fulcitum, nec verum putauerim. Nam vltrò Clientes auidè Patronum quæritabant, suo qui illos patrocinio defenderet, vt opus non erat ad hoc fundos conferre, & inuitare, vt dictus author Halicarnassæus dicto loco testis quoque est.
32 † Quare equidem originem breuibus aliunde tractam existimarem, non minùs tamen à Romanis priscis, atque dominus Zasius putat, quam tamen inuestigandam duco non ab exemplis, vt dominus Zasius, sed ex causa, quare feuda inuenta fuêre, quæ elegantissimè describitur à Lothar. Imperatore, *in c.1. de probib. feud. alienat per Lothar. in c.1. de probib. feud. alien. per Fred.* qui in effectu feudum
33 dari docet & esse inuentum. † Vt ad Imperium defensandum strenuus & exercitatus haberi miles poterit: certè is haberi nequit facilè gratis, vt lubens nemo suis militat stipendijs: Tales ergo Principes prisci, vt sibi deuinctissimos haberent seruitioque paratissimos, tum fidelissimos, donatis aliquot fundis, seu territorio, vel similibus, fidelitatis iuramento sibi astrinxêre, ne maiore quantitate pecuniæ ab alijs fortè illecti & corrupti (vt omnia pecuniæ obediunt, Salustio teste, & ferè fit) aliquando exercitato tali milite destituerentur, Sed vnde, quæso, originem traxit? Certè à priscis Romanis, qui non secùs strenuos viros fundis, iugeribus, & id ge-
34 nus similibus inuitare consueuêre: † Huius exemplum claret in Coclite Horatio, cui ob factum illud memorabile in exercitū Hetruscorum, seu Porsennæ regis præstitum, tantum fuit agri publicè datum, quantum vno die circumarari potuit. *Liuius libr. 2. decad. 1.* Is miles strenuus

s non horruit etiam solus pro ponte Sublitio inter
rtuorum cumulata cadauera consistere, solus hostiũ
em sustinere, donec ponte rupto Romanorum res
a esset, se pro Republica in Tibrim saucium deij-
s. † Accedat huic nobilis ille Mut. Scæuola Cordus, 35
quoque vitę periculum non formidando pro repu-
ca Romana purpuratum Quæstorem pro rege Pro-
na interficere non expauit: Quare prata trans Ti-
m & illi data, atque statua eius honoris gratia in vir-
is perpetuæ memoriam ædificata. *Halicarnass. lib. 3. an-
itatum. & Liuius dicto loco.* Quid de Marco Curio Den-
o adferam? cui ob benè merita de Republica agri iu-
a quingenta publicè data fuêre. Plinius de viris il-
tribus in Marco Curio Dentato. Vt hîc omittam Læ-
m Fabium, Marcum Petreum, Affranium, Labienem,
nnibalem, & id genus stienuissimos. Nõ quoq; igno-
n est, Tribunis, Præfectis, Comitibus & Ducibus, qui
litia pro augendo Imperio consenuerant, agros, vil-
, & similia dari solere ante Constantinum Impera-
em, necessaria vt suppeterent, quoad viuerent, quas
rochias appellabant, quas ille etiam ad eorum hære-
s transmitti sanxit, vt magis sibi deuinctos haberet
obnoxios. *Author Pomponius Lætus in compend. Roma. histo-
in Constantino, Constantij Pij filio.* At hîc obijciet quis faci-
statim, donatos quidem fuisse hos iugeribus, villis &
rritorijs, nusquàm tamen haberi, sub fidelitatis iura-
ento hoc fieri solere, vt hodie in feudis acceptandis
nspicimus. † His ergo respondeo, olim nudam fidem 36
ud Romanos plus valuisse, hodiè quàm fortè etiam
ramentum, vt apud Halicarnass. *lib. 1. antiquitatum, in fine*
dere licet. † Et certè, quàm fuerit cum graue fidem fal 37
re, exemplo est ille Romanus Attilius Regulus, mori
orte crudelissima qui maluit, hosti quàm fidem falle-
. Cic. lib. 1. offic. Eutro. lib. 2. rerum Romanarum. Rursum Mar-
s Curius Dentatus, qui rapis lignea ex patina vesci
aluit, hostium quàm splendidissimis donis argenteis
rrumpi. *Plinius de viris illustr. in M. Curio Dentato. Valer. Max.
. 4. cap. 3.* Hanc fidem cùm posteritas inuenire nequi-

uit, necessitate tandem coacta iuramento (datis etiam territorijs) sibi illos deuinciuit. Omnia enim tum pa-
38 triæ defendendæ & saluandæ gratia fiebant. †Hodie nihil non pecuniæ habendæ causa fit. Quis enim nunc
39 pro patria, † vt Curtius Romanus ille, in hiatum se con ijceret? *Val.lib.5.ca.6.* vt quoq; de Ancharo Midæ, Regis
40 Lidiorũ filio Callisthenes in historia tradit. †Quis se, vt Phileni, viuum pro patria in terr ãdefodi sineret? quis nunc Trasibulum, Codrum, Athenienses, Aelium Prætorem, Publium Decium inueniret? quorum meminit
41 Valer. eodem loco. † Quis propriam filiam inculpatam pro patriæ salute, vt Caius Marius Consul Romanus, sacrificio mactandam traderet? *Author Dorothe. Græcus, lib.3. Italicarum rerum.* Quis, vt Mutius Scæuola, patriæ amore manu propria ad Principem pleno in exercitu solus interficiendum iam ire tentaret? *Halicarnass. lib.5. antiquit.* Quis Coclitis Horatij iam factum pro saluanda patria subire vellet, *Liuius libr.2. decad.1. Plin. de viris illustrib. Halicar. d. loco.* non maximè antè stipẽdiatus? Certè nemo. Paucis ergo, vt ad propositũ redeã, à Romanis feuda sumpsisse originẽ rectè existimarem, ac tum incœpisse, cùm Romanum imperium in tantum esset adauctum, vt in Prouincijs Præsides constituere, & in limitibus Liminarchas, seu Marchiones, necesse haberent: eò tum
42 mittebantur duces, † quorum pars prouinciæ illis assignata Ducatus posteà dici cœpit à Duce, vt Marchionatus Marchioni, Comitatus Comiti assignata, vt infrà alio loco latiùs: Hæ tamen partes, vt olim ad vitam tantùm absque successione concedebantur, vt ex Pomponio Læto antè recensuimus: ita quoque posteà tractu temporis solùm ad vitam in feudum Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Ducatus, Comitatus, Marchionatus tradebantur, *text. in c.1. de feudo March.* nec absque graui ra-
43 tione, vt arbitror: † Nam interest Imperatoris & Regis non quemlibet habere in suis territorijs Præfectum, Ducem, Comitem, vel Marchionem. Et quanquàm hodie aliter vsurpatur, nempè quòd illis succedatur, contra rationabilem vsum, vt inquit text. in c.1. in fin.
de

[d]e alien.feud.(vbi glossa malam illam primam consue-
[t]udinem fuisse asserit contra text. ibidem) putarem ta-
[m]en illam fuisse rationabilissimam, vt ibi text. refert,
[&] hoc ob duo potissimùm: Primò, ne quēlibet Princeps
[h]abeat Ducem, Comitem vel Marchionem, aut Præfe-
[c]tū, vt suprà diximus, quòd fieret haud dubiè, si succes-
[si]o admissa fuisset. Nam tunc contingeret Principi ali-
[q]uādo ignauus Dux, aut Comes vecors, pro solerti &
[e]xercitato, quibus Imperiū defendere, patriam ab hoste
[tu]eri, in pace omnia & tranquillo seruare impossibile
[q]uasi esset: Quæ omnia secùs se habebunt, Princeps ipse
[e]x multis (primo mortuo) si deligere quemlibet poterit
[&] surrogare. Secūdò, ne Ducatus, Comitatus, Marchio-
[n]atus redigeretur in nihilum. † Nam Ducatu, Comita- 44
[t]u, Marchionatu per successores diuiso sæpiùs, tandem
[i]n nihilum redigeretur, vt multis in Germaniæ Comi-
[t]atibus indies cernimus. Hinc, præterquàm quòd stem-
[m]ata & gentilitates perirent, ipsum quoque territo-
[ri]um hoste magis interno, quàm externo, feriretur.
[Q]uis, quæso, Principatus ibi erit, tot vbi capita regnant,
[p]ræsunt atque gubernant? Quis nasci bella intesti-
[n]a & odia indies ibi inficiari potest, vbi potestate æ-
[q]uali eorum quilibet dominandi libidine rapitur præ
[al]io? Quis non hostis extraneus illam facilè euertet
[p]atriam? Et, quod summum est, quis tandem ciuis,
[no]n rusticus, aliqualiter etiam diues, his Comitibus
[&] depauperatis multa successione, diuisioneque, cre-
[d]eret, aut regi se ab ijs pateretur? Quæ, quæso, vasal-
[lo]rum quantitas cum Duce euocato à Principe ad ex-
[p]editionem prodiret? quos expectaret strenuos & exer
[ci]tatos milites? Certè nullos: Iam depauperati illi nec
[s]uos alere, nec arma emere, multò minùs se in futu-
[ru]m ad expeditionem exercere possent: Hæc cer-
[te] prospicientes, & similia, ad hæredes transmitti non
[pa]tiebantur, & rectè. † Non enim ignorabant Politiam 45
[o]ptimam esse, quæ à paucis conseruaretur, difficilli-
[m]am & periculosam, quæ à plurimis, *Plato lib.16. de regno.*
[A]ristoteles in Politicis, & 2. Metaphysicorum. † Quò tamen 46
id

id minus fieret, (licèt posteà vsurpatum fuit, vt simul omnes succederent, *d.c.in fin.de alien.feud.iuncto,c.1.§.firmiter,versi.praetereà,de prohib.feud.alien.per Freder.*) multis in locis rursum consuetudine ab illa desitum est, vbi solùm maior natu filius, vel alius vnus ex omnibus, in Ducatu, Comitatu, vel Marchionatu succedit, vt vnus maneat, quem subditi tanquàm caput reuereantur, & per quem
47 gentilitatis stemma per omnia conseruetur. † Nec minùs ipse quoque Imperator Freder. posteà inhibuit, nè feuda Regalia, à quibus ita territoria dependent, de caetero diuiderentur, *in d.c.1.§.firmiter,versi.praetereà,de prohib.feudi alien.per Freder.* illam secundam malam vsurpationem (de qua suprà) derogans, successionem tamen non emendando, sed solùm diuisionem, iudicans, & quasi praecipiens, penes vnum solidè manere debere, vtque is cohaeredibus alijs patrimonialibus seu allodialibus tantundem pro rata percipere fineret, *argu.c.1.versi.paternum.de natu.success.feud.* quod in aliquibus etiam patrijs obseruari cernimus: Atque ita d.§.firmiter, versi.praetereà.de prohi.feud.alien.per Frider.intelligendum censeo. Et haec obiter de feudi origine dixisse suffecerint: Nunc ad feudi ipsius definitionem (quae pars erit secunda) properemus.

PARS SECVNDA, QVAE EST de feudi definitione seu descriptione.

SVMMARIA.

1 *Feudi proprij definitio seu descriptio.*
2 *De substantia feudi est, esse beneuolam concessionem.*
3 *Definitio beneficij.*
4 *Verus intellectus c.1.de feu.dat.in vicem leg.commisse.*
5 *Ratio, quare ob debitum non solutum pignus pro feudo accipi non possit.*
6 *Feudum per vim vel metum acceptum, vel datum, non est feudum.*

7 Duo

7 *Duo necessariò requiruntur vt sit feudum, & quòd sit beneuola concessio ex parte dantis, & quòd gaudium tribuat accipienti.*

8 *Feudum emptum est proprium feudum, contra opinionem Doctorum.*

9 *Beneficium non semper est gratuitum.*

0 *Beneficium etiam ex affectione metimur.*

1 *Beneficium ex eo dicitur, quòd benefaciat.*

2 *Quomodo intelligi debeant illa verba, feudum non sub praetextu pecuniae, sed amore & honore domini conferendum esse.*

3 *Pactum, vt debito non soluto Creditor pignus in feudum teneat, addito iusto pretio, non valet.*

4 *Feudum requirit beneuolentiam.*

5 *Rerum mobilium non potest constitui feudum, & eius ratio.*

6 *Res, quae inter immobilia computantur, quae tamen reuerà immobilia non sunt, in feudum rectè dantur.*

7 *Feuda ad haeredes transmittuntur, etiam hodie Regalia.*

8 *Differentia inter feudum & vsumfructum.*

9 *De natura proprij feudi est solùm masculos admittere.*

0 *Differentia contractus feudalis à contractu emphyteuseos, locationis ad longum tempus, & superficiarij.*

1 *Differentia Contractus emphyteuseos, & Contractus locationis ad longum tempus.*

2 *Differentia contractus superficiarij à contractu locationis ad longum tempus.*

3 *Legitimi haeredes in feudo paterno vel antiquo dicuntur solùm, qui per virilem sexum à primo acquirente descenderunt, non alij.*

4 *In nouo feudo solùm descendentes legitimi sunt haeredes, non collaterales.*

5 *Differentia contractus feudalis & contractus libellarij.*

6 *Quis sit contractus libellarius.*

7 *Differentia contractus libellarij à contractu emphyteuseos.*

8 *Inuestitura est de substantia feudi.*

9 *Differentia contractus feudalis à contractu precario.*

0 *Quomodo fiat contractus precarius.*

Differentia contractus feudalis à contractu censuali.

32 *Differentia inter contractum censualem, & contractum emphyteuticum.*

33 *Fidelitas est de substantia feudi.*

34 *Iuramentum fidelitatis potest remitti.*

35 *Dominus vasallo, nolenti fidelitatem iurare, licitè inuestituram negare potest.*

36 *Vasallus domino in inhonestis & iniustis seruire non tenetur.*

37 *Feuda Franca non ita libera sunt, vt à delicto excusent.*

A DEFINITIONE seu descriptiõe feudi (cognita origine) iam auspicari hãc partem optimum fuerit, vt, Cicerone teste, intelligatur quid sit, &
1 quale, de quo posteà sumus dicturi. † FEVDVM ergo à nobis in hunc modum describitur: QVOD SIT BENEVOLA REI IMMOBILIS, VEL AEQVIPOLLENTIS CONCESSIO, ALICVI FACTA, SVISQVE HAEREDIBVS MASCVLIS, LEGITIMIS, PER INVESTITVRAM, CVM VTILIS DOMINII TRANSLATIONE, RETENTA PROPRIETATE, SVB FIDELITATE ET EXHIBITIONE SERVITIORVM HONESTORVM. Hæc definitio, seu descriptio, Oberti authoritate probatur, *in c. 1. §. huius autem generis. in quibus causis feudum amit.* Alij alias adferunt descriptiones, nos ista contenti erimus, explicaturi singula huius separatim verba. FEVDVM igitur ESSE BENEVOLAM CONCES-
2 SIONEM asseruimus: † Quia de substantia contractus feudi esse beneuolentiam putamus. *per c. 1. in fin. de feud. dat. in vicem. l. commisso. iuncto c. 1. §. beneficium. in quibus causis feudum amit.* Est enim feudum species beneficij, ipsum beneficium genus. *d. §. beneficium, versicu. huius autem generis. in qui-*
3 *bus causis feudum amit.* † Quum enim beneficium à Seneca definiatur, quòd nihil aliud sit, quàm BENEVOLA ACTIO, tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo, in id, quod facit, prona & sponte sua parata, *d. §. beneficium. in quibus causis feudum amitt.* meritò & feudum, beneficij species, beneuolentiam in se necessariò
4 habere debebit. † Et ideo pignus eo pacto datum, vt

vt nisi debitum certo tempore soluatur, pro feudo à creditore habeatur, non erit feudum, *c.1.de feud.dat. in vicem leg.commiss.* † Quia amore, beneuolentia, & sponte sua non concessit, sed coactus ex pacto quodammodò, quæ vera est & genuina ratio dubitabilis, text.in d. c.1. de feud. dat. in vicem leg. commiss. quare ibidem feudum esse non possit, vt vel ex verbis finalibus dicti textus facilè colligitur, dum inquit:feudũ no sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est:non ob id, quod pactum legis commissoriæ esse super pignore asseritur, vt alij Doct. volunt: Nam illud alia ratione omnibus in contractibus improbatur, ne necessitate coacti re sua infra pretium iustum destituantur debitores, *l.fina.C.de lege commisso. iuxta l.si fundus, § fina.ff.de pignor.* quod hîc sæpiùs non fit, vt infrà pateбit: non tamen negamus & hanc partem sub lege commissoria contineri. † Hinc ergo inferetis rursum, si per vim, metum, similique modo coactus rem vel in feudum dare dominus, vel vasallus feudum accipere coactus fuisset, non esse feudum, *per d. c.1.de feud.dat.in vicem leg.commisso.* Et ergo, quia de substantia esse diximus, beneuolam esse, ideo priuatorum pactis immutari non posse dicemus, manente contractus feudi natura, *l.fin.§.fin.ff.de suis & legit.hæred. l.nec ex prætorio.ff.de regul.iur.cum similibus.* Transibit ergo in aliam speciem contractus. † DVO ergo hac in parte necessariò requiruntur, & quòd BENEVOLA sit ex parte dantis, & accipienti tribuat GAVDIVM, *d.§.beneficium. in quibus causis feudum amitt.* Nec huic obstat textus ille in c.1.§.fin.de capita.qui Curiam vendid. vbi Gerardus & Obertus ea de re dissentiunt: quia Oberti opinio rectè reprobari ibidem videtur, *in gloss. d.c.1.§.fin.de capita. qui Cur. vend.* Nam eius procedente opinione, feudum non procederet ex BENEVOLENTIA, quod feudum requirit speciem beneficij, vt antè dictum est. Addunt Doctores omnes, istam concessionem beneuolam etiam liberam esse debere respectu accipientis, hoc est, vt nihil det pro feudo, alioquin non esse propriè feudum.

5 6 7

Nam, vt beneficium debet esse gratuitum, (vt volunt) meritò quoque feudum speciem esse debere, quod etiam clarè & apertè textus innuere videtur, in d.c.1. in fin. de feud. dat. in vicem legis commiss. dum inquit, feudum non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum esse. Certè si non sub prætextu pecuniæ acquirendum est, (quum appellatione pecuniæ etiam omnes res veniant, *l.pecuniæ nomine.ff.de verb.sign.*) videtur ergo omninò gratuitum esse debere: Atque ideo non pauci sunt, qui volũt, feudum omninò nõn esse, si non gratuitò concessum sit, in quorũ numero est Iacob.de Belui. summus feudista, ipseq; Nicol. de Neap. *in c.1.de benefi.frat.& qual.fra.frat.* à quorum tamen opinione desciuit D.Zasius *in 12.sua parte feudali,* & pleriq; alij ante eum, vt Aluar. & Præpo. *d.c.1. de bene.frat. & qual. frater frat.* asserentes quidem nomen feudi mereri, feudumq; esse, verùm non propriũ, & hoc ideo, quod multis in locis feudum emi posse constet, *in c.1.de bene.fra.& qual.frat.fra.c.1. de nat.feud. in c.1. quemadmod.feu. ad filiam pertin.c.1.in princ.de inuestit. in mari.facta.* Et certè quanquàm omnes, quotquot ego legi, Doctores in ea sint sententia, emptum feudum, vel alia re acquisitum, non esse proprium feudum: mihi tamen, vt nunquàm hactenùs, ita nec iam quoque placuit in ea esse opinione cum cæteris.
8 ris. † Cæterùm existimo feudum emptum proprium esse feudum, quicquid Doct. ipseque Zasius probari clamitent *ex d.c.1.de feu. dat. in vicẽ legis commiss. &, c. 1. §. beneficium. in quibus causis feud.amitt.* atque istud vt probem, præsuppono primò, nusquàm in iuribus feudalibus probari, feudum gratuitũ esse debere, nisi ex Capitulis suprà in margine ad hoc citatis, nempè, c. 1. de feud. dat. in vicem legis commiss. & ex c. 1. §. beneficium. in quibus causis feud. amitt. quæ, cc. solùm Doct. allegant. Verùm si quis rectè introspiciat textus illos, remque ipsam penitiùs perpẽdat, inueniet facilè, textibus illis nusquàm id probari, sed potiùs contrarium. Nam vt ordiamur à descriptione BENEFICII, qua putant istud probari, videamus quid illa velit & requirat, vt sit beneficium, inquit

inquit Seneca, *in d. c. 1. §. beneficium.* BENEFICIVM est nihil aliud, quàm BENEVOLA ACTIO GAVDIVM TRIBVENS ACCIPIENTI, &c. Hîc licèt beneficium esse beneuolam actionem dicat, gaudium tribuens ACCIPIENTI, ergo non dicit, nec sequitur, † beneficium esse debere gratuitum: nam sufficit saltem, si concessio sit talis, quæ gaudium præstet accipienti, & ex animo beneuolo procedat. Si ergo vendo tibi feudum centum, quod mille valet, nunquid iam satisfacio definitioni beneficij? posito quòd ex beneuolétia facio, accipientique gaudium præstet? quis dubitat. Siue ergo vendo, loco, in emphyteusim, vel alio modo, alicui rem minoris, quàm valet, concedo, facio illi beneficium. 9

† Et EST BENEFICIVM, QVICQVID VERAE AESTIMATIONI REI EXCEDIT, imò etiam QVÒD SOLA AFFECTIONE, quod nemo negare iustè possit. Vt ergo beneficium genus non requirit plenam gratuitatem: ita neque species, feudum scilicet. Et ergo, si quis tanti feudum emeret, quanti communi æstimatione reuera valet, si tamen eius AFFECTIO erga rem talis est, quòd GAVDIVM ei præstet, optimo iure erit BENEFICIVM & FEVDVM, ex suprà dictis, & vocabuli etymologia. † Nam BENEFICIVM ex eo propriè DICITVR, QVOD BENE FACIAT. Nec obstat secundò prædictis textus ille, d. c. 1. in fin. de feud. dat. in vic. leg. commiss. qui habet: Feudum non prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum esse, † quia suo in casu intelligi debebit, nempè, feudum omninò ex BENEVOLENTIA domini fieri debere, aliàs feudum esse non posse, *vt sup. dictum est*, non etiam vt gratis dari debeat. Et ideo si creditor dicto in casu, *d. c. 1. de feud. dat. in vic. leg. comm.* & v. simili, mille debitori super pignore addere vellet etiam supra iustum pretium, vt in feudum teneret: ex tali tamen pacto non vt feudum acquireret, nec possideret, quamuis pactum illud legis Commissoriæ ... admitteretur, imò iustum pretium si adiiceretur, *text. in d. l. si fundus. §. fina. ff. de pigno.* & ratio est, quia 10 11 12 13

quia ex amore & honore domini acquirendum est feudum, *c.1. de feu. dat. in vicem leg. commiss. in fin.* Nunc si ex pacto deberet seruare, & in feudum illi relinquere, cùm statuto tempore ex necessitate soluere non potuit, iam non volens daret, & ita non ex beneuolentia, quod feudum requirit. Rectè ergo textus inquit: Feudum non sub prætextu pecuniæ, sed amore domini acquirendum: quasi diceret: Pecunia non facit feudum, † sed beneuolentia domini cum gaudio accipientis: nō quod feudum pecunia emi non possit, nam hoc est falsissimum, per omnia illa cc. per me suprà in margine allegata, vbi rectè feudum emitur. Constat igitur ex prædictis, iustè particulam, liberam, (quam alij vbique apponunt) omissam. Diximus secundò nostra in definitione, FEVDVM ESSE BENEVOLAM CONCESSIONEM REI IMMOBILIS: Et hoc ideo: † Quia rerum mobilium feudum constitui non potest. *c.1. versic. sciendum. de feudi cogn.* & huius ratio est, quia mobilia per vsum consumuntur: proprietas ergo rei feudalis, quæ manere necessariò penes dominum deberet, domino tandem periret contra, c.1. §. quamuis. de inuestit. de re alien. fac. &, c.1. §. beneficium. in quibus causis feudum amitt. Nec obstat, vsumfructum constitui posse (cui assimilatur feudum, *c. 1. in fine. in quibus causis feudum amitt.*) rerum mobilium quasi consumptibilium, *§ constituitur, Instit. de vsufruct.* vtpotè seruorum, iumentorum, & similium: quia & illæ res tandem vsu consumerentur, & domino perirent, nequirentque penes hæredes manere perpetuò, quod feudum exigit, *d. c.1. in fine. in quibus causis feudum amit.* † Adiecimus tertiò definitioni nostræ verbum: VEL AEQVIPOLLENTIS: quia annui reditus, pensiones ex Camera vel Cauena, superficies solo non cohærentes, (vt sunt plerunque ædes rusticæ) licèt immobilia non sint, tamen inter illa computantur, *d. c.1. §. sciendum. de feudi cognitio.* Item rursus prouentus ex Vectigalibus, Telonijs, Pedagijs, & similibus. Sic quoque prouentus feudorum, vt fructus. Item ius piscandi, venand, lapides cædendi, iurisdictio-

ctiones, & similia id genus alia. Et ergo rectè in feudum dari possunt, *d. §. sciendum. vbi latè Aluaro. & Docto. de quibus etiam ordine infrà in Octaua parte tractabimus.* Subiunximus prædictis: FACTA ALICVI SVISQVE HAEREDIBVS: & rectè: Nam hæc verba ad feudi cognitionem maximè pertinere putamus. † Est enim de huius feudalis contractus natura ad hæredes transmittere, *c.1.de natura successio. feud. c.1.in fin. in quibus causis feudum amitt.* Non ignoro etiam aliquando feuda ad hæredes non transmitti solere, vt Regalia, *c.1.de feud. Marchio. & Duca.* tamen quia in reliquis omnibus feudis proprijs transmissio fiat, atque etiam hodie in Regalibus, *c.1.in fin.de alien.feud.* rectè adiecta existimabitis: atque per dicta verba EXCLVDIMVS VSVMFRVCTVM. 17

† Nam licèt & ille contractus beneuolentiam habeat, simulque gaudium accipienti præstet, in immobilibus consistere possit: tamen ad hæredes transmitti posse impossibile est, seruata contractus vsusfructus natura. *§.finitur, Institut.de vsufruct.* Sequitur, MASCVLIS, & benè: † Nam feuda eius quoque sunt naturæ, MASCVLOS SOLVM regulariter admittere, exclusis fœminis, nisi pacto prouisum esset, *c.1.§.& quia, versicu.hoc quoque notandum. de ijs qui feudum dare poss.c.1. de natura succession. feud. c. primo, de feud. Marchion.* Et hoc etiam, si feudum fuerit fœmininum, dummodò masculus superest, *c.1. de feudo feminino.* de quibus infrà in parte nona latiùs dicemus. 18 19

† Atque hac rursum particula EXCLVDIMVS contractum EMPHYTEVSEOS, cōtractum LOCATIONIS ad longum tempus, contractum SVPERFICIARIVM: qui omnes cōtractus, licèt beneuolentiam dantis in se aliquando contineant, gaudium accipienti præstent, in immobilibus consistant, vtile dominium transferant, ad hæredes transmittant: tamen, quia in his hæredes promiscuè tam fœminæ, quàm masculi, succedunt, à feudo differunt, in quo, præterquàm masculi, succedunt regulariter nulli. 20 21

† ET DIFFERT contractus LOCATIONIS AD

LONGVM TEMPVS à contractu EMPHYTEVSEOS in eo potissimùm, QVOD EMPHYTEVSIS VENDI POSSIT, *l. fi. C. de iure emphyt.* RES LOCATA ad longum tempus MINIME. Secundò RES EMPHYTEVTICA ad HOC datur, VT MELIOR FIAT, quum plerunque consistat in re sterili, *per l. 1. 2. 3. C. de iure*
22 *emphy.* NON ITA RES LOCATA. †SVPERFICIARIVS verò contractus à LOCATIONE ad longum tempus NIHIL DIFFERT, NISI quòd alter IN SVPERFICIE fiat, *l. 1. & 2. ff. de superficie.* alter super RE QVALIBET MOBILI vel IMMOBILI. Adiectum quoque fuit, HAEREDIBVS LEGITIMIS, quæ verba etiam faciunt ad intelligendam feudalis contractus naturam: Nam in his NON OMNES successores promiscuè succedũt, quia appellatione hæredis veniunt, nec illi, qui vt masculi agnati hæredis appellatione continentur, *l. hæredis appellatione, ff. de verbo. signific.*
23 † Verùm II TANTVM, qui ab ACQVIRENTE PRIMO FEVDI per virilem sexum descendêre, exclusis etiam omnibus agnatis alijs, qui AB EO progeniti nõ sunt, *c. 1. de success. fratrum & grad. success. in feud.* quod est no-
24 tandum: Et hoc quando feudum est PATERNVM. † In NOVO enim FEVDO agnati collaterales non succedunt, *c. 1. de frat. de nouo benefici. inuestit. c. 1. §. & quia. versicu. sin autem vnus. de ijs qui feud. dar. poss. c. 1. de success. fratr. & gra. succeden. in feudo.* descendẽtes verò omnes, *vt infrà in 4. & 9. parte latiùs docebimus.* Hac ergo rursum particula OMNES alij prædicti contractus & similes excluduntur, in quibus semper omnes agnati ab intestato, item omnes hæredes extranei succedunt, *d. l. hæredis appellatione. ff. de verb.*
25 *sign.* † Et maximè CONTRACTVS LIBELLARIVS, qui licèt ad legitimos hæredes aliquando libellũ transmittat: (*vt infrà in parte 12. vbi de alienatione agemus, doceo*) tamen appellatione huius hæredis legitimi SOLVM venit MASCVLVS filius ex parte accipientis, non etiam nepotes vel vlteriores, *c. 1. versicu. & si clientulus. de alien. feud.* vt clarè innuitur certo aliquo textu, d. c. 1. versic. & si clientulus, de alien. feudi. in verbis, sine legitimo

gitimo hęrede MASCVLO: quod verbum ita intelligẽdum est in feudo, id est, sine filio MASCVLO, etsi esset speciale in illo contractu: Est enim contractus libellarius, (de quo hîc,) quando vasallus feudi mediam partem domini sui alteri alicui concedit sub pensione annua in perpetuum vel ad tempus, *c.1.§.donare, qual.olim feu. pot.alien. vbi Doct. iuncto c. 1. de alien. feud.* Et † differt quoque ab emphyteusi, quia iste contractus fit super re feudali tantùm, & sterili. Contractus verò emphyteuseos super re qualibet, & sterili, *vt sup.* Item emphyteuticarius non potest rursum rem emphyteuticariam alteri in emphyteusim dare, irrequisito prius domino, *l.fin. C.de iure emphyt.* vasallus licitè, etiam irrequisito domino, ad medietatem in libellum dare potuit, *d.c.1.de alien.feu. c.1. qualiter olim pot.feud.alien.* Sequitur, per INVESTITVRAM: quæ certè particula ad feudi naturam cognoscendam necessaria est. Denotat † enim substantiam feudi: nam absque INVESTITVRA feudum constitui posse impossibile est, *c.1.quib.mod.feud. constit.potest, c.1.qui testes necess. sunt ad nouam inuestit.proban.* Debet enim illa solenniter fieri, vel per rei ipsius, concessæ in feudum, traditionem, vel per aliud quippiam corporeum, hastam scilicet, ensem, annulum, vel simile tradendo, & hoc coram paribus curiæ omninò, si habet, aliàs non valeret, *c. 1.quid sit inuestit.d.c.1.qui test.sunt necessa.ad nouam inuestit.proban. iuncto c. 1.quib.modis feud. constit. pot.* Et quid sit inuestitura, & quomodo fiat, infrà in parte 9. tractabo. Per hanc quoque particulam supradictos contractus excludere possumus, qui inuestitura tali non fiunt, atque ille feudalis contractus. Subiungitur, cum vtilis dominij translatione, retenta proprietate. Nam licèt feudum eius sit naturæ, vt transmittatur ad hæredes omnes legitimos, cum quòd hæredi vel vasallo accipienti auferri nunquam possit sine culpa, *c.1.in fin.in quib.caus.feud. amit. c.1. de feud.sine culpa non amit.* tum plenum non transfertur dominium, sed solùm vtile, *c.1.§.quamuis, de inuest. de re alie.facta. c.1.in fin.in quib.caus.feud.amit.*

His rursum † particulis excludimus PRIMÒ, con- 29

tractum precariæ, in fœminino genere, qui contractus plenum transfert dominium in accipientem, apud alienantem verò nudum vsumfructum relinquit, vel aliud quippiam nomine illius vsusfructus, *c. precariæ. 10. quæst. 2.*
30 Fit enim † contractus precariæ, cùm quis Ecclesiæ rem suam immobilem dat, vt sibi vsumfructum illius rei ad vitam seruare possit, tum prçter hoc ab ecclesia tantum percipere fructuum, atque fructus suæ rei existunt, vel triplum fructuum eius nomine, *d. c. precariæ. 10. quæst. 2.* Alterius verò contractus precariæ meminit Panor. alibi,
31 *in c. 1. extr. de precar. vbi videre licebit.* SECVNDÒ † his verbis excludimus contractum censualem, qui etiam vicinitatis plurimùm cum feudo habet: nam ex beneuolentia aliquando procedit, gaudiumque accipienti præstat, in rebus immobilibus consistit: tamen dominium vtile nō solùm tali cōtractu transfertur, verùm etiam directum plenumque dominium, adeò, vt nihil etiam iuris illa in re penes concedentem quasi remaneat, præterquā quòd census annuus vt antiquior dominus in memoria maneat, ei soluatur, *ita glos. communiter approbata in c. constitutus, in verbo, iuxta ratam, extr. de relig. domib.* In hoc quoque à feudo differt, quòd etiamsi in concedentem delinqueret: per hoc tamen censualem fundum non amitteret: secùs in feudo, *d. gloss. vbi Panorm. iuncto toto tit. quæ fuit prima cau*
32 *sa benefic. amit.* Sic † quoque differentia est inter contractum censualem & emphyteuticum: nam contractus emphyteuticus directum quoque dominium nō transfert, sed vtile, *l. 1. C. de iure emphyteut.* censualis maximè, vt diximus. Item emphyteuta pensionem soluit: Censuarius verò censum, quæ differunt: nam census ex re nostra, pensio ex aliena datur, *d. gloss. in verbo, iuxta ratam.* Iterum non soluta pensione intra tempus lege definitum, res emphyteuticaria in commissum cadit, *l. 2. C. de iure emphyteut. c. potuit, extr. de locat.* censualis nullo tempore, etiamsi per mille annos censum non satis fecisset, *d. gloss. & ibi Panorm.* quæ benè sunt notanda. Addidimus posteà in definitione quoque verbum, Sub FIDELITATE, quæ particula quoq; rectè addita censeri debebit: Nam impos-

impossibile † quoque est, feudum absque fidelitate consistere. Feudum enim ab ipsa fidelitate dicitur, *c.1.§.nulla, per quos fiat inuestit.* aut à fœdere, vt Zasius vult *in 1. parte sui tractatus feudorum.* Atq; adeò necessariam hanc putauerim vt nec pacto remitti posset, vt ea, quæ de substantia contractus esse dicuntur. Priuatorum enim pactis iuri publico vel substantialibus derogari nihil debet, *l. fin. in fin. ff. de suis & legit. hæred. l. nec ex prætorio, ff. de reg. iur. argum. l. nemo potest. ff. de legat. 1.* Non † tamen negamus, iuramentum fidelitatis remitti posse, dum tamen ipsa substantia fidelitatis integra maneat: istud enim fieri posse expressum est, *in d. §. nulla, per quos fiat inuestit.* Iuramentum ergo remitti possit, manente fidelitate. Est enim multis viris grauibus religio iurare, non minùs tamen benè & fideliter omnia agere. Vt ergo pactum reiicitur, ne dolus præstetur, *l. contractus, in fin. ff. de reg. iur.* ita à simili pactum non valere intelligimus, ne fidelitas præstetur, quum vtrobiq; per hoc ad delinquendum inuitarentur. Atq; ideò concesso feudo (non remisso iuramento, si vasallus fidelitatem, hoc est, iusiurandum domino exigente pro fidelitate seruanda præstare nollet) licitè illi inuestitura à dño negari posset, *d. c. 1. §. nulla. per quos fiat inuestit.* QVATVOR ergo in definitione ista necessaria in feudo fieri, seu substantialia, requirimus: BENEVOLENTIAM nempè dantis, GAVDIVM ex parte accipientis, INVESTITVRAM, & FIDELITATEM. Postremò adiecimus, sub EXHIBITIONE SERVITIORVM HONESTORVM: profectò vt rei turpis stipulatio, mandatum, nullam parit obligationem, *l. generaliter, ff. de verborum obligat. l. si remunerandi, §. rei turpis, ff. mandati, cum similibus.* ita quoque seruitij obligatio turpis in feudis: Multò minùs nulla horum si promissio facta est. † Et ideò vasallus dominum in rebus turpibus, inhonestis, iniustis, iuuare, obedire, tum obsequio esse necesse non habet, *argumento l. hæ demùm, l. eius, ff. de oper. libertor. c. 1. in princip. hîc finitur lex.* Nec putet quis, partem hanc superfluè appositam, cùm feuda esse libera poterunt, seu franca, quia definitio nostra ad ea tendit, quæ sæpiùs, non

33 34 35 36

non quæ rariùs contingunt. Rariùs enim franca, sæpiùs verò ob præstanda seruitia feuda tribuuntur, *c.1. in fin. in*
37 *quibus causis feud. amit.* Et licèt † franca feuda externi seruitij præ se nihil ferunt, nec seruitio vasalli sint aliquo astricti: tenebuntur tamen possidentes ad obsequialia saltem seruitia, vt libertus Patrono, *argum. c. 1. & ibi gloss. de vasal. qui contra constit. Lothar. reg.* Rursum ad hoc, ne in dominum delinquant, & ad similia, de quibus infrà suo loco. Et hæc quo ad definitionem suffecerint. Nunc ad tertiam partem contendamus.

PARS TERTIA, DE FEVDALI diuisione in species diuersas.

SVMMARIA.

1 *Diuisio feudi in suas species.*
2 *Feudum nouum quid sit.*
3 *Feudum paternum.*
4 *Feudum antiquum.*
5 *Feudum Ecclesiasticum, & quotuplex.*
6 *Feudum seculare.*
7 *Feudum regale.*
8 *Capitanei regni qui dicantur.*
9 *Feudum non regale.*
10 *Feudum nobile.*
11 *Qui per feuda nobilitantur.*
12 *Regni Valuasores qui sint.*
13 *Minores Valuasores.*
14 *Feudum ignobile.*
15 *Rusticus, rerum suarum administrationem habens, feudum dare potest.*
16 *Nobilitas ex militia potissimùm processit.*
17 *Quintus Cincinnatus à rastris ad Dictaturam vocatus.*
18 *Strenuissimi quique milites ex agris delecti.*
19 *Feudum ligium.*
20 *Feudum ligium non suscipitur, nisi ab Imperatore, vel Rege.*

HACTENVS declarauimus quid feudum sit in genere, & vnde dicatur:† nunc genus in duas species diuidemus. Et quamquam duabus solùm speciebus omnia complecti possem, dicendo, Feudum aliud esse proprium, aliud improprium: tamen ne nouus videar, equidem etiam aliquot species enumerabo, vt & alij Dd. fecêre. PRIMÒ ergo, feudum aliud nouum, aliud paternum, seu antiquum dicitur. SECVNDÒ, feudum aliud Ecclesiasticum, aliud Seculare. TERTIÒ, feudum aliud regale, aliud non regale. QVARTÒ, feudum aliud nobile, aliud ignobile. QVINTÒ, feudum aliud ligium, aliud non ligium. SEXTÒ, feudum aliud masculinum, aliud fœmininum. SEPTIMÒ, feudum aliud francum, aliud non francum. OCTAVÒ, feudum aliud de Camera, aliud de Cauena. NONÒ, feudum dicitur aliud esse in Curte domini, aliud extra Curtem domini. DECIMÒ, feudum aliud emptitium, aliud gratuitum. VNDECIMÒ, feudum aliud certorum seruitiorum, aliud incertorũ. DVODECIMÒ, feudum aliud 1

Guar-

Guardiæ, aliud Castaldiæ. DECIMOTERTIÒ, feudum aliud, quod pro mercede datur, aliud quod ita datur, vt vasallus, vel eius hæredes, vel quibus dederit, habeant. DECIMOQVARTÒ, feudum aliud Soldatæ, aliud ha-
2 bitationum. *his contentus ero.* NOVVM FEVDVM † dicitur respectu antiqui seu paterni, & dicitur nouum, quod de nouo acquisitum fuit, & habet initium à persona inuestiti, nec prouenit per successionem à maioribus, *c. 1. qui*
3 *testes sunt necess. ad proband. nouam inuestitut.* † PATERNVM propriè dicitur, quod à patre, vel ab aliquo ascendentium vsq; ad quartum gradum, inclusiuè, obtentum est,
4 *c. 1. §. 1. de success. feud.* ANTIQVVM † verò propriè, quod à maioribus, etiam suprà quartum gradum acquisitum fuit. Hodie tamen promiscuè paternum vel antiquum dicimus, quod ab vno ex maioribus nostris prouenit, *c. 1. de success. frat. & grad. succedent. in feud. & c. 1. §. paternum, de na-*
5 *tura success. feud.* FEVDVM ECCLESIASTICVM tripliciter dicitur: Primò, vel quod ab Ecclesia, vel Episcopatu, vel Abbatia, vel similibus datur, *c. 1. de ijs qui feud. dare possunt, c. 1. Episcopum vel Abbatem, c. 2. extr. de feudis.* Secundò, quod ab Ecclesia, Abbatia, Episcopatu, vel alio pio loco suscipitur, dum tamen id fiat ab aliquo Abbate, Episcopo, vel Ecclesia, vel ipso Papa: quę duo mera Ecclesiastica vocantur. Tertiò, quod datur vel suscipitur à Clerico, vel Ecclesiastica persona, non tanquam ab Ecclesia, sed de suis propriis patrimonialibus bonis, quod tamen seculare dici potest, *c. 1. de cleric. qui inuestit. facit.* SE-
6 CVLARE † dicitur, quod à seculari Principe vel domino accipitur, siue à laica, siue Ecclesiastica persona, respectu Ecclesiæ, Abbatiæ, vel Prælaturæ. Nam hi possunt etiam à laico feuda accipere, *c. 1. §. fina. de capit. Conrad.*
7 *c. 1. de ijs qui feudum dare possunt.* FEVDVM REGALE † dicitur, quod à Rege vel Imperatore recognoscitur, habens annexam dignitatem, vel feudum Ducatus, Comi-
8 tatus, Marchionatus, *c. 1. de feud. March.* Et † hi qui illa suscipiunt, Duces, Comites & Marchiones dicuntur, & regni Capitanei, *c. quis dicatur Dux, Comes, March. c. 1. de ijs qui*
9 *feud. dare possunt.* NON REGALE † dicitur, quod vel ab infe-

inferioribus à Principe recognoscitur, seu Rege, vel à
Rege quidem, non tamen habens ita annexam dignitatem, *c.1.de ijs qui feud.dare poss. vbi Aluarot.& al j, & c.1.versic. qui verò à princ.ipe.quis dic.Dux, Comes, March.* † FEVDVM NOBILE dicitur ab eo, quòd accipientem nobilitat: veluti, cùm ab Imperatore, Rege, vel Papa confertur, *c.1.quis dica.Dux.Com.Marchio.& ibi Doct.* Et hi regni Capitanei dicuntur, *c.1.de ijs qui feu.dare poss. vt antè diximus.* † Nobilitantur quoque qui ab ijs rursum infeudantur, qui ab Imperatore, Rege vel Papa habuêre primùm, veluti à Ducibus, Marchionibus, Comitibus, minùs tamen quàm principales. Et hi † propriè regni Valuasores & Capitanei tantùm dicuntur, *text.in d.c.1.de ijs qui feud.dare poss.& d. c.1.quis dica. Dux, Comes, March.* Rursum qui ab ipsis iterum infeudantur, per hoc nobiliores fiunt, si antiquitùs aliquid nobilitatis habuêre, *de quo Aluar.in d.c.1.quis dica.Dux, Com.March.* † Et hi propriè dicuntur minores Valuasores, *c.1.de ijs qui feu.dare poss.c.1. quis dica.Dux, Com.March. vbi Doct.* IGNOBILE † dicitur, quod à minoribus Valuasoribus, vel à priuatis in feud.conceditur, *d. c. 1. de ijs qui feud.dare poss.* Inquit enim Bald. *in d.c.1.de ijs qui feud. dare poss.* Rusticum † posse feuda dare, dummodò suarum rerum administrationem habeat, *c. 1. §. noui, per quos fiat inuestitura,* isti tamen per hoc non nobilitantur. Latè de his alibi Doct. & maximè Aluar. *in c.1.§.ceteri, quis dica. Dux, Comes, March.* Non tamen dubito, si rusticus suo cum vasallo sub Principe egregiè militaret, quin fierent nobiles: † Respectu enim militiæ nobilitas acquiritur & contingit, vt optimè sentit quodam in loco Alciatus *in suo tract. de singula, certami.* Non † enim prosapia, sed virtutis egregia facta, nobilem efficiunt, quæ non secùs à rustico, quàm ab alio quolibet, fieri queũt, † vt clarè patuit in Lucio Quintio Cincinnato, quem missi legati nudum trans Tibrim arantem Dictaturę insigniis, reiectis, rastris ligone, cęterisq; ruralibus instrumentis, decorauêre, *vide Liu.lib.3. dec.1.Valer.Max.lib.4.cap.4.* quamuis verum egerit militē, cæterisq; iure militari præcelluerit, nemo est, qui ex historiis ignoret, vt hic nõ opus sit Vegetiũ adferre, † qui

Margin section numbers, in order: 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19

ex a-

ex agris dicit potissimùm milites esse deligendos, ac
30 strenuissimos fore attestatur. † FEVDVM LIGIVM di-
citur, quando iuratur fidelitas super feudo contra om-
nem hominem mundi, nullo excepto. Et istud non su-
scipitur, nisi ab Imperatore, vel Rege, qui superiorem
31 non agnoscunt. Dicitur enim † homo ligius, quasi suo
domino planè alligatus, *ita alibi glos. in Clem. pastoralis, de re
iudic. quæ solùm de eo mentionem facit, & alio loco Specul. in §. quo-
niam, versic. 1. de feud. & huius quoque fit mentio in c. si quis inuesti-
tus, in tit. de feud. & benef. constit. Impera. in extraord.* NON LI-
32 GIVM dicitur, † quando in iuramento fidelitatis prior
seu antiquior dominus excipitur, *c. 1. de noua form. fidel. c. 1.
§. fin. de prohib. feud. alien. per Fred. c. 1. hic finitur lex. dein. consuetu.*
33 *regni incip.* FEVDVM MASCVLINVM † dicitur dupli-
citer, vel quod ad masculos tantùm transmittitur, non ad
fœminas, *c. 1. §. 1. vers. hoc autem notandum. de ijs qui feudum dare
poss. c. 1. §. filia. de suc. feud.* vel quod solùm à masculis priùs
acquisitum est, licèt eâ conditione, vt quoque ad fœmi-
nas transeat, *c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis masc. & fœm. inuesti.*
34 *accep.* FOEMININVM † quoque dicitur dupliciter, vel
quod ad fœminas transit, licèt à masculo prius acquisi-
tum est, *d. c. 1. de eo qui sibi.* vel quod à fœmina acquisitum
35 est, *c. 1. de feud. fœm.* FEVDVM FRANCVM † dicitur, quod
ita vasallo datur, vt ab omnibus seruitiis sit immune:
Francum enim (Gallico idiomate,) liberum diximus.
Cùm ergo in instrumento feudali, vel in inuestitura,
inuenitur hoc modo: Titius concessit tale castrum, ter-
ritorium, vel simile Petro in feudum liberum seu fran-
cum: hæc concessio importabit feudum omni seruitio
esse liberum. Et licèt de isto feudo in iuribus his nostris
feudalibus mentio non fiat: alibi tamen meminit textus
huius, *in c. si cui mil. in tit. de feud. & benef. constit. imperi. in extra-
ord. quem ponit Aluar. in fin. commentariorum suorum de feud.* FEV-
36 DVM DE CAMERA † dicitur, vel etiam Cauena, cùm
aliquid annuum ex camera fiscali, vel ex alio aliquo lo-
co, vtpote thesaurario, vel ex vectigalibus, vel mensa
argentariorum, vel similium in feudum confertur. *Mart.
Lauden. in c. 1. §. item si fuerint, in quib. mod. feud. amit. tit. 1. Aluar. &
alij*

alij in c.1.verfic.sciendum, de feud.cogni. & Zasius in vlt.part.§.conclus. & huius fit mentio in c.1.versic.sciendum, de feud.cogn. & in c.1. §.si verò vasal.quid sit inuest. † FEVDVM IN CVRTE DOMINI dicitur, quando dominus habet dominium, vel possessionẽ totius villæ, vel territorij alicuius, ita quòd omnes rustici & coloni dictæ villæ recollectos fructus villæ necesse habent deferre ad domum dominicalem, hoc est, ipsius domini, existẽtem in dicta villa. Quæ domus † propriè curia, seu curtis domini dicitur. Et ergo si dominus concederet partem illius villæ alicui in feudum, dicitur ille qui ab illo accepit, vasallus ex curte domini, & feudum in curte domini esse, *Aluarot. in proœmio, in 14. sua diuisione, & Zasius in princ.11.partis, & fit huius mentio in c.1.§.fin.in fin.quibus mod.feud.amit. & in c.1.§.si quis de manso.si de inuestit.feud.controuers.fuerit, vbi etiam Doct.* † EXTRA CVRTEM FEVDVM ESSE dicitur, quando dominus non habet dominium totius villæ, sed possessiones pro maiore parte sunt rusticorum, vel aliorum, & dominus solùm possidet ibi modicum, puta, duas vel tres possessiones, ita quòd propterea ibi curiam vel domum non habeat, tunc, si dictas possessiones, quas ibi habet, daret alteri in feudum, iam diceretur vasallum habere extra Curtem suam, & feudum esse extra Curtem seu Curiam domini, *c.1.§.penult. & vlt.quibus mod.feud.amit.tit.1.* Sed paucis putauerim feudum in Curte domini tunc dici, cùm dominus ibi solùm habet curiam iurisdictionalem respectu feudi illius, etiamsi ibi nullas alias possessiones retineat, quod innuit textus alibi satis, *in c. 1. §. prætereà, versic.similit.quibus modis feud.amit.tit.1.* in verbis, & Dominus districtum habuerit, vel alium honorem: vbi prohibetur libelli nomine alienare propter solum districtum, vel alium honorem, etiam cum non est in curte domini, feudum, & sic à simili. FEVDVM † EMPTITIVM dicitur, quod pecunia, vel alia aliqua re acquisitum est. GRATVITVM, quod gratis collatum est. FEVDVM † CERTORVM SERVITIORVM dicitur, quod ad certa aliqua seruitia præstanda datur, veluti, vt vasallus sit super re præscripta, vtputa, vxori suæ

27 28 29 30 31

vt præcedat, eam expectet, vel seruiat, vel simile agat.
32 FEVDVM † INCERTORVM SERVITIORVM dicitur, cum nullum certum seruitium deputatur, sed ad
33 seruitia in genere feudū confertur. † FEVDVM GVARDIAE dicitur, quod dominus alicuius castri vel territorij pro custodiendo castro vel territorio alicui concedit. Nam Guardia, dicitur custodia, & Guardani
34 custodes. † FEVDVM CASTALDIAE dicitur, quod dominus, eligendo rerum suarum gubernatorem, pro gubernatione ei assignat, vt in feudum habeat. Castaldia enim dicitur gubernatio, & Castaldi gubernatores.
35 *De his duobus feudis Doct. in c. 1. de feud. Guard. & Castald.* † FEVDVM QVOD PRO MERCEDE DATVR, dicitur, quod dominus pro officio aliquo vili, vtputa Coco, vel simili alicui assignat, *de quo in c. 1. vbi Doct. de feud. Guard. &*
36 *Castald.* † FEVDVM QVOD ITA DATVR, VT VASALLVS VEL HAEREDES, VEL QVIBVS DEDERIT, HABEANT, dicitur, quod dominus alicui confert, dando potestatem eo faciendi quod lubet. *de*
37 *quo in c. 1. de feud. non habente propriam natur. feud.* † FEVDVM SOLDATAE est præstatio quædam annua, gratuita, in mobilibus consistens, & dicitur ideò Soldatæ, quòd plerunque in solidorum donatione consistat: Quandoque etiam in vino, butyro, & similibus constituitur, *de eo habetis in c. 1. in fin. quis dicatur Dux, Comes, March.* Solent enim talia feuda assignari nobilibus depauperatis pro vitæ
38 sustentatione, *Doct. in d. c. 1.* † FEVDVM HABITATIONVM dicitur, quando dominus alicui habitationem in feudum largitur. De eo quanquam nihil in nostris iuribus feudalibus habeatur: fit tamen eius mentio alibi, *in c. feuda habitationum, in tit. de feud. & benefic. Const. Imp. in extraor.* Et hæc suffecerint quò ad hanc partem tertiam, de feudi diuisione, eiusq; speciebus.

QVAR-

QVARTA PARS, DE NATURIS FEUDORUM PROPRIORUM.

SVMMARIA.

1 *Naturæ diuersorum feudorum enucleantur.*
2 *Feudi proprij natura.*
3 *Feudo proprio quæ natura in dubio inesse præsumatur.*
4 *Contra feudi naturam qui aliquid adfert, dictum suum probare debet, quum præsumptio sit contra ipsum.*
5 *Feudum non habens propriam naturam, quando propriè dicatur.*
6 *Feudum solùm alteratur in ijs, à quibus pacto recessum est: in alijs nihil mutatur.*
7 *Feudum nouum cuius sit naturæ.*
8 *In feudo nouo collaterales non succedunt, sed solùm descendētes.*
9 *Feudum nouum regulariter non nobilitat.*
10 *Nobilitas in ictu oculi non nascitur.*
11 *Ex feudo nouo aliquando quis nobilitatur.*
12 *Feudum nouum an pater in præiudicium filij refutare poßit.*
13 *Feudum paternum vel antiquum cuius sit naturæ.*
14 *In feudo antiquo seu paterno tam collaterales, quàm descendentes succedunt.*
15 *Feudum Ecclesiasticum cuius sit naturæ.*
16 *Episcopus, Abbas, vel Prælatus, non potest successorem in officio grauare inuestiendo, vt ex vi pacti feudum post mortem poßidentis det, cui illi addixerant.*
17 *Ratio, quare Episcopus, Abbas, aut similis persona modo prædicto successorem grauare non poßit.*
18 *Hæredes laicorum factum defuncti præstare debent.*
19 *Inuestitura noui feudi Ecclesiastici non requirit pares curiæ necessario, & ratio, quare.*
20 *Feudi natura à quo mutari poßit, & à quo non.*
21 *In feudo, quod habet Ecclesia, culpa non punitur, nisi ad vitam eius, qui illud Ecclesiæ nomine tenet.*
22 *Feudum regale cuius sit naturæ.*
23 *Feudum regale non diuiditur.*
24 *Super controuersia feudi regalis solus Imper. vel Rex, cognoscit.*

HACTENVS docuimus in parte secunda, quid sit proprium feudum: in tertia parte iam quoque species feudi. Restat nunc in quarta parte singu-
1 larum † specierum enumeratarum naturas paucis enucleare: Vt enim contractus alij sua substantialia & naturalia habent, vt (exempli gratia) emptio pretium, quod est de substantia, *§. pretium, Institut. de empt. & vendit.* rursus euictionem, quæ natura contractui emptionis inest, etiamsi de ea cautum non sit, *toto tit. de euict. ff. & C. &, l. pacta, vbi gloss. ff. de contrahend. empt.* ita quoque iste contractus feudalis: Quæ enim de substantia feudi sunt, in definitione suprà satis declaratum est. Hîc nunc, quæ sint de natura feudi proprij, dicemus. Priusquam tamen ad singularum specierum naturas descendam: Primò, quæ

uæ ſemper natura propriis feudis inſunt, enumerabo, uæ tamen in diſcurſu, ſuo loco, vbique latiùs explicauntur. Suffecerit enim hîc ſaltem obiter eius facere ientionem. Natura † ergo proprij feudi eſt quædam 2 ualitas, feudis à principio innata, ſeu cognata, ex qua irtus contractus proficiſcitur, & regulariter ſemper enſetur ineſſe feudo, niſi per pactum contrarium faum ab aduerſa parte probetur. *Aluar. & alij omnes in prædijs feudorum, & text. in c. 1. §. fin. quid ſit inueſtit.* Primò † ergo 3 atura proprio feudo ineſt, quòd ad fœminas nô tranſnittatur, *c. 1. §. 1. verſic. hoc autem notandũ. de ijs qui feu. dare poſſ. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud. c. 1. de ſucceſſ. frat. & grad. ſuccedcn. in feud. 1. de nat. ſucceſſ. feud.* & ergo ſi filia, neptis, vel ſimilis, deuncto exiſtens in proximiori gradu, dicere vellet feuum ad ſe pertinere, hoc probare haberet, cùm ſit conra naturam feudi, ad fœminas tranſire, *dictis cc. citatis, & 1. §. fin. quid ſit inueſtit.* & ſic in ſimilibus poſteà dicendum e ſit opus ſæpiùs idem repetere. Secundò eius eſt naturæ, quòd nunquam in eo ſuccedunt aſcendentes in reta linea, & ſic pater non ſuccedit filio, nec auus nepoi, & ſic deinceps, *c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Tertiò, eius naturæ eſt, quòd tranſmittatur ad legitimos hæredes, *d. c. 1. de atur. ſucceſſ. feud. c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. de ſucceſ. frat. & grad. ſucceen. in feud.* Quartò, eius naturæ eſt, quòd ſine culpa vaſali ſemel datum auferri non debet, *c. 1. de nat. feud. c. 1. de feu. ne culp. non amit.* Quintò, quòd ad ſeruitia præſtanda teeatur, *c. 3. in fin. in quib. cauſis feud. amit.* Sextò, quòd ſine con enſu domini feudum alienari non poteſt, *c. 1. de prohib. eud. alien. per Fred. c. 1. qual. olim pot. feud. alien.* Septimò, quòd etiam dominus non poſſet alienare dominium dire-tum feudi ſine conſenſu vaſalli, *c. 1. §. ex eadem, de lege Conad. c. 2. quo tempore miles inueſt. pet. deb.* Octauò, eius quoque naturæ eſt, vt licitè poſſit vaſallus acceptum feudum lteri in feudum dare, *c. 1. §. ſi verò, qualiter olim feud. pot. aien. c. 1. §. callidis, de prohib. feud. alien. per Fred. & §. illud, eod. tit. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.* Nonò, quòd ſolùm iiſlem legibus, quibus ipſe habuit, in feudum dare poſet, *c. 1. §. ſimiliter, de lege Conradi.* Decimò, quòd ſolùm æqua-

li sibi, *d.c.1.§.similiter.* Vndecimò, eius naturæ est, quòd secundùm ius feudale hæredes legitimi descendentes in eodem gradu æqualiter succedant, *c.1.§.& quia, de ijs qui feud. dare poss. c.1. de succes. feud.* Duodecimò, eius naturæ est, quòd hæredes vnius gradus licitè inter se diuidere feudum possent, *c.1.§.paternum, vsque ad finem. de natu. succes. feud. c.1.§.si quis per triginta, versic. omnes filij. si de feud. defunct. content. sit inter dom. & agnat. vasal.* Decimotertiò, eius naturæ est, quòd pater vasallus de eo nihil disponere possit in præiudicium legitimorum hæredum, *c.1. de succes. feud. c.1.§. donare. qualiter olim feud. pot. alien. c.1. de probib. feud. alien. per Freder.* Decimoquartò, eius naturæ est, quòd per habitus clericalis assumptionem amittatur, *c.1.§.si quis per triginta, versi. qui clericus. si de feud. defunct. conten. sit inter dom. & agnatum vasal. c.1. de vasal. milite qui arma bellica depo.* nec possint clerici in feudo succedere, *c.1. in 2. responso, de feud. fœmin. c.1. in fin. an mut. vel ali. imperfect.* Decimoquintò, eius naturæ est, quòd muti, surdi, & similiter imperfecti planè incurabiles in feudo non succedant, *c.1.§.quinctiam, versic. mutus. Episc. op. vel Abbat. c.1. an mutus vel ali. imperfect.* Decimosextò, eius est naturæ, quòd regulariter naturales legitimati filij in eo non succedant, *c.1.§. naturales. si de feudo defunct. content. sit inter dominum & agnat.* Decimoseptimò, eius est naturæ, quòd quandocunque à vasallo erga dominum delinquitur, quòd tunc statim feudum ad dominum reuertatur, exclusis omnibus legitimis hæredibus: Quando verò erga alium delinquit, tali tamen delicto, ex quo feudum amitti debet, quòd tunc ad legitimos hæredes deuolui debeat, *in c.1.§.fin. quæ fuit prima causa benefic. amit. c.1. si vasal. feud. priu. cui defe.* secundùm distinctionem à nobis datam infrà in principio duodecimæ partis, vbi de his latiùs. Decimooctauò, eius naturæ est, quòd, euicto feudo ab alio, domino teneatur ad aliud æquiualēs, reiecta præstatione interesse, *c.1. de inuestit. de re alien. facta. iuncto c.1.§.si facta, si de feud. defunct. conten. sit inter dom. & agnat. vasal.* Decimononò, eius naturæ est, quòd licitè potest à vasallo refutari domino, eo etiam inuito, *c.1. de vasallo, qui contra constit. Lotharij reg. feud. aliena.* Potest quoque refutare

are in aliquem legitimorum hæredum, etiam inuito domino, *c.1.de eo qui finem fecit agnat.suo de feud.patern. c. 1.de alienat.feud.patern.* Vigesimò, eius naturæ est, quòd fidelitas iuramento confirmari debeat à vasallo, *c. 1.§.sed etiam re, versic.nulla, per quos fiat inuestitu. c.1. quid præcede.debeat.* Vigesimoprimò, eius est naturæ feudum, quòd cum super eo controuersia sit inter dominum & vasallum, non possint à se mutuò exigere iuramentum calumniæ, *c. 1. §.in quibus.de consuet.rect.feud.* Vigesimosecundò, eius est naturæ feudum, quòd prohibeat (feudo accepto) posse vasallum dominum vel accusare, vel vllum contra eum testimonium dicere extra feudi causam: & econtrà dominum accusare vasallum, vel vllum testimonium contrà dicere, *d.c.1. §.in quibus, de consuetud. rect. feud.* Vigesimotertiò, eius est naturæ, quòd vasallus super feudo, etiam in præiudicium domini, posit transigere, *c. 1. §. si vasallus feudum, versic. si vasallus, si de feudo defunct.content. sit. c. 1.de controuersia inter vasallum & alium de feudo.* Et suffecerint, quan quam multò plura possum accumulare, de quibus postea suo loco, vbi res exegerit, tractabimus latiùs, & discutiemus.

Prædicta omnia inesse feudo ex natura dicetis: quicunque † ergo aliquid contra prædicta naturalia vult afferere, is necesse hoc habet probare, siue dominus sit, siue vasallus, cùm semper præsumptio sit contra illum, *c.1. §. præterea, quid sit inuest.* Quãdocunque † ergo pacto ab aliquo naturalium, de quibus iam dictũ est, à partibus recessum fuerit, non malè dici posset tunc, illud esse feudum non habens propriam naturam feudi, non tamen improprium feudum, *vt Doct. volunt, & infrà in fine huius partis dicam.* In iis † tamen tantùm dicetis tunc à recti feudi natura degenerare, in quibus pacto recessum est: in aliis verò omnibus seruare propriam naturam feudi: velut, si quis feudum ea conditione & pacto acciperet, vt tam fœminæ, quàm masculi, in eo succederent. Hîc iam licet in eo degeneret à feudi recti natura, quod fœminæ etiã in eo succedant: in aliis tamen non degenerat; & ergo fidelitatem æquè præstabunt, ex culpis amittẽt, &

4

5

6

 omnia

omnia facient, quæ naturalia requirunt, *de quibus iam diximus, c.1. de feud. non habente propriam naturam feud. In quo etiam omnes Dd. d.c.1. & Lud. Roman. in consi.10. & Dec. cons.193. consentiunt.* Nunc ergo redeamus, his præmissis generalibus, ad species feudi antè à nobis ordine enumeratas, explicantes separatim earum naturas. Et PRIMÒ diximus, FEVDVM ALIVD esse NOVVM, ALIVD esse PA-
7 TERNVM, seu ANTIQVVM. FEVDVM † NOVVM e-
8 ius est naturę in specie, quòd in † illo non succedant nisi descendentes, non etiam collaterales, *c.1. §. & quia. vers. sin autem vnus. de ijs qui feud. dar. poss. c. 1. §. si duo fratres, de feud. March. c.1. de duob. frat. de nouo benefic. inuestit. c.1. de benefic. fratris.* Secundò, eius est naturæ, quòd non acquiritur sine inuestitura, *c.1. quib. mod. feud. constit. potest.* Tertiò, quòd inuestitura fiat coram paribus curiæ, *c. inuestitura, tit. quid sit inuestit. 2. lib. 2.* Et hoc, si habet: si verò non habet pares, tunc extranei sufficiunt, *c. 1. §. quod autem, de consuetud. rect. feud.*
9 *cum similibus.* Quartò † eius naturæ est, quòd regulariter non nobilitat, nisi ab Imperatore, Rege, Duce, Marchione, & similibus concessum fuerit, *per text. & Dd. in c.1. versic. cæteri, quis dicatur Dux, Com. March. de quibus in parte præceden-*
10 *te diximus.* quia † nobilitas in ictu oculi non nascitur, *Bal. in proœmio feud. in decima sua diuisione. Petrus de Ferra. in sua pract.*
11 *de renouat. feud. Aluarot. & alij in d. versic. cæteri.* si † tamen dudum super isto nouo feudo strenuè militasset, & facta milite digna exhibuisset, putarem & nobilem fieri, vt suprà etiam alibi tetigimus, per d.c. vers. cæteri, quis dica. Dux, Com. March. dum inquit textus: cæteri verò, qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licèt nouiter à Capitaneis, seu Valuasoribus, acquisierint, Plebei nihilominùs sunt: quasi diceret, si antiquitùs tenuerunt etiam nouum feudum, non erunt plebei. Et certè cum ex militia nobilitas procedat, (vt antè diximus) quis dubitat emeritum militem etiã in nouo feudo non fieri nobilem, cùm etiam absque feudo nobilitatem cõ-
12 sequeretur? Quintò † eius naturæ est, quòd pater vasallus, refutando nouum feudum, præiudicat liberis suis. *Præposit. post gloss. in c.1. de vasal. decrep. ætat. & alij ibi communiter Doct.*

octo. & Zas.in 3.parte. Et hoc ideo,quod patre viuente iu-
s filijs nihil est acquisitum. Sed certa ab ista sententia
lanè deflectimus infrà *in 13.parte,circa finem.* vbi tenemus
atrem nouum feudum non posse refutare in præiudi-
ium liberorum, quò fuerit recurrendum. †ANTI- 13
QVVM FEVDVM,seu PATERNVM,eius est naturæ,
uod tam † collaterales,quã descendentes, in eo succe- 14
ant,*c.1.de nat.succes.feu.c.1.de succes.fra.et grad.succed.in feu.*Se-
undò eius est naturæ,quod in eo agnatus seu collatera-
is, qui ex stipite eius qui primò acquisiuit,non prodijt,
õ succedat,*c.1.vers.his deficientib.de success.fra. & grad.succed.*
i feud. quod est notandum.Tertiò,est eius naturæ,quod
n linea collaterali potius ad descendentes, quàm ad
scendentes transmittatur, licèt omnes à primo stipite
rouenerint:& ergo fratris nepos,qui est in quarto gra
u defuncto,excludit defuncti patruum, licèt sit defun
to in tertio gradu, *elegans text. & benè notandus in c.1.§.pa-*
ernum,vsque ad finem.de natura success.feud.de quo posteà latè in 9.
arte infrà,vbi de successione tractabimus. Quartò, eius est na-
uræ,quòd tali solennitate inuestitura non fiat cum pa-
ibus Curiæ, atque in nouo feudo diximus. Sufficit e-
im solam reuocationem illam inuestituræ intra tem-
us lege præscriptum petere,& hoc etiam solis adhibi-
is extraneis testibus, *c.1.in 2.responsio.qui testes sunt necessa.ad*
ouam inuestit.proban. SECVNDÒ diximus, FEVDVM
ALIVD esse ECCLESIASTICVM, aliud SECVLA-
RE. †FEVDVM ECCLESIASTICVM eius est natu- 15
æ, † Quòd Episcopus, Abbas, vel similis, qui inuestitu- 16
am dat,grauare non posset suum successorem,vt secun
lo,cui feudum addixit, post mortem possidentis ex vi
acti prædecessoris feudum dare illi teneatur,*c.1.qui suc-*
ess.feud.dare tenent.c.1.§.vbi verò.de cleric.qui inuestit.facit. hoc
amen verum,nisi ipse successor consenserit,*d.c.1.qui suc-*
ess.feud.dare tenent. Ipse tamen Episcopus,vel Abbas,vel
lius, qui ita dedit secundo, (primo adhuc possidente)
omninò istud pactum seruare tenetur, mortuo possi-
dente,*d.c.1.qui success.feud.dare tenent.* † Et ratio est, quare 17
uccessor Episcopi ratum habere non teneatur, quia

successor ex prædecessore non habet feudū iure aliquo hæreditario, sed iure proprio. Nam hæreditaria successio in Ecclesiasticis locum non habet, *c.1.de præbend.extr.*
18 † Laici tamen si ita alicui feudum darent seu addicerēt, alio adhuc possidēte, certè iam eorum hæredes, seu successores ratum habere deberent, *c.1.§.laici.qui success.feud. dare tenent.* quod etiam obtinet in casu, vbi Clericus de proprijs bonis patrimonialibus alicui feudū dedit, alio adhuc possidente, *c.1.in prin.de clerico qui inuest.facit.* & ratio est, quia factum illius probare debent, à quo lucrum habuerunt, *l.ex qua perso.ff.de reg.iur.*
19 † Secundò, eius est naturæ, quod noua inuestitura huius feudi necessariò curiæ pares non requirit, & sic quoque ad eam probādam nec necessariò testes pares curię, vt in Seculari nouo feudo, sed sufficiunt testes extranei, *text.in c.1.versic.in clericorum.si de inuest.inter domin.& vasall.lis oria.* & ratio eius redditur, nimirùm, quod absconsè sæpè & sine præsentia suorum confratrum facere nouam inuestituram student, *d.c.1.versic.clericorum.* Non mirum ergo, per quoslibet testes etiam probare posse. Nec obstat prædictis alibi textus, qui pares, vt videtur, requirit, *c.1.qui test.sunt necess. ad nouam inuestit.proban.* quia loquitur de clerico, qui de proprijs bonis feudum dedit, quo casu etiam necessariò pares requiruntur. Cessat enim tunc ratio, d. versic. *in clericorum.* secùs quādo clericus de bonis Ecclesiæ, Abbatiæ, vel conuentus dedit, *vt pulchrè Aluarot. d.loco.*
20 † Tertiò eius naturæ est, quòd Ecclesiastica persona primam inuestituram à maioribus factam alterare nō possit in deteriorem conditionem Ecclesiæ, Abbatiæ, Conuentus, vel capituli: veluti efficere, vt feudum, quod ad solos masculos transire solet, nunc quoque ad fœminas transeat. *ita Iacob.de Beluiso in c.1.& post eum Aluarot.de ijs qui feud.dare poss.* Seculares verò successores hoc licitè possunt, veluti, si meus auus, proauus, vel alius superior, primo feudum concessit, vt solùm ad masculos trāseat, ego, qui ex successione dominus feudi iam factus sum, liberè possum, si fortè ad me redijt, iam vasallo meo ita concedere, vt in posterum quoq; trāsmittatur ad filias.
† Quar-

Quartò, feudum illud, quod Ecclesia, Abbatia, vel Epi- 21
opatus à Rege, vel Principe, vel alio aliquo Episco-
, Abbate, vel priuata persona habet, eius est naturæ,
commissa culpa ab illa Ecclesiastica persona, quæ feu
m nomine Ecclesiæ, Abbatiæ, vel Prælaturæ admini-
at, non tamē per culpam suam faciet Ecclesiam illud
udum planè amittere, sed ad vitam suam tantùm, &
posteà, eo mortuo, feudum ad Ecclesiam reuertetur,
t. est ad hoc elegans & specialis in c. 1. §. fina. de capit. Conrad.
od non obtinet in alijs feudis, *vt infrà suo loco docebimus.*
RTIÒ diximus, FEVDVM ALIVD REGALE,
LIVD NON REGALE ESSE. †REGALE eius est 22
turæ, quod in eo nemo succedit, nisi hoc à Rege vel
perator per inuestituram vasallus acceperit, *tex. in c.*
princ. de feud. March. vel Ducatu. Hodiè tamen successio-
m admittunt, *c. 1. in fin. de aliena. feud.* † Secundò, eius na- 23
æ est feudum Regale, quod non diuiditur, *tex. est in c. 1.*
rmiter, versi. præterea, de prohib. feud. alien. per Frede. quod in
js licitè admittitur, *d. versicu. præterea, & c. 1. versic. pater-*
. de natura success. feud. Et ratio est huius, ne per diui-
nem in nihilum tandem redigatur, & per hoc patria
territorium subuertatur, *vt alibi docuimus.* † Tertiò, 24
s est naturæ, quòd si controuersia inter duos haben-
talia feuda Regalia fuerit de feudo, quod ipse Impe-
or, vel Rex, solus simpliciter de eo cognoscere de-
, exclusis paribus, etiam cùm res concernit ipsum
perator em, vel regni dominum, *text. in c. 1. apud quem.*
quos controuer. feud. defini. c. 1. in princip. de lege Conrad. & hu-
ationem infrà in 14. parte dabimus. Et hæc omnia in non
galibus feudis non obtinent, vbi pares quoque iu-
ant, & dominus semper excluditur, quando causa
concernit, *de quibus latè infrà in parte dicta tractabimus.*
ARTÒ, diximus FEVDVM ESSE ALIVD NO-
LE, ALIVD IGNOBILE, quæ cùm nulla specia-
abeant, nisi quòd nobiliorē faciant, de quo suprà di
us, nihil adferemus. QVINTÒ, diximus FEVDVM
VD LIGIVM, ALIVD non LIGIVM. † Feudū 25
i eius est naturæ, quod solū vnū admittit, & ergo nemo
potest

potestesse homo ligius duorum. Iurat enim contra omnes, nullo etiam excepto, quod (iuris impossibilitate) alteri facere quoque non possit. *ita Aluaro. in proœmio suo, diuisione 13. & latè de hoc feudo. & ligio homine apud Speculat. in §. quoniam. de feud.* Potest tamen vnius benè esse ligius homo, & alterius vasallus, seu nō ligius, qui in altero semper excipiet alium suum dominum infidelitatis iuramento, quod etiam tenet Speculator *in d. §. quoniam, versic. vndecimò.*

26 † Secundò, eius est naturę feudū ligium, quod super controuersia eius, etiam inter ipsum dominum & vasallum, tantùm dominus ipse recognoscere debet, licèt aliàs pares regulariter de eo cognoscunt, *§. prætereà, in fin. de prohibita feud. alie. per Freder. & hoc probatur. arg. c. 1. in prin. de leg. Conrad. &, c. 1. apud quem vel quos. ita tenet quoque Bald. in c. cæterùm, extr. de iudic. & sequitur Curtius in 1. sua parte, fol. 71. mihi.* Et non mirum, quia hæc feuda locum habere non possunt, nisi in Imperatore, Rege vel Papa, qui superiores non habent, quicquid Curtius dicto loco dicat. Alij enim vasalli à quocunque etiam acceperint feuda, semper necesse habent in fidelitate vel Imperatorem, vel Regem suum, vel Papam excipere, *c. 1. de noua form. fidel. c. 1. §. fina. in fin. de prohib. feud. alien. per Freder.* Tertiò, eius est naturæ, quòd licèt in alijs feudis vasallus possit feudum licitè refutare domino, & sic se liberare à seruitio, *c. 1. de vasal. qui contra constit. Lotharij regis feud. alien.* tamen hoc non posset in feudo ligio. *ita decidit Bald. in d. c. cæterùm. de iudic. quem sequitur Mart. Lauden. in c. 1. de ijs qui feudum dare poss.* Sed certè cùm nullo iure vel aliqua ratione probetur, non possum induci, vt id credam, cùm sit contra generales naturas feudi, à quibus non est recedendum, ita facilè, nisi validiori ratione hoc probari possit. Quartò, eius esse naturæ volunt, quòd omnia bona vasalli ligij (quæ non habet saltem ab alio in feudum) in potestatem huius veniant, licèt secùs sit in alio feudo, & hoc ex authoritate Spec. *in d. §. quoniam, versic. 17.* quem rursum sequitur Mart. Lauden. *in d. c. 1. de ijs qui feud. dare poss.* Sed certè, vt prędictum nulla ratione subsistit, nulloq; iure proba-

obari possit: ita quoque nec istud ulla ratione fulci-
. Nam si verum esset, nunc omnes, qui ab Imperato-
vel Rege feudum possiderent, necesse statim haberẽt
a sua bona potestati Imperatoris vel Regis subijce-
quòd esset absurdum. Sequatur igitur hanc opinio-
m quisquis volet, nostro palato non sapit. Iason ta-
n cum cæteris transit, qui etiam alios effectus huius
idi ligij alio loco ponit. *in suo tractatu feud. in 7. sua diui-*
e. & Curt. in prima parte sui tractatus. Quintò, eius naturæ
e quoque volunt, quòd licèt in alijs feudis fœminæ
n succedant: hîc tamen succedere. *ita Bald. in l. quoties. C.*
uis & legit. hæredib. vbi quinque dat rationes. Et ergo cùm
t hæc prædicta contra naturas feudi anteà à nobis e-
merata, non puto ita simplici assertioni Doct. assi-
ndum. Interim quisque sequatur qui volet. SEXTÒ,
VDVM diximus MASCVLINVM ALIVD ESSE,
IVD FOEMININVM. †MASCVLINVM FEV- 27
M eius est naturæ, quod solùm masculi in eo succe-
it. (vt suprà diximus) & reliquas habet naturas à no-
suprà enumeratas. †FOEMININVM verò FEV- 28
M, quod à fœmina prius emptum seu acquisitũ est,
s est naturæ, quòd etiamsi pacto prouisum non est, vt
minæ succedant: nihilominùs tamen succedent, ma-
lis non extantibus, *c. 1. de feud. fœmin.* Si tamen mascu-
int, iam haud dubiè excludentur, *d. c. 1. cum similibus.*
EMININVM verò FEVDVM, quòd à masculo ac-
situm est eo pacto, vt hæredes sui, masculi & fœmi- 29
succedant, eius est naturæ: Primò, quòd licèt copu-
uè in inuestitura sit comprehensum, vt filij & filiæ
edant: non tamen simul venient, sed demùm non
ntibus masculis, *c. 1. § filia. de success. feud. c. 1. § quinetiam,*
Episcopum, vel Abbatem, libr. 1. Secundò, eius est naturæ
d feudum sic acquisitum, secundùm Docto. quod si
culi extant, qui semel feudum acquisiuerũt, etiamsi
im accepto feudo moriantur absque liberis, iam ta-
n non venire fœminam seu filiam, sed penitùs vlte-
excludi, text. est in d. c. 1. §. quinetiam, Episcopum
Abba. in princ. vbi Aluaro. quem alij omnes sequun-
tur,

tur. Sed paucis puto eorum assertionem non veram: Et ergo contrarium tenuimus infrà in nona parte, vbi de successione tractauimus. SEPTIMÒ diximus FEVDVM ALIVD ESSE FRANCVM, ALIVD NON
30 FRANCVM. † FEVDVM FRANCVM volunt Doct. eius esse naturæ, quòd licitè possit transmitti in Ecclesiam, quod in alijs feudis non admittitur. *ita vult rursum*
31 *Bald. quem refert Curt. in 1. parte sua.* † Sed paucis putabimus contrarium verius, per rationem expressam, quæ alibi datur, *in c. 1. de alie. feud.* Propterea feudũ Ecclesiæ dari nõ posse, quia nunquàm spes est redeũdi ad dominum, quæ ratio tam militat in feudo franco, quàm non franco: nõ enim ratio ibi est, quare in Ecclesiam transmitti nõ possit, quod seruitium non tenetur præstare, vt in feudo franco: sed quod nunquàm ab ea reuertitur, & nũquàm sine hærede moritur. Cùm ergo simpliciter prohibitum est, posse pro anima feudum alienare in quemlibet sine consensu domini, vel eorum, quorum interest, *c. 1. §. donare. qual. olim feud. pote. alien. iuncto c. 1. de alien. feud. pa-*
32 *ter. non puto adhærendum.* † Secundò etiam eius esse naturæ putant, quod vasallus liberè de eo testari potest, *vt tenet Bald. in authen. nisi rogati. C. ad Trebellia. quem sequitur Curt. in d. parte 1.* Tertiò eius naturæ esse putant, quòd vasallus posset alienare irrequisito domino, *vt refert Curtius in dicta sua parte, quem sequitur etiam ipse Zasius in decima sua parte, quod etiam tenet Host. in c. fin. extr. de rebus Ecclesiæ alienandis vel non.* Sed paucis puto contrarium, videlicet, nec posse testari, nec alienari etiam posse in præiudicium aliquorum, quicquid illi dicant, & hoc per text. elegantem, qui semper contra talia allegari posset, in c. 1. de feud. non haben. propriam natur. feud. qui in effectu vult, quod in solis alteratis, quoad propriam naturam feudi, feudum deficiat: in alijs verò semper seruare propriam naturam feudi: quod etiam sequitur Andr. de Isern. qui expressè dicit, quod quando feudum conceditur, vt non præstentur seruitia, hoc excepto, in reliquis seruandam naturam feudi, *in c. 1. circa finem, in quibus causis feudum amitt.* & benè. Imò si posset alienari ita, iam non esset transitorium

orium ad hæredes legitimos, quod potissimùm exigit
atura feudi, *vt expressè in c.1.in fine.in quibus causis feud.amitt.*
no, vt illi volunt, esset planè liberum, & nihil quasi
ris relictum domino, nec legitimis hæredibus, quod
tis esset absonum. Nam licèt istud feudum sit liberum
uoad seruitia: non tamen ita liberum est, quod á male-
cijs quoque excuset, si fortè tacuerit insidias domino
ratas, quibus indicio obstitisse potuisset. Præterea
c ita liberum feudum francum est, quod à felonia in
ominum, eius vxorem, vel filiam commissam, vel simi
m, excusaretur. Nam in his si committat, feudum
on minùs amittet, atque si francum feudum non esset.
quoque tenet Felin. in c.ceterùm,extr.de iudic. quia si in istis
sibus feudo non priuaretur, sed planè liberum esset,
a cōcessio feudi illius potiùs donatio, quàm feudum,
beretur. Paucis ergo diceris, in eò solùm degenerare
atura recti feudi, quòd saltem non teneatur ad exter-
aliqua seruitia: in reliquis non alteratis rectam na-
am tenere: Et ergo fidelitatem iurare debet, & alia
nia facere, quæ in rectis feudis requirūtur, de quibus
rà in principio diximus. OCTAVÒ diximus, FEV-
VM ALIVD ESSE IN CVRTE DOMINI: A-
VD EXTRA CVRTEM DOMINI. †FEVDVM 33
OD IN CVRTE DOMINI vasallus habebat, eius
t naturæ olim, quod non poterat pars sine consensu
mini alienari, vel ad libellū dari, *c.1.§.si.quib.mod.feud.*
.cùm aliàs extra curtē domini feudū benè potuerit,
nmodò districtū vel honorem ibi non habuisset, *d.c.*
si.c.1.de alien.feud. quæ tamen hodiè sunt correcta, cùm
nis alienatio sit prohibita, *per c.1. de prohib. feud.alie.per*
ba.c.1. de prohib.feud.alie.per Freder. Secundò, eius est na-
æ, quòd si vasallus feudū in Curte domini habeat, &
ninus sibi aliquid reseruârit in illa Curte, quod tū, si
eudo vasalli per incrementum accreuerit aliquid,
domini, si verò dominus nihil sibi seruârit, iam va-
um totum incrementum sibi iure feudi lucrifacere,
est in c.1.§.si quis de manso. si de inuestit.feud. controuer.fuerit.
nò, dixim⁹, FEVDVM ALIVD ESSE de CAMERA
ALIVD

34 ALIVD DE CAVENA. † FEVDVM DE CAMERA ET CAVENA eius sunt naturæ, quòd si Camera penuria premeretur, quod soluere non tenetur annuũ, quousque vires non patiantur, *text. est in c. 1. de notis feud. in*
35 *princ.* † Secundò, quoque eius naturæ esse Doct. volunt, quòd morte dantis extinguantur. Sed paucis, reiectis omnibus, non puto eos rectè sentire, cùm de natura feudi proprij, siue improprij, sit, ad hæredes transmitti, & esse perpetuum, nisi c. vel, l. contrarium de eo statuat. & hoc per textus *c. 1. §. beneficium. in quib. caus. feud. amit. c. 1. §. prætereà. quid sit inuestit. & per d. c. 1. de feud. non haben. propri. nat. feud.* ex quibus generalis à nobis tractata fuit antè regula, solùm impropria feuda tantùm mutari in alteratis, in alijs minimè, quod perpetuò seruandum, quicquid Alua. & Iaco. de Bel. *in c. 1. de not. feud.* teneant, qui putant morte dantis finiri: vt quoque malè tenẽt, prædicta feuda ad hæredes accipientis non transmitti, cùm text.
36 † alibi dicat expressè, ista feuda esse recta feuda, *in c. 1. §. si verò vasal. quid sit inuest.* Si rectum feudum, ergo necessariò admittere debent, ad hæredes debere transmitti, *vide c. 1. in fin. ex quib. cau. feu. amit.* Tertiò, quoque eius naturæ esse ista feuda dicetis, quod vasallus in possessione huius feudi dicetur esse, cũ bis vel ter soluta fuerint illi annua, quæ ex Camera vel Cauena debentur. *ita habet tex. in d. c. 1. §. si verò, quid sit inuest.* Et hoc releuat eũ ab onere
37 re probandi. † DECIMÒ diximus, FEVDVM ALIVD EMPTITIVM, ALIVD GRATVITVM ESSE. Istud feudũ emptitiũ, plurimi (vt in definitiõe feudi dixim⁹) nõ esse feudũ, volunt, dum putant omnia feuda debere esse gratuita, *ex c. 1. §. benefic. in quib. caus. feud. amitt. c. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiss.* (*Bald. in l. qui se patri. versic. hoc scias. C. vnde liberi. idem Bald. in l. si quare. C. de ope. liber. l. liberti, in vlti. col. ver. item nota. Cyn. in auth. ingressi. versic. circa præmissa adhuc quæro. C. de sacrosan. eccles. Bald. in c. si cautio, in vlt. col. extr. de fi. instru*) Sed cùm satis ibi illorum Doct. opinionem refutauerimus, hîc actum agere opus non est. Sunt tamen qui volunt, eius naturæ istud feudũ emptitium esse, quòd fœminæ etiam in eo succedere possent, licèt pacto id non

effet

ſet expreſſum à maſculo vaſallo acquirente, in qua ntentia eſt Odofredus *in ſua Summa feudi, in tit. qui ſucced. feudo poſſunt*, & poſt eum Godofred. (Bald. refert & ſeuitur Godofredum *in c.1.§. quia vidimus. qui feudum dare ſſ.c.ſignificauit, in 2.colum.extr. de reſcriptis*. Doctores comuniter *in c.1.de feud.dat.in vic.leg.* Roman. *conſil.367.in vlt. um.* Curt. Iunior *num.6.tertiæ partis, fol.138.* Limitat hanc octorum opinionem Cæphalus *libr.1.Reſpon. conſil.172. 15.*) qui putant, magis ex natura contractus, quàm nara feudi ſuccedere. † Sed paucis, vt in definitione id 38
futauimus, ita quoque hîc non aſſentimur, per certiſnam feudi regulam, quæ fœminas à feudis excludit, ſi nominatim illis pacto ſit prouiſum, *c.1.de ſucceſſ.feud. .de nat.ſucceſſ.feud.cum ſimil.* Cùm igitur in prędictis iſtuc ioad feudum emptum à maſculo non inuenimus mutum, quare ſtare prohiberetur, ac ſeruare, vt in alijs udis, etiam propriam naturam feudi non habentibus xtus enim non excipit vſpiam, *c.1.de feud.non habe. propr. t.feud.* iſtud feudum, nec aliquod aliud capitulum: ſert ergo naturam ſuam, ſecundùm alia iuris feudi plata, quæ fœminas excludunt. VNDECIMÒ diximus, EVDVM ALIVD ESSE CERTORVM SERVIIORVM, ALIVD INCERTORVM. † FEV- 39
VM CERTORVM SERVITIORVM eius naturæ octo. eſſe volunt, quod id ſine domini voluntate illi rſum refutari non poſſit: & hoc ideo, quia inquiunt, ruitiorum certorum expreſſionem plus vaſallum obgare, quàm vbi ad incerta ſeruitia ſe obligauit, *glo.in c. n fin.de Capit.qui curi.vendi.& ibi Aluar.Belui.& alij Doctores.* Sed paucis, contrarium verius eſt. Nam licèt ad certa 40
ruitia datur feudum nominatim, ſiue non, non eò miùs erit proprium feudum, *text.eſt apertus in c.1.in fi.in quib. u.amitt.& per d.c.1.de feud.non haben.propr.nat.feud.* Et in iſta ntentia quoque eſt Zaſ. *in decima ſua parte.* Et hactenùs ædicta à nobis feuda enumerata non malè recta, & ropria quaſi, dici poſſent, licèt alij Doct. multa enarta impropria dici volunt, vt feudum fœmineum, emitium, & ſimilia. Nam ſi quis rectè introſpexerit feu-

 di de-

di definitionem, *in c.1. §. huius autem generis. in quibus cau. feud. amitt.* is negare nō posset, feudum etiam fœmineum dici proprium feudum, cùm pacto ita est acquisitum, vt ad eas deuolui quoque debeat: quia nec illa minus, vt alius quilibet vasallus, præstare debebit, & in feudo se
41 exercere. †Quare licèt feuda aliquando à naturis, suprà a nobis recensitis, deflectant, propterea tamen non statim dici debebunt impropria, & non recta feuda, sed
42 potiùs feuda propriam naturam non habentia. †Sunt enim qualitates solùm, quæ substantiam non immutant. Ad quartam ergo partem prædicta suffecerint, quoad naturas feudorum propriorum seu quasi propriorum. Nunc ergo ad quintam partem contendamus, vbi docebo paucissimis, naturas feudorū verè impropriorum.

QVINTA PARS, DE NATVRIS FEUDORUM VERÈ IMPROPRIORUM.

SVMMARIA.

1 *Feudum Guardiæ & Castaldiæ sunt feuda merè impropria.*
2 *Feudum Guardiæ & Castaldiæ cuius sint naturæ.*
3 *Feudum Guardiæ, & Castaldiæ anno vno finito, à vasallo auferri potest.*
4 *Sibi imputet, qui feudum temerè accipit, vnde emolumentum nō consequitur.*
5 *Feudum Guard. & Castald. non transmittitur ad hæredes etiam intra annum.*
6 *In alteratis mutatur improprium feudum: in alijs verò seruat naturam proprij feudi.*
7 *Feudum, quod pro mercede datur. cuius sit naturæ.*
8 *Feudum, quod datur vasallo suisque hæredibus, & quibus ipse dederit, cuius sit naturæ.*
9 *Nemo sibi causam possessionis mutare potest.*
10 *Feudum Soldatæ cuius sit naturæ.*
11 *Feudum habitationum cuius sit naturæ.*

PRIMO

PRIMO † hic se offert nobis FEVDVM GVARDIAE & CASTALDIAE, quæ verè impropria feuda sunt. †Habentia quoque feudi propriam na- 1
[tu]ram: *de quibus suprà in tertia parte meminimus. & est text. in c. 1.* 2
[de] feud. Guard. & Castald. † Primò illius naturæ sunt hæc 3
[f]euda, quod anno transacto iure auferri à vasallis pos[s]int, etiam pretio, pro illis dato, non restituto, *text. est in c. 1. de feud. Guard. & Castald.* Nam licèt feudum Guardiæ [&] Castaldiæ in mercedem laboris dentur: nihilominùs [t]amen pretia pro huiusmodi feudis seu beneficijs dari [p]ossunt. Nam iniquum videri debet, quòd anno finito [p]retium etiam non restituatur, reuocato feudo, quia [q]uisq; deliberare à principio debet, an sibi expediat ha[b]ere tale officiū cum sua qualitate. †Potest ergo sibi im- 4
[p]utare, quod temerè aggressus est, cùm lucri nihil, aut [p]arùm, officio inesse scire potuisset. Ex præcedentibus [q]uoq; inferunt Doct. quod igitur, si respectu procura[t]ionis, aduocatiæ, seu etiam Cancellariatus, vel similis [o]fficij, feudū constitueretur alicui, exacto anno auferri [p]osse. *Aluaro. in d. c. 1. de feud. Guard. & Castald.* cùm ista quoq; [p]ro mercede, custodia, vel gubernatione concedantur. [H]æc tamen prædicta non intelligetis, quod necessa[r]iò anno finiri debeant. Nam dominus tempus prolon[g]are poterit pro libito, *d. c. 1. de feud. Guard. & Castald.* An[t]e annum tamen sine iusta causa reuocari non pos[s]et. *ita Aluarot. in d. c. 1. de feud. Guard. & Castald.* † Sed quid si 5
Guardianus, siue Castaldus, ante annum moriretur, an etiam ad hæredes vsque ad annum transmittant, tenet Rebuffus *in suo tract. feud. in 8. diuisione,* quòd non, & sic non esse transitorium ad hæredes, quod puto verum, quia est hîc merè personale, respectu accipientis. Ex prædictis clarè patet, hæc feuda esse impropria, cùm ad hæredes legitimos non transmittantur, quod diffinitio *in c. 1. in fin. in quib. caus. feudum amit.* planè requirit. † Hoc tamen semper hîc seruabitis, solùm alterari 6
in parte mutata à iure: in reliquo tamen semper seruare naturam propriorum feudorum, *ex d. c. 1. de feud. non habent. propr. nat. feud.* Fidelitatis ergo iuramentum æquè

hic præstabitur, & ex culpa quoque feudum amittet, & fructus intra annum lucri faciet, vt in alijs rectis feudis. Secundò, eius naturæ sunt, quòd Castaldi, si aliquid nomine veri & proprij feudi possederint, etiam ab eodem domino, non tamen per hoc valebunt possessioné feudi huius sibi defendere, dicendo, in verum feudum datam Guardiam vel Castaldiam, *per d.c.1.versi.si verò.de feudo guard.& castald.c.1.versic.cæterùm.ad finem.de contentio.inter dom.& fidel.de inuestitu.feud.* quod in alijs feudis non est, vbi si vasallus in possessione alterius feudi est, & aliud feudum sibi deberi asserit, illud primum possessum feudum defendet possessionem quoque alterius feudi, ita, quod probare paribus curiæ inuestituram necesse non habet, *de quo in d.c.1.§.si quis, in versi.si autem alijs in possessione.si de inuestit.inter dom.& vasal.lis oriat.& in c.1.§.cùm autem.si de inuesti.feud.controuer.sit.de quibus latiùs infrà in parte 14.*
7 † SECVNDÒ, EST FEVDVM, QVOD PRO MERCEDE DATVR, illudq; eius quoq; est naturæ, cuius est feudum Guardiæ & Castaldiæ, *de quo in d.c.1.de feud.guard.& castald.* anno ergo etiam finitur. TERTIÒ, EST FEVDVM, quod ita datur, vt VASALLVS & eius HAEREDES, vel QVIBVS dederit, habeant: quod planè quoq; est improprium, *vt ipse tex.quoq; confirmat.in d.c.1.de feud.non habent.propr.nat.feud.*
8 † Illud feudum eius est naturæ, quod sine volũtate domini in quamcunq; personam, siue masculũ, siue fœminam, siue agnatum, siue extraneũ, alienari potest, non solùm vt feudũ, sed etiam vt allodium, *d.c.1.* Propria enim natura feudi est, vt dominium penes dantem maneat, vsusfructus verò illius rei ad accipientem transeat. Secundò, vt ad suos hæredes vel agnatos transmittat, vt fideliter pro eo seruiant, *c.1.§.huius autem generis.in quib. caus.feud.amit.* quæ omnia hic corruunt: Secũdò, illius est naturæ illud feudũ, quod licèt à vasallo in quamcunq; personam alienari possit sine consensu domini: tamen quandiù apud illũ primum vasallũ fuerit, qui hac cõditione accepit, habebit recti feudi naturam, & ergo fidelitatis iuramentum præstare tenetur. Item seruitia exhibere, & propter culpam amittet, vt in alijs

alijs proprijs feudis, per tex. *in c.1. in 2. respon. de feu. non habent. prop. na. f. u.* qui vtitur his verbis, nimirū, licèt propriā naturam feudi non habeat, iure tamen feudi cēsebitur, vt ex his causis amittat ipsum, quibus & verum feudum. Non enim loquitur de tertio, qui à primo vasallo accepit, quia is nō amittet ob illam culpam, quia vt allodiū iam possidet, vt statim ibi sequitur. Tertiò, eius naturæ est, si moritur vasallus iste, & non alienauerit, vt potuit, transmittitur tunc ad solos masculos, vt alia feuda, secundùm regulam, quam dedimus, *ex d. c. primo, de feud. non habent. propt. nat. feud.* quod feuda propria, siue impropria, in alteratis solùm degenerant, in non alteratis propriam tenere feudi naturam. Prædicta vera sunt, si verba inuestituræ ita concepta fuerint, atque proposuimus. Cæterùm, si dominus ita dixisset, seu dedisset: Do tibi & tuis hæredibus, & quibus in feudum dederis: hoc casu vt rectum feudum censeretur datum, & venirent omnia, quæ in alijs feudis requiruntur, excepto eo saltem, quòd vasallus iste sine domini voluntate in quemlibet, vt feudū, transferre posset. *text. in d. c. 1. in fin. de feud. non haben. propr. nat. feud.* quanquàm illa verba concepta nō malè etiam intelligi possent, solùm posse transferre sine domini volūtate tantùm in quemlibet descēdentium, vel agnatorū, non etiam extraneorum. Sed dicet aliquis, anne primus vasallus ex concessione illius clausulæ, (& cui dederit) sibimet illud feudum, quoad se, allodiū facere possit, cùm in alios extraneos etiam ita liberè transferre possit? Dicetis paucis, quòd non, per regulam, quæ habet, † quod nemo sibi causam possessionis suæ mutare potest, *l. nemo. C. de acqui. poss.* 9
quod etiam Zasi, tenet *in vlti. parte.* † QVARTÒ, EST 10
FEVDVM SOLDATAE, *de quo in c. 1. in fin. quis dica. Dux, Com. March.* istud feudum eius est naturæ, quod, alterutro mortuo, dante, vel accipiēte, finiatur, *d. c. 1. quis dica. Dux, Com. March.* & ideo quoq; Doct. vocant illud FEVDVM PERSONALISSIMVM, quod semper cum persona moriente [illegible]iatur. Et licèt illud feudum iterū degenerat à natura recti feudi, & nōn transeat ad hæredes: tamē in

 re-

reliquis articulis rursum non alteratis censebitur feudum rectum, & seruare propriam naturam feudi. Omnia ergo alia requisita præstare debet. † POSTREMÒ EST FEVDVM HABITATIONVM: istud feudum eius est naturæ, quod cum persona accipiente pereat, & sic quòd ad nullos hæredes transmittatur, quod probatur ex iure communi. Nam legatum habitationis non transit ad hæredes, *l. si habitatio. §. ad hæredes. ff. de vsu & habit. & de eo habetis tex. in c. feuda habitationum. de feud. & benefic. constit. imperi. in exord.* & facilè admitto, cũ in iuribus feudalibus de habitatione nihil sit expressum: ergo ad ius ciuile recurrendum, *c. 1. versic. strenuus. de feud. cogni.* Et hæc obiter suffecerint, nunc ad sextam partem procedamus.

11

SEXTA PARS, QVI FEVDA dare possunt.

SVMMARIA.

1 *Episcopus, Abbas, Abbatissa feuda dare possunt.*
2 *Papa an feuda dare possit?*
3 *Capituli consensus an requiratur in infeudationibus?*
4 *Vacante Prælatura, an Capitulum feuda dare possit?*
5 *Imperator & Reges feuda dant duplicia.*
6 *Regalia feuda quibus dentur.*
7 *Dux vnde dicatur, & eorum origo.*
8 *Comites vnde dicantur, & originem vnde traxerint.*
9 *Marchiones vnde dicantur, & eorum origo.*
10 *Alciati opinio de Marchionibus.*
11 *Alia opinio de Marchionibus, quàm Alciati, quæ verior.*
12 *Dux, Comes, Marchio, feuda dare possunt.*
13 *Valuasores vnde dicantur.*
14 *Valuasini qui dicantur.*
15 *Laicus quilibet, qui rerum suarum administrationem habet, feuda dare potest.*
16 *Res prohibita alienari, prohibetur etiam in feudum dari.*
17 *Fœmina an feuda dare possit, & iurisdictionem in suos vasallos habeat.*

18 Mi-

Minores viginti quinque annis feudum à suis maioribus datum confirmare possunt, sed nouum dare non possunt.

An dd. Minores feudum à parẽtibus datum, sine Tutoris vel Curatoris consensu confirmare possint.

Zasij opinio refutatur.

Ad hoc, vt authoritas Tutoris pupillo non sit necessaria, requiritur quòd illius conditio fiat melior.

Promissum vel datum feudum à patre filius sine decreto Prætoris soluere potest, dummodò authoritate Tutoris fiat.

Adultus, si Curatorem non habet, potest per se confirmare feudũ à parentibus datum.

Feudum nouum minor viginti quinque annis dare non potest, etiam authoritate Tutoris, vel Curatoris, accedente, nisi in certo casu, sed tamen cum decreto Prætoris.

An infans, prodigus, furiosus, mente captus, feudum à parente datum confirmare possint.

Mutus, surdus, vel aliàs imperfectus, quomodo feuda dare possint.

Procurator habens speciale mandatum potest nouũ feudum dare.

Procurator habens liberam bonorum administrationem feudum confirmare potest, non etiam conferre.

FEVDA dare possunt ECCLESIASTICAE PER-
SONAE in dignitate constitutæ, † vt Episcopus, 1
Abbas, Abbatissa, Præpositus, & similes, *tex. est in c. 1.*
Episcopum vel Abbatem, in c. 1. de ijs qui feud. dare possunt. Et quan
quàm prædictæ personæ solùm ibi enumerantur: potest
tamen istud extendi ad omnes alios Ecclesiarum Prælatos, dummodò titulũ beneficij habeant, & omnes alias
Ecclesiasticas personas, *per text. & Doct. in c. 1. Episcop. vel alia Ecclesiastica persona, iuncto c. 1. de cleric. qui inuestituram facit.*
Si ergo prædicti feuda dare possunt, multò magis ipse 2
Papa, *Docto. in d. c. 1. de ijs qui feudum dare possunt. & c. 1. Episcopum vel Abbatem.* † Sed an in istis infeudationibus Ca- 3
pituli consensus vel Conuentus requiritur? dicendum
quod non. *Bald. in d. c. 1. de ijs qui feudum dare possunt. & est text. in c. 1. in ver. in clericorũ. si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. Aluar. & alij Dd. in d. c. 1. (Bal. refert & sequitur Laud. in c. 1. in 3. col. qui suc*

cess.tenean. Card. Mediolan.in d.c.1.in princ.in 4.colum. Ioan.Cal.in consi. vlti. Iacob. de Beluis.in c.1.in prin.qui feud.dare poss. Et quòd possit prælatus, etiam non adhibito consensu capituli, res solitas infeudari, in feudum concedere, affirmat esse communem opin. Socin.*cons.120.nu.23.libr.4.* Zasius communiter id obseruari testatur *in s. o tractatu de feudis, 5.parte, versicu. secunda conclusio.* nec non Duaren. *de feudis, cap.6. num.4.*) Et sicut in istis, consensus Capituli, nec conuentus, requiritur: ita quoque nec superioris consensus, *ita Bald. quem alij sequuntur, in d.c.1. de ijs qui feudum dare possunt.*

4 † Sed quid si Prælatura vacaret, an etiam iam Capitulum infeudare posset? dicendum, quod sic. *ita Feli.in c.cùm olim, de offic.ordin.& c.edoceri, de rescript. vbi latiùs.* Et hoc verum intelligetis, nisi esset Ecclesia cathedralis. Illa enim, sede vacante, non posset. *ita Doct.in d.c.cùm olim.& Panorm.in c.illa, extr. ne sede vacant. quos sequitur Claud.de Seyssell. in Rubric. qui feud.dare poss.& Zas.in 5 sua parte.* In prædictis tamen rebus alienandis formalis solennitas, *de qua alibi, in c.de quibus.in c.sine exceptione, 12.q.2.* non requiritur. (*Barto.in auth. qui rem, nu.4.C.de sacrosan.ecclesi. Abb.in c.vt super, nu.11.de rebus Ecclesiæ non ali. & est communis sententia secundùm Curtium Iuniorem in 1.parte secundæ partis principalis, q.1.* Et hæc obiter de Ecclesiasticis personis: ha qui cupit, adeat Claud.in suo Speculo feudorum, vbi de his ad nauseam differit, & Doct.in locis citatis. Nunc de Secularibus.

INTER SECVLARES ergo omnium primò feudũ dare POSSVNT IMPERATORES ET REGES, qui superiores non agnoscũt in sua terra, vt est Rex Franciæ, Angliæ, & similes. *per c.1.de natur.feud.c.1.quis dicatur Dux, Co-*
5 *mes, March.* † Et duplicia feuda dat REGALIA, & NON REGALIA. Quæ feuda dicuntur Regalia vel nõ, suprà
6 docuimus. † Regalia dantur Ducibus, Marchionibus, Comitibus, *c.1.de feu. March.* & hi proprie (vt suprà diximus) regni Capitanei dicuntur, *c.1.de ijs qui feu.dare poss.* Qui ergo de Ducatu aliquo ab Imperatore vel Rege inuestitur, Dux dicitur. Qui verò de Marchia, Marchio, Qui de Comitatu, Comes appellatur, *c. .quis dica. Dux, Comes, Mar-*
7 *chio.* † Dux, à ducendo dicitur: Originem enim ab exer-

ercitus Romani Ducibus traxit, vt multis in locis a-
id Cæſarem in Commentariis, & Liuium probatur,
iibus ab Imperatoribus Romanis territoria & ſimilia
oſtibus ſuperatis, dari ſolēt, vt de Mutio Scæuola, Ho-
atio Coclite, & ſimilibus apud Hiſtoriographos legi-
ius, & ſuprà in prima parte docuimus. Comitum verò
riginem † Cornelius Tacitus docet in libello de Ger- 8
ianis, vbi ſcribit, apud Priſcos vſu fuiſſe receptum, vt
uilibet Duci ſeu Principi exercitus duodecim Comi-
es aſſignarentur, & ideo ita dictos, quia ſemper comi-
arentur, & à Ducum latere non decederent: atq; Ger-
ianis moribus ortam eſſe originem Comitum, dictus
uthor teſtis eſt, *d. loco.* Marchiones † verò dicuntur præ- 9
oſiti limitum, à Marcha, quæ plerunque iuxta mare eſt
oſita, *vt habet c. 1. quis dicatur Dux, Comes, March.* Eſt enim
rancum nomen: nam certum eſt Romanos olim limi-
es Imperij ſtatuiſſe, in quibus aduerſus Barbaros, hoc
ſt, hoſtes, vel eos, qui Romano Imperio non parebant,
nilites conſtituebant, qui, quòd in limitibus milita-
rent, Limitanei appellabantur, aliàs enim Riparenſes.
Alciatus in l. contra, C. de re militari, lib. 12. duces eorum, quos
hîc vocamus Marchiones, aliàs nominari ſolent Limi-
narchæ, quaſi duces limitum, † Alciatus tamen putat no- 10
men, Marchio, Celticum eſſe vno loco, aliundeque ori-
ginem traxiſſe, *lib. 1. cap. 27. ſuo parergon.* alio rurſum loco
Germanicum eſſe: ac perinde eſſe quaſi magiſtrū equi-
tum, à Marca, qui dicitur eques apud illos, *in tract. de ſingu-
lari certami. cap. 32.* Sed † veriùs eſt à limite originem tra- 11
xiſſe, quòd etiam benè Zaſius ſequitur *in 5. parte ſui tractat.
feud.* Franci enim limites Marcas vocāt, Duces limitum,
hoc eſt, portuum cuſtodes, qui circa mare ſūt, Marchio-
nes, *text. in d. c. 1. quis dicatur Dux, Comes, March.* Ariſtoteles *in
Polit.* tales vocat Liminophylacas, & inde etiam limita-
nei dicebantur fundi, qui iis aſſignabantur, & limitro-
phi. *de quo in l. 1. l. agros, vbi Alciat. C. de fund. limitrophis. libro 11.*
Poteſt † ergo (vt nunc diximus) quilibet Princeps vel 12
Rex, Duces, Marchiones, Comites creare, eiſque de Du-
catu, Marchionatu, Comitatu infeudare, *vt latè Aluarot. in*

c.1.quis dicat.Dux,Comes,March.& c.1.de feud. Marchi. & hæc de
Regalibus feudis. Sunt etiã, vt diximus, FEVDA NON
REGALIA: illa quoque Principes vel Reges concedere
re possunt, vt fundos, villas, territoria, & similes res, *c.
vnic.versic.qui verò,quis dicat.Dux,Marchio, Comes.* Nam Prin-
ceps quiduis, & quibuslibet, feuda dare potest, & isti va-
salli quoque Capitanei dicuntur, non tamen Regni, vt
alij, *d.c.1.§.qui verò,quis dicatur Dux,Comes,March. & d.c.1.de ijs
qui feud.dare possunt.* Secundò, etiam Dux, Comes, Marchio
feuda dare possunt, *d.c.1.de ijs qui feud. dare possunt. & c.1.quis*
13 *dica.Dux,March.Comes.* Et † horum vasalli dicuntur Valua-
sores maiores, quasi ad valuas stantes. *Iacob.Beluis. in d.c.1.
de ijs qui feud.dare possunt. & d.c.1.quis dicat.Dux,Comes, Marchio.*
Tertiò, rursum illi maiores valuasores feuda dant suis
militibus, qui minores valuasores dicuntur, *d.c.1.de ijs
qui feud.dare possunt.* qui tamen aliquando etiam Capitanei
appellantur, *c.1.versic.si Capitanei,de feud.March.* Quartò rur-
14 sum illi, † qui à maioribus valuasoribus acceperũt (mi-
nores scilicet valuasores) infeudant alios, & illi valua-
sini, vel minimi valuasores dicuntur, *c.1.de ijs qui feud.da-*
15 *re poss.* Quintò, † omnes laici, quibus est bonorum admi-
nistratio plena, bona propria in feudum dare possunt,
etiamsi rustici sint, *ita Bald.in c.1.§.Marchio, & ibi Aluarot. &
alij omnes. de ijs qui feud.dare poss. Innocent.in c.verum,extr.de foro*
16 *competen.* † Qui tamen de suis bonis aliquid prohibetur
alienare, is feudum dare non potest, *text.in c.1. versic.qui e-
nim,per quos fiat inuestit.* Non tamen intelligetis ita istud, si
prohibitus quis esset alienare specificatam domum,
quòd ergo fundum alium, vel domum, nõ posset in feu-
dum dare: nam hoc non vult ibi text. sed solum, quod
res illa prohibita, non possit in feudum ab illo dari, vt
ibi Aluarot. & Iacobus de Beluis. qui optimè distin-
guunt, an in genere, an in specie facta sit prohibitio; *de*
17 *quibus n.s infrà in octaua parte.* Sextò, † fœmina feudum dare
potest, *text.in c.1.§.fœm.nam.per quos fiat inuest.* & sic per con-
sequens, fœmina iurisdictionem inter vasallos suos
habere poterit, *ita Aluarot. & alij Doct. in d.§.fœminam.* Septi-
18 mò, † minores viginti quinque annis, feudum à paren-

te

vel patre datum alicui, mortuo patre, benè confirma-
poterunt, hoc est, benè rursum inuestire: Nouum ta-
en feudum dare de se non possunt, cùm nondum sint
gitimæ ætatis, hoc est, viginti quinque annorum, *text.*
in c.1.per quos fiat inuestit. Sed † an sine Curatoris autori- 19
e à parente datum feudum confirmare poterunt? Et
detur primò, quòd sic, quia istud feudum non cense-
r in bonis domini feudi, sed vasalli, nunc esse, *argumen.*
bonorum.49.ff.de verbor. signific. Nam si ager vectigalis vel
perficiarius in bonis conductoris habetur, *d.l.bonorum.*
go multò magis res feudalis. Rectè ergo, quod alte-
is est, sine Tutoris vel Curatoris auctoritate rursum
nfirmat, *vt etiam vult alibi glos. in d.c.1.per quos fiat inuestit. &*
uitur Zasius alio loco in sua quinta parte. ea ratione, quòd per
c se liberat ab obligatione, quia tenebatur vasallo ad
inuestiendum, potest enim pupillus sine tutoris au-
ritate conditionem suam meliorem facere, & quid-
s agere non deteriorando rem suam *per §.1.Instit.de au-*
itate tutor. & debitum patris sine prætoris autoritate
luere, *l.magis puto.§.si pupillus, ff. de rebus eorum, qui sub tutel.*
l cura sunt. Sed pauci:, ego contrarium puto, † absq; tu- 20
ris autoritate non posse pupillum minorem facere,
ı reinuestire. Non obstant suprà allegata à Zasio *ex d.*
.Instit.de autori. tutor. qui tunc demùm asserit necessari-
n esse tutoris autoritatem, cùm suam conditionem de-
riorem facit, aliàs non, quia hoc simpliciter non est
rum: imò † necessaria est tutoris auctoritas, quandiù 21
eliorem non facit conditionem suam. Nam soluendo
iod d[illegible] verè non facit conditionem deteriorem, &
m[illegible] hoc non posset facere absque tutoris autoritate,
xt. est in l.obligari, §.si pupillus, ff. de autoritate tutor. l. contra iu-
, ff.de pactis. sic hîc in isto casu nostro, licèt conditio-
em suam deteriorem non facit, non tamen facit me-
orem, & ergo requiritur tutoris vel curatoris auto-
tas. Non obstat secundò, quòd pupillus patris de-
tum sine Prætoris autoritate soluere possit, *d. l. magis*
to, §. final. si pupillus, vbi gloss. ff. de rebus eorum, qui sub tutel. vel
ra sunt: quia licèt dicat, debitum patris sine Præ-
toris

toris autoritate posse soluere: non tamen dicit, quòd sine tutoris autoritate posset. Nam textus ille debet intelligi in suo casu, in quo loquitur. Tractatur enim ibi, an propter æs alienum prædia pupilli cum sola autoritate tutoris alienari possint, & dicitur quod non, sed quod fieri debet præctoris interuentu, & cum causæ cognitione, probatur hoc pulcrè in d.§.si pupillus, versic. non passim, & l.i. eod. tit. de rebus eorum, qui sub tu-
22 tel. sed excipitur † ibi ab illa regula iste casus, quando pater pupilli vel dedit aliquid vel promisit immobilium, quod si legitimo constat, quòd tunc benè potest alienatio illius rei fieri in donatarium sine Prætoris interuentu, nō tamen negat fieri debere cum tutoris autoritate, vt alibi requiritur text. *per d.l. obligatis, §. si pupillus, ff. de author. tut.* & in nostra sententia est Aluar. *in c. 1. in fin. per quos fiat inuestit.* Admitto ergo hoc, quòd possit sine interuentu Prætoris confirmare feudum a patre datum, *per d. §. si pupillus.* quod alias cum eius decreto fieri deberet, *ex d.l. magis puto, §. si pupillus.* semper tamen authoritate tutoris, & eo etiam præsente, *secundùm §. tutor. Instit. de author. tutor.*
23 Si † tamen adultus tutorem non haberet, tunc propria authoritate posse facere existimarem, quem tamen si læsus esset, puto in integrum restitui posse, *argum. l. si curatorem habens, C. de in integr. restit.* Feudum † nouum (vt dixi-
24 mus ante) etiam dare non posset cum solius tutoris authoritate, *c. inuestitura, versic. noui. per quos fiat inuestit.* si tamen necessario cogeretur vasallos facere pro dignitate sua, tunc fieri quidem posse concederem, dum tamen, cum decreto Prætoris, *ad sim. l. cum ea quæ habentur in d. l. magis puto, ff. de reb. eorum.* Octauo, † infans, prodigus, furiosus, men-
25 te captus feudum à parente eorum datum confirmant per tutores vel curatores, *Aluar. in d. c. 1. per quos fiat inuestit.* Nam cum feudum ab iis seruatur, ab aliquibus rursum
26 d[illegible] aut confirmari debet. Nono, † mutus, surdus, aut aliis imperfectus, si modò bonorum suorum administrationem habent, feuda à se [illegible] noua, hoc te possunt, vel per [illegible], vel simili modo. Hi enim tutores sæpe non habent, vel tamen ex imperfectione haberent,

erent, tunc quoque esse opus dicetis, vt in prædictis
diximus. Decimò,† Procurator quoque alterius nomi- 27
ne, cui de eo datum est mandatum specialiter, licitè feu-
dum nouum dare potest, *per c.1.§.1. versic.sed vtrùm. per quos
fiat inuestit.c.1.versic.item inuestitura, de notis feud. iuncta l.manda-
to, ff.de procurat.* Sic † etiam Procurator, cui data est libera 28
bonorum administratio, in genere, licitè feudum anti-
quum confirmare poterit, *ita Zasius in 3.sua parte, & Præposi.
in d.versic.sed vtrùm.per l.procurator tutorum, ff.de procur.& l.man
dato, eod.tit.* Nouum tamen dare non possit, nisi cum man-
dato speciali, in quo etiam differt ab emphyteuta, qui
nunquam per Procuratorem emphyteusim alteri dare,
vel accipere potest, *per text.in l.fin.C.de iure emphyt.* Rationē
differentiæ dat Aluar. Præposit. post Iacob. de Beluis. *in
§.sed vtrùm.* Et hæc quo ad hanc partem sufficerint.
Nunc ad septimam partem pergamus, scilicet, qui feu-
da accipere possunt.

SEPTIMA PARS, QVI FEVDA accipere possint.

SVMMARIA.

Quilibet feudi capax est, nisi expressè fuerit prohibitus.
Episcopi, Abbates, & aliæ Ecclesiasticæ personæ, an feuda accipere possint?
Feudum nouum Ecclesiasticæ personæ accipere possunt, & eius ratio.
Feudum per habitus clericalis assumptionem quare amittatur.
Mutus, surdus, claudus, & similes imperfecti incurabiles, feudum acquirunt, cum distinctione tamen.
Subinfeudatus eiusdem erit qualitatis, cuius subinfeudans erat.
Filiusfamiliâs an feudum acquirere possit.
An pater vsumfructum rei feudalis filij sui lucrifaciat?
In casibus, in quibus ius feudorum nihil constituit, ius commune sequendum est.
Feudalia bona non simpliciter bona castrensia sunt.
Bona immobilia data militi in castris, contemplatione militiæ sunt Castrensia.

12 Casus

12 *Casus vbi pater vsumfructum feudi filij sui non lucratur.*

13 *Adultus sine authoritate Curatoris feudum nouum vel antiquum acquirere non potest, contra Doct. & eius ratio.*

14 *Pupillus in causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, aliquando obligatur.*

15 *Impubes sine authoritate tutoris feudum siue nouum, siue antiquum, acquirere non potest, & ratio quare?*

16 *Infans, furiosus, mente captus, qualiter feudum acquirunt.*

17 *Fœmina an feudum acquirat?*

18 *Rusticus feudum acquirit.*

19 *Rusticus an per feudi acquisitionem nobilis fiat.*

20 *Nobilis vnde dicatur.*

21 *Serui an feudum acquirere poßint, & quibus feuda acquirant.*

22 *Dominus, conferendo suo seruo feudum, liberum eum ex seruo facit.*

23 *Monachus an feudum acquirere poßit, & quibus acquirat.*

24 *Procurator alterius nomine an feudum, vel inuestituram, accipere poßit.*

25 *Procurator an nomine veri vasalli fidelitatis iuramentum præstare poßit.*

1 ET PRIMÒ dicendum regulariter, † vnumquemque feudum accipere posse, nisi expressè prohibitus inueniatur, *c. 1. §. 1. versic. personam, per quos fiat inuesti.* Et ergo ipse Papa primò feuda ab Ecclesiis, Imperatore, Rege, vel alio aliquo accipere potest. Rursum Imperator à Ducibus, Comitibus, vel quibuslibet aliis. Sic quoque Duces, Marchiones, de quibus in parte præce-
2 dente. Sed † quid de Episcopis, Abbatibus, Prælatis, vel aliis Ecclesiasticis personis, an feuda accipere possunt? (vt dare licitè posse ante docuimus) Certè in hoc puncto Doct. mirificè variant, latè de his Zasius 5. *parte.* & Præposit. *in c. 1. de iis, qui feudum dare poss.* Et de iure feudorum multis in locis videtur prima facie, nō solùm non posse accipere, verùm etiam, si habeant, per habitum clericalem hoc ipso amittere, *text. in c. 1. ad finem, de feud. fœmin. c. 1. §. si quis per triginta, versic. clericus, si de feud. defunct. cont. sit inter dominum & agnat. vasal. in c. 1. in fin. an mut. vel aliis* im-

imperfect. cùm nemo militans Deo sese negotiis seculari-
bus implicare debeat, c.1. de milite vasal. qui à. ma bel. deposuit,
placuit.21.quaest.3. & alia multa, quae ibi à Doct. allegantur. Sed
paucis dictis, † de iure licitè feudum accipere posse, 3
tam Canonico, quàm feudali, vt expressè affirmat text.
in c. ex transmissa, de foro compet. & latè Panorm. in c. caeterùm,
extr. de iudic. in c.1. §. fin. de capit. Conrad. (Barthol. de Salic. in
authen. ingressi, de sacrosan. eccles. & Dynus in summa f. udali. §. fe-
minae, versic. clericus. Eandem sententiam tuetur Archid. in
si qua mulier.18. quaest. vlt. Plurimos eandem sententiam &
legendo & consulendo amplectentes enumerat Curt.
iunior de feud. parte tertia, folio 165. num.13. & 14.) Nec obstat,
quod adfert alibi in contrarium Zasius in quinta parte sui
act. feud. (cuius sententiae multi ex veteribus & recen-
tioribus iuris Ciuilis & Canonici Doctoribus astipula-
ti sunt, quos magna cum copia citat Curtius iunior de
feud. parte tertia, fol.167. num.16. in quorum sententiam & i-
pse conscendit num. 20. 21. & 22. Eamque opinionem &
crebriorem attestatur Ruin. in consi. 42. num. 9. lib.1.) per
habitus assumptionem feudum amitti, ergo multò mi-
nùs posse accipere: quia hoc non sequitur. Nam quid si
dominus Clerico, Episcopo, Abbati, vel Monasterio da-
re vellet, & esset contentus, quòd per substitutum ser-
uirent, quare hoc non posset? aut quis hoc illi prohibe-
ret? cùm quilibet in re sua moderator sit & arbiter, l. in
re mandata. C. mandat. Et hoc, quando de nouo feudum da-
tur. In alio verò casu, quando per habitum clericalem
amittit, longè alia ratio est. Nam † eo in casu dominus 4
primò non dedit clerico, sed militi, eiusque fuit intentio-
nis, vt à milite ipso conseruaretur, & ab ipso seruire-
tur, & ergo, si habitum clericalem iam assumit, meritò
eo feudo destituendus est, dictis cc. citatis, & l. in omnibus cau
ff. de regul. iur. Magis enim interest domini, militem ha-
bere vasallum in persona, quàm Episcopum, Abbatem,
Monachum, seu alium clericum, vel eius nomine substi
tutū. Nihil ergo illa faciunt, vt quoque latiùs docebimus
12. & 13 par. infrà. Et haec de Clericis, Imperatoribus, Re-
gibus, & similibus. SECUNDÒ, † quilibet paterfa- 5
milias

milias, cuiuscunque qualitatis fuerit, siue integer, siue mancus, surdus, mutus, vel aliàs imperfectus, feudum accipere potest. Nam quis prohibebit domino à principio tali dare, si ei gratiam facere velit? Hoc tamen ita verum, si de suis propriis bonis tali feudum concessit: secùs si de feudo, quod ab alio superiore tenet, subin-
6 feudaret. Illo † enim casu subinfeudatus similis esse debebit subinfeudanti, *per c.1.§.similiter, de lege Conrad.* TER-
7 TIÒ, † filiusfamilias feudum accipere potest, quia non prohibetur, *d. c.1. §.1.versic.personam, per quos fiat inuestit.* Sed
8 dubitari † poterit, an ex feudo etiam pater habiturus sit vsumfructum? Et certè Claudius de Seysel. (quem recitat etiam Zas. & sequitur *in quinta parte sui tract. feudalis.*) tenet, patri non acquiri vsumfructum. Sed paucis contra-
9 rium puto verius: nam certum est, † quòd in causis, in quibus ius feudorum nihil constituit, seruandum sit ius scriptum, *c.1.§.strenuus, de feud. cognit.* Sed nihil de eis in libris feudorum reperitur: ergo ius scriptum seruandū, quod vult, omnia quæ à filiofamilias acquiruntur, ad patrem saltem quo ad vsumfructum venire, *§.igitur, Inst. per quas person. nobis acquir. l.cum oportet, C.de bonis quæ liber. licèt olim plenè. l.placet, ff.de acquir. hæred.* Sed quomodo vsusfructus apud patrem erit, cùm filius laborem feret præstādo seruitia? Videtur hoc esse iniquum, vt etiam à simili Bart. alibi videtur velle, *in suo tractatu de duob. fratribus.* Sed paucis dicite, hoc non esse absurdum, vel iniquum, cùm lex volet, *l. cùm oportet, C. de bonis quæ liber. in verbis, vel laboribus.*

Nec posset hîc dici (quod etiam Doct. aliqui volunt)
10 esse † bona castrensia, quia in immobilibus illa non cōsistunt, *l.1.C.de castrens. pecul. l.si fortè, l.castrensia, ff. de castrensi*
11 *peculio.* Prædicta tamen vera, † nisi in militia, vel contemplatione militiæ accepisset, existens in bello vel castris, *l.1.C.de castrens. peculio. lib.12.* Tunc enim vt immobilia dare possunt, & sunt castrensia: ita tunc quoque datum vt castrense patrem excluderet, *dictis legibus.* Secundò limita, nisi ipse Imperator vel Rex filiofamilias conferret etiam non contemplatione militiæ: tunc enim censeretur

tur quasi castrense, *text. est elegans in l. cum multa, C. de bo- ua liber.* vt, si princeps aulico suo feudum, vel aliud et. Hæc enim omnia vt castrensia parentem exclude- ;*l. vnica, C. de castrens. omnium palatino. pecul.* Tertiò quoq; tari possit, nisi ille dominus, qui concessit filiofa- 12
as, pacto excepit, ne apud patrem vsusfructus esset: rursum pater excluderetur, *§. 1. vt liceat mat. & auiæ, in & authen. hæreditas, C. de bon. quæ liber.*
QVARTÒ,† pupillum adultum sine autoritate Cu- 13
rum feudum accipere plenè non posse puto, siue sit um, siue antiquum, quanquàm Aluar. Iacob. de Bel- & alij Doct. *in d. §. personam. per quos fiat inuestit.* & Zasius *itur opinionem Zas. Hannet. ibidem: Duaren. de feudis, cap. 6. 16.) in quinta parte sui tractatus.* tenent, eum, qui talis est, e sine curatoris autoritate accipere: Et hoc probo iò, quia sine curatoris autoritate obligari non po- *toto titul. de autor. tut. Instit. & ff. eodem tit.* quod hîc fieret. ndò moueor, quia hæreditatem etiam lucrosam a- non potest sine tutoris autoritate, *§. 2. Instit. de autor.* & hoc, ne vexetur multis litibus, *per l. minoribus, ff. de ib. & D. Cantiunculam in d. §. 2.* Sic fit in accepto feudo, io multis laboribus & seruitiis grauari posset. Nã gatur statim post pubertatem ad præstandam fide- em & seruitia, *c. 1. §. si quis per triginta, versic. minori, cum uent. si de feud. defuncti content. sit inter dom. & agnat. vasal.* non prestaret fidelitatem accipiendo inuestituram à tempus debitum, vel non debitè seruiret, feudum teret, *text. in c. 1. §. prætereà, de prohibit. feudi alienat. per r.*
t † sic in feudis pupillus in causis, ex quibus obliga 14
es mutuò nascuntur, benè obligatur, quod de iure i non fit, *§. 1. de autor. tutor. Instit.* & ergo hîc necessaria ris autoritas est, *per l. obligari, ff. de autor. tutor.* QVIN- mpubes † sine autoritate tutoris feudum siue no- 15
, siue antiquum, acquirere potest, *d. §. 1. Institut. de au- tor. contra, in 2. responso, ff. de pactis.* quia per hoc potest liciter suam conditionem facere meliorem. Non t, sine tutoris autoritate obligari non potest, *l. obli-*

gari,ff.de autor.tutor. quia dicetis, non obligari ad seruitia, neque ad fidelitatis iuramentum vsque ad pubertatem, *d.c.1.§.si quis per triginta, versic.minori, cum §.sequent.si de feud.defunct.content.sit inter dominum & agnat.vasal.* sed benè obligat dantem, *§.1.in fin.Instit.de autor.tutor.* Quia ergo interim ad nulla obligatur, & feudum fortè, (vt ferè semper est) lucrosum inueniretur, quare non posset suam conditionem meliorem facere ante pubertatem sine tutoris
16 autoritate? SEXTÒ, † infans, si fari possit, vel furiosus, vel similis, licèt ipsi accipere non possunt, cùm nullum contrahant negotium, *l.in negotijs, ff. de regul. iuris.* eorum tamen tutores vel curatores per se possunt, *argum. l.si infanti. l.potuit, C. de iure deliberand.* Si verò infans fari posset aliquo modo, & aliquem intellectum haberet, rursum sine tutoris autoritate posse putarem, *per §. pupillus. Instit. de inutil.stipulat. l.quamuis. §. fin. ff. de acquirend. possess. l.donatorum, C.eod.titul.* quia non obligatur, *d.§.minori, cum sequent.si de feud.defunct.content.sit inter dominum & agnat.vasal.* SEPTIMÒ, mutus, surdus, rectè feudum accipiunt, vel aliàs imperfectus, siue natura, siue per accidens, hoc est, curabilis vel incurabilis fuerit: nihil enim refert in ista parte. Potest enim dominus sibi imputare, qui sciens tali feudum concessit, & hoc quando nouum est: antiquum verò, quando accipere possunt, & quando non, ex succes-
17 sione infrà in nona parte patebit. OCTAVÒ, † fœmina quoque, vt nouum feudum dare potest: ita quoque accipere, *c.1.de feud.fœmin.c.1.de eo qui sibi vel hæred.suis.* Potest enim dominus gratiam facere cui vult, *c. 1. quemadmodum*
18 *feud.ad filiam pertine.* NONÒ, † rusticus quoque feudum accipere potest, quia non prohibetur, *per c. 1. §. personam per quos fiat inuestit.* & nobilis fiet, si ab Imperatore, Rege, Duce, Marchione, vel Comite inuestiatur. ita Aluarot. *in c.1. quis dicatur Dux, Comes, in versic.cæteri.* (Hanc opinionem impugnat Duarenus, qui existimat feudum à Comite vel Marchione concessum, non nobilitare, *de feudis, cap. 4. nu. 8.* Duareni sententiam sequitur Molynæus *in consuet.tit.1.*
19 *§.9.num.4.* Qui † tamen à Capitaneis siue Valuasoribus rustici feudum accipiunt, illi per hoc non nobilitantur quia

ia docuimus antea, quòd nobilitas in ictu oculi non
ſcitur,& ſic ruſticus acquirens per hoc non nobilita-
ſolùm, quod feudum acquirat: ſed ſi aliquot factis
bello egregiis præſtat poſteà ſe audacem & notum o-
ibus virtute, tunc demùm putarem fieri nobilem, ex
quòd iam noſcitur, & omnes ob id factum in eum o-
um coniicient, aliàs non. Propriè † enim nobilis di- 20
rà noſco, quaſi ex virtute vel ſcelere omnibus no-
Hinc quoq; nobile ſcortum alibi Comicus Thaiden
at, & alibi alius, Athenas nobilem ciuitatem: Huius
o iam deſcendentes & ſucceſſores per primũ hunc
icum nobiles erunt, vt videtur innuere text. *in d. c. 1.*
c. cæteri, quis dic. Dux, March. Comes. à contrario, & ruſti-
non ſolùm ruralem intelligimus hominẽ, ſed pa-
um, hoc eſt, ſimpliciter nõ militem hominem, qua-
ualis fuerit. Qui tamen verum nobilem noſſe affe-
, is adeat Iodocum Clichroueum, & Bonum de Cur-
qui ad nauſeã ea de re tractauêre. DECIMÒ, † ſerui 21
q; feudum accipere poſſunt, & inueſtituram (dum
en, qui dant, non ignorent eſſe ſeruos.) *c. 1. §. perſonã,*
uos fiat inueſtit. & tunc feudum illud dominis ſuis ac-
ent, ſecundùm diſtinctionem alibi poſitam *in l. final.*
quas perſonas nobis acqui. & l. ſi communis ſeruus ſtipuletur Lu
tio, ff. de ſtipul. & illi domino ſeruient. Si † verò domi 22
propriis ſuis ſeruis feudum daret, hoc caſu ſerui li-
fierent, ſicuti, cùm à dominis hęredes inſtituuntur.
1. §. ſeruus autem à domino. Inſtit. de hæred. inſtit. §. 1. qui teſta.
dari poſſ. & argum. l. ſuper ſeruis. C. qui milit. poſſunt, lib. 12. An-
Yſer. Aluar. Mart. Lauden. in d. §. perſonam, per quos fiat inueſt.
l poſſet hodie facere ad proprios hoïes in Vveſt-
ia, & in Liuonia. VNDECIMÒ, † monachus quoq; 23
ĩ accipere poteſt, & ſuo Monaſterio (vt ſeruus do-
) acquiret, argum. à ſeruo ad monachum. Nã ſi do-
s monacho vel monaſterio gratiam facere vult, &
ontentus ſubſtituto, nemo poteſt prohibere. † Po- 24
ò, Procurator habens ad hoc mandatum ſpeciale,
ne alterius licitè feudum & inueſtiturã accipere
t, vt quoq; contra Procurator alterius nomine da-

re poteſt, vt in parte præcedente diximus, *per c.1. §. ſed etiam res, verſic. ſed vtrùm, per quos fiat inueſtit. c. 1. verſic. item inueſtit. de notis feudorum.* quod tum etiam ſufficeret, cùm tertius aliquis, non procurator, accepiſſet alterius nomine ſine ſpeciali mandato, dum tamen is, quem concernit, ratum poſteà intra tempus legitimum habeat. *Mart. Laudenſ. in d. §. ſed vtrùm, per quos fiat inueſtit. ad quod facit c. accedens, de præb.* Imò in procuratore habente generale tãtùm mãdatum hoc ſufficere, cũ Præpoſito exiſtimarem, *Præpoſit. in c.1. §. ſed vtrùm, per quos fiat inueſtitur. ad quod facit c. accedens, de*
25 *præbend.* Sed cùm diximus, † Procuratorem poſſe vaſalli nomine inueſtituram accipere, an ergo etiam vaſalli nomine fidelitatis iuramentum poſſit præſtare? Et Baldus *in l. 1. in 56. quæſtione, ff. de rerum diuiſ.* tenet, quòd non: Paul. Caſtrenſ. verò *in conſilio ſuo 424. incipiente, laudatio & inueſtitura.* tenet, quòd ita demùm per Procuratorem fieri poſſit iuramentum, ſi dominus vult, aliàs non. Sed certè dico, per Procuratorem quoque fieri poſſe fidelitatis iuramentum, quod etiam tenet Aluar. *in c.1. quo tempore miles. & in c.1. §. ſed vtrùm, per quos fiat inueſtit.* vbi quoque Præpoſit. (Bald. *c. nulla, per quos fiat inueſtit. Idem in l.1. §. ne autem, C. de caduc. tollend. & c.1. §. virum, de ſtatu regular. lib. 6.* Ludouicus *in l. iuſiurandum quod ex conuentione, ff. de iureiurand. & in l. qui bona. §. qui alieno, ff. de damno infect.* Vide Molynæum, qui plures in partem citat, *in conſuetud. Pariſ. titul. 1. §. 49. in princip.* vbi tamen de conſuetudine Galliæ contrarium obſeruari affirmat A. D. Hartmannus Piſtorius, *libro ſecundo, parte poſterior. quæſtione 47. num. 58. & 59.*) Et inquit Iacobinus de Sancto Georgio, *in ſuo tractatu de feud. in verbis, qui quidem inueſtiti, præſliterunt iuramentum fidelitatis*: quòd opinio communis eſt, quòd tale iuramentum poſsit præſtari per procuratorem. Et hæc quo ad ſeptimam partem ſuffecerint: Nunc ad Octauam partem accingamur, quæ ſcilicet res in feudum dari poſſunt, & quæ non.

OCTA-

OCTAVA PARS, QVAE RES in feudum dari possint, & quæ non.

SVMMARIA.

Quadruplicis generis res sunt.
Quæ res in feudum dari possunt.
Res incommerciales in feudum dari non possunt.
Quales res Ecclesiæ in feudum dari possunt.
Intellectus c.1.Episcopum vel Abbatem.
Triplicia sunt Ecclesiastica bona.
Bona, quæ sunt de mensa Ecclesiæ, in feudum dari non possunt.
Quæ bona Ecclesiæ censentur de mensa facta, & quæ non.
Archiepiscopus Mediolanensis feudum, solitum infeudari, rursum infeudare non potest.
Casus, vbi res Ecclesiæ verè de mensa Episcopus in feudum dare possit. Quales res Ecclesiæ in feudum dari possunt, & quid de Decimis, & an hodie consuetudine induci posset, res Ecclesiæ, vt infeudentur, & quantum temporis requiritur, vide ibidem.
Fundus dotalis vxoris à marito in feudum dari non potest.
Res immobilis pupilli in feudum dari non potest.
Pater rem filij, cuius vsumfructum habet, non potest alteri in feudum dare.
Res feudalis, licèt prohibita sit alienari, potest tamen in feudum dari.
Res statuto prohibita alienari in extraneum, non posset etiam extraneo dari in feudum, sed in conciuem posset.
Bona prohibita alienari testamento, vel alia vltima voluntate, an in feudum dari possent, & quomodo.
Res merè soli in feudum dantur.
Ducatu, Comitatu, Marchionatu in feudum concesso, an regalia etiam veniant.
Magna regalia in parua concessione non veniunt.
Territorio, vel fluuio concesso in feudum, an etiam feræ & pisces veniunt.
Res solo cohærentes in feudum an dentur.

22 *Res solo non cohærentes, etiam in feudum dari possunt.*
23 *Concesso castro, vel flumine, in feudum simpliciter, concessa quoq; in dubio censetur iurisdictio.*
24 *Res inter immobilia computatæ, etiam in feudum dari possunt.*
25 *Panes Ciuiles in feudum dari possunt.*
26 *Res mobiles in feudum dari non possunt, & eius ratio, num. 27.*
28 *Feudorum natura est, vt dominium directum maneat apud concedentem.*
29 *Pensiones, etiam personales, in feudum dari possunt.*
30 *Bona communia cum alijs, pro parte in feudum dari possunt.*
31 *Quid sit adæquationis ius habere.*
32 *Feudum commune cum alio, pro parte rursus alteri subinfeudari potest.*
33 *Res etiam aliena in feudum dari potest.*

PRIVSQVAM de rebus, quæ in feudum dari possunt, dicere cœperimus, præsupponendum fuerit,
1 quadruplicis † generis res esse. PRIMÒ res sunt merè soli, hoc est, terræ, *de quibus in l. solum, ff. de rei vendicatione.* SECVNDÒ sunt res solo cohærentes, vt sunt fructus pendentes, *de quibus in l. si pendentes fructus, ff. de vsufructu. & quemadmodum quis vtat fruat.* item ad ædificia quoque solo inædificata, *de quibus in §. cum in suo solo. Institut. de rerum diuisione.* TERTIÒ sunt res, quæ inter immobilia computantur, vt sunt superficies, hoc est, ædificia, quæ solo non cohærent, vt plerunque sunt ædes rusticæ, *de quibus alibi Alnarot. c. 1. §. si vasallus, hic finitur lex, deinde consuetu. regn. incip.* item annuus reditus, *de quibus in c. exiui de paradiso, §. cuicunque annui reditus, de verbor. significat. in Clement.* item pensiones, & similia: Item prouentus ex vectigalibus, teloniis, pedagiis, *de quibus Doctores in c. 1. versic. sciendum, de feudi cognit.* Rursum iurisdictiones, iura piscandi, venandi, lapides cædendi, & similia, *de quibus in l. diuortio, §. si fundum, versic. quod in anno, & §. quod in sementem, ff. solut. matrimon.* QVARTÒ, sunt res mobiles, omnibus notæ, vt sunt pecunia, equi, boues, & similia, *l. mouentium, ff. de verb. significat.* Nunc ad rem ipsam procedamus.

IN FEVDVM † ergo DARI POSSVNT res immo- 2
iles commertiales, *c.1.§.sciendum, de feudi cognit.* non pro-
ibitæ alienari, Lege, Statuto, Consuetudine, vel alia a-
qua vltima voluntate, *c.1.§.sed etiam res, per quos fiat inuesti.*
t primò hîc, quæ ad partem negatiuam pertinent, de-
arabimus: posteà, quæ ad affirmatiuam.

PRIMÒ † enim IN FEVDVM DARI NON 3
OSSVNT, res incommertiales, quę PROMITTI LE-
E non possunt, *de quibus in §.idem iuris, Institut. de inutil. sti-
lat.* vt FORVM, THEATRVM, BASILICA, *per d. c.
.sed etiam res, per quos fiat inuestit.* Sic quoque nec res, cuius
ommercium apud accipientem esse non potest, si qua
et fortè, licèt benè apud dantem, *cuius mentio fit in l. mul-
n interest. ff. de verb. oblig.*

SECVNDÒ quoque in feudum dari non possunt res
enari PROHIBITAE LEGE, vt sunt res ECCLE-
AE, RELIGIOSAE, SACRAE, ET SANCTAE,
*bemus, cum omnibus §§. sequentib. C. de sacrosanct. Eccles. toto tit.
non alien. reb. Eccles. in Auth. & tot. tit. de reb. Eccle. alien. vel non,
r. & per d. §. sed etiam res.* De † rebus Ecclesiæ prædicta 4
ra erunt, si sunt in dominio Ecclesiæ plenè, *vt dictis lo-
allegatis, & in c. 1. in princ. Episcopum vel Abbatem.* illo enim
su, vt alienari prohibitæ sunt: ita quoque nullo mo-
in feudum dari posse (inconsulto Papa) certum est,
.1. Episcop. vel Abbatem. Et hoc tam à Seculari, quàm eius-
m Ecclesiæ Prælato, *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de ver-
obligat. & d. §. idem iuris, Institut. de inutil. stipulat.* Si tamen
it res solitæ antiquitùs ex consuetudine infeudari,
ę rursum licitè possunt infeudari, *d. c. 1. Episcop. vel Abba.
. respon. & c. 1. de ijs, qui feud. dare poss. c. 2. extr. de feud.* Paucis
o † vt intelligatis d. c. 1. Episcopum vel Abba. quo ad 5
na Abbatiæ, Ecclesiæ, vel similis loci, an infeudari
ssint? Dicetis quo ad hanc rem, † triplicia esse bona 6
batiæ vel Ecclesiæ: Primò habent bona, quæ ab anti-
o tempore, ante Vrbanum Papam, solitę erant infeu-
i, & illa vt olim; ita & hodie adhuc possunt licitè in-
dari, citra Papæ consensum, *d. c. 1. in 2. Respons. Episcop. vel
ba. & d. c. 2. ext. de feu.* Secūdò habēt bona, q̄ antea solita

non erant infeudari, quæ tamen non potuissent liberè infeudari ab Abbatibus & aliis Prælatis, si voluissent, antè prohibitionem Vrbani Papæ, citra Papæ consensum, *vt satis innuit d.c.1. Episcopum vel Abbatem.* vt sunt villæ,
7 agri, fundi, & similia, à diuersis illis collati. Sed † hodie illa non possunt in feudum dari irrequisito Papa. *per d.c. 1. Episcopum vel Abbatem, in pr. in. 17.* Et illa bona dicuntur esse de mensa Abbatiæ vel Ecclesiæ, *de quibus in c. vt super, ext. de reb. eccles. alien. vel non, vbi Panor.* quæ etiam aliquando tituli vocantur, *d.c.1. in princ. Episcop. vel Abb.* Tertiò, habent bona, quæ solita aliquando quidem fuerunt dari ante Vrbanum Papam in feudum, sed ex delicto, alienatione, vel simili modo redierunt ad Abbatiam vel Ecclesiam plenè, *de quibus c.2. extr. de feud. in c. ad aures, extr. de pœnitent. in c. grauem, extr. de sent. excommunicat.* In his bonis fuerit distinguendum, an rursum mensalia facta sunt, aut minùs. Si facta mensalia, tunc certum est, nō posse iterum in feudum dari inconsulto Papa, *per d.c. vt super, extr. de rebus Eccles. alienan. vel non.* Si verò nondum de mensa facta sunt, iam certum est licitè posse dari, *per d. c. 1. Episcop. vel Abbatem.*

8 Sed hîc † facilè quis dubitabit, quando de mensa censebuntur facta esse, quando non. Certè de his alibi Panorm. Innocent. & alij Doct. *in d.c. vt super.* qui admodum variant. Paucis videtur mihi Bartol. sententia verior, *in l. si vacantia, C. de bonis vacant. lib. 10.* (Hanc Bartoli opinionem approbant Angelus *in ead. l.* Card. Floren. *in c. vt super, extr. de rebus Eccles. non alienan.* Petr. de Anchar. *in c. vt super.* Baldus *in c. 1. de clerico qui inuestit. fecit.* Eandem sententiam exactissimè examinatam sequitur Curtius iunior *in tract. feud. folio 72. num. 7.*) qui tunc demùm de mensa facta asserit, cùm per administratores Abbatiæ, Ecclesiæ, Prælaturæ, vel per officiarios, vel Prælatum, cui ius iterum infeudandi fuit, scripta fuêre inter alia bona, quæ verè ad mensam pertinuêre, & sic simul incorporata, quod inquit alibi optimè probari, *per dictam l. si vacantia, iuncta l. si quando. 2. eodem titul. de bonis vacantib. libro decimo.* & benè: Si verò non essent ita incorporata, & constaret,

ftaret, quòd Prælatus alium expectaſſet bonum vaſallum, vel quòd impeditus bello vel ſimili non potuiſſet, certè tunc etiã, ſi Abbatia vel Eccleſia longo tempore poſſediſſet, non tamen dicerentur eſſe de menſa Abbatiæ vel Eccleſię. *Imol. in d. c. vt ſuper.* & ergo licitè rurſum adhuc infeudari poſſent, ſecũdùm prædicta. Si verò dubitaretur iuſtis ex cauſis, an de menſa rurſum facta eſſent, aut minùs, iam putarem hoc committendum arbitrio diſcreti iudicis. *de his Bald. & poſt eum Aluarot. & alij Doct. in c. 1. de ijs qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. Epiſc. vel Abbat. Canoniſtæ in d. c. vt ſuper. & Zaſius in 5. parte.* † Prædictũm fallit in 9
Archiepiſcopo Mediolanenſi, qui etiam feudum ſolitum infeudari, rurſum infeudare non poteſt, etiamſi in dominio Eccleſiæ tempore introitus inuenerit, *c. 1. in fin. de cleri. qui inueſtit. fecit, vbi Aluarot.* † Si tamen bona, quæ ve- 10
rè eſſent Eccleſiæ, & non ſolita infeudari, etiam ante Vrbanum Papam, à Tyranno occuparentur, hîc ſine dubio alteri alicui potẽtiori in feudum dari poſſent, dum tamen ſine fraude hoc fieret, *text. in c. 2. extr. de feud. in verſ. alia quoque dubitatio.* † Sed dubitauerit meritò hic ali- 11
quis, an ea quæ ſuprà de rebus Eccleſiæ in feudum datis ante concilium Lateranenſe, & plenè ad eam reuerſis, & rurſum in feudum datis retulimus, locum ſibi vendicabunt in decimis in feudũ datis ante Lateranenſe concilium, & ad Eccleſiã reuerſis? Certè de iſta re varij variè ſentiunt, & non deſunt qui volunt, feudum decimale ita reuerſum ad Eccleſiam vel Prælaturam non poſſe à Prælato rurſum laicæ perſonæ in feudum dari, quorum numero eſt Ioan. Andr. *in c. prohibemus, extr. de decimis.* quem ſequitur Panormit. *in d. c. prohibemus.* & aliquot alij. Imola & alij *in c. 2. extr. de feud.* Claud de Seyſel. *in tract. ſuo in tit. quæ res in feud. dari poſſ.* Sed, relictis multis hinc inde allegationibus, exiſtimarem, vt in cæteris Eccleſiaſticis bonis ad Eccleſiam reuerſis, quoque feudum decimale rurſum liberè alicui dari poſſe in feudum, *gloſſ. expreſſa in c. prohibemus, extr. de decimis. quæ allegatur etiam ad hoc, c. 2. extr. de feud. vbi de reuerſis feudis loquitur, & ita ſentit Præpoſ. in c. 1. §. ſciendum, in fi. de feudi cogn. Cardi. Zabarel. in d. c. 2. extr. de*

feud. idem Paul.Castren.in consil.139.incip. dubium non facit. idem Aluarot.in c.1.de ijs qui feud.dare possunt. cum distinctione tamen anteà habita,an mensalia facta sunt,an minùs.Feudum tamen decimale, quod ad Ecclesiam non redijt, subinfeudare à laico possidente in alium laicum non possit,nisi Episcopi consensu, *c.cùm Apostolica, extr.de his quæ fiunt à Prælat.sine consensu capit.facit glo.in d.c.prohibemus,extra,de deci.Aluaro.in d.c.1.de ijs qui feudum dare possunt.*quod in alijs feudis secularibus non obtinet:si vero subinfeudare non affectant,liberè apud se vel suos relinquunt hæredes in perpetuum, *gloss.in c. quamuis, in fin. extr. de decim. Aluar.in d.c.1.colum.5.de ijs qui feud.dare possunt.* Sed cùm hactenùs diximus, res Ecclesiasticas solitas infeudari rursum posse infeudari, dubiũ esse posset, quomodo istuc probari posset,si controuersia super eo fieret? Certè dicendum,hoc ipso solùm probari,quòd ab Ecclesia tanto tempore sit recognitum, cuius initij non extat memoria. Ioan.Andr. & Butr.. *in c.cũm Apostolica, extr. de his quæ fiunt à prælat.sine consensu capit.* Paul.Castr. *in consil.139.incip.dubium facit.* (Vide Curtium, qui plenissimè quæstionem hanc disputauit *secund.parte, quæst.4.* vbi ad hanc authoris sententiam *num.7.* collimare videtur cum authoribus,quos ibidem citat.) Hoc etiam ignorandum non est, etiam hodiè consuetudine introduci posse, res Ecclesiæ vt infeudentur, non obstante prohibitione illa Vrbani Papæ.*ita Iaco.Beluis.in c.1.de ijs qui feud.dare poss.quem sequitur Aluaro.i. eo loco.* quod tamen intelligi debet de rebus Ecclesiæ non spiritualibus, *vide Aluarot.in d.c.1.de ijs qui feud.da poss.in 3.col. iuncto c.1.§.sed etiam res.per quos fiat inuestitura.*vt fundis,agris,villis,& similibus aliquando Ecclesiæ collatis, non tamen alienare prohibitis à conferente,quæ solùm in feudum dari possunt: non de spiritualibus,vt sunt decimæ & ipsæ res sacræ,vt Ecclesia:vt enim illæ nullo modo in feudum à nouo dari possunt, *c.ad hæc. c.quamuis.c.prohibemus. extr.de decim. & d.§.sed etiam res.* ita quoque nulla consuetudine posse præscribi certum est.*Aluaro. & alij in d.c.1.de ijs qui feu.da.poss.* Et quanto tépore consuetudo illa induci possit,pulchrè Bal.docet *in d.*

in d.c.1.de ijs qui feu.dare poss. distinguens, an infeudatio facta manifestè sit damnosa Ecclesiæ, an vtilis, an dubitetur? Primo casu requiri tempus, cuius initij non extat memoria: secũdo tempus 30. annorum: tertio 40. annorum spacium, quod etiam Aluar. sententia comprobatur, in d.c.1.de ijs qui feud. dare possint.

TERTIÒ, prohibetur lege alienari FVNDVS DOTALIS, §.1. Inst. quib. alien. lic. vel non. & toto tit ff. de fundo dotali. ergo in feudum dari non posset à marito, d.c.1. §. sed etiam res. per quos fiat inuestitu. 11

†QVARTÒ, RES MINORVM IMMOBILES prohibentur alienari, toto titu. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cùm maximè in l. 1. & l. magis puto. eo. tit. & toto tit. de prædijs & alijs reb. mino. sine decreto non alienan. In feudum ergo dari nõ possunt, d. §. sed etiam res. per quos fiat inuest. 12

†QVINTÒ, PATER REM FILII, ex qua vsũmfructum habet, prohibetur alienare, l. cùm oportet. §. nõ autem. C. de bonis quæ liber. non potest ergo in feudum dare, §. sed etiam res. & sic in cæteris similibus lege prohibitis alienari rebus dicendum. †Prædicta REGVLA, quòd res alienari prohibita non possit dari in feudum, FALLIT in feudo, quod etiam lege prohibitũ est alienari, de prohib. feud. aliena. per Freder. quod licitè tamẽ rursum in feudum alteri cuicunque dari posset, dummodò in fraudem constitutionis Lotharij & Frederici non fiat, §. sed etiam res. per quos fiat inuest. vbi gloss. & Aluarot. docet, quando in fraudem facere censentur. Et hæc quo ad res, quæ lege prohibentur alienari, sufficiant. Diximus quoque in principio: Nisi statuto vel cõsuetudine alienari prohiberetur. 13 14

† Hinc sequitur, si STATVTO ciuitatis, vel CONSVETVDINE prohiberetur, ne res alienarẽtur immo bilis in extraneos, hoc casu quoque rem in feudum dari extraneo non posse, per d. §. sed etiam res. Alicui tamen ciuis Ciuitatis dari licitè posset. 15

Postremò diximus, TESTAMENTO, vel alia VLTIMA VOLVNTATE: †Et ergo si pater prohibuit, ne bona alienarent, hoc casu distinguendũ est, & inspi- 16

cien-

ciendum, an simpliciter prohibuerit, non addita causa, an ea expressa. Si nulla causa est, iam certè, vt nullius momenti est prohibitio, *l. filiusfamiliâs. §. diui. ff. de legat. 1.* ita quoque licitè iam in feudum dare possit. Si verò causam addidit, tunc vt alienare non possit, *d. §. diui.* ita nec possit in feudum dare, *d. § sed etiam res.* Cùm tamen causam addidit, verba inspicienda sunt testatoris, an eam ob causam prohibuit, vt res maneat inter agnatos, an apud ipsam præcisè personam: Si solùm, vt inter agnatos maneat, certè, vt tunc benè potest inter agnatos alienare, *l. voluntas. C. de fideicommiss. l. pater filium. §. quindecim libertis. ff. de legat. 3.* Ita quoque vni eorum licitè in feudum dare posset rem alienari prohibitam, *per d. §. sed etiam res.* & non solùm vni ex his agnatis, sed etiam cuicunque extraneo, dummodò non fiat in fraudem constitutionis Friderici. *per d. §. sed etiam res.* Et ratio est, quia mortuo semper alienante redibit ad istos agnatos, qui nihil iuris habent eo viuente, si redimere nolunt, *d. §. sed etiam res. & latiùs docebimus de ijs in parte 13. & argum. c. 1. §. Titius filius. si de feudo. defunct. content. sit.* Hoc tamen verum, nisi voluisset testator, alienatione facta, statim in commissum cadere, tum certè citra redemptionem statim vendicarent ex defuncti voluntate: Cæterùm si prohibuisset ideo alicui præcisè alienare, quòd sciret prodigum, dilapidatorem, vel promum magis, quàm condum, hoc casu, vt nullo modo posset alienare, nec etiam in agnatum, fratrem vel sororem, *dd. legibus.* sic quoque in hos nec vt feudum cōferre posset, *d. §. sed etiam res.* Et hæc quoad negatiuam partem suffecerint.

Nunc ad ea, quæ ad affirmatiuam pertinent, procedamus. Paucis ergo, prædictis rebus exceptis alienari prohibitis, dicendū, omnes res alias immobiles in feudum dari posse.
17 † ET PRIMO, omnes RES MERE SOLI, *de quibus suprà.* Et ergo totum terrritorium, villa, Marchionatus, Ducatus, Comitatus, & alia id genus similia immobilia soli, *per d. c. 1. versic. sciendum, de feud. cognit.*
18 † Sed dicet aliquis, quid si Imperator Duci, Comiti, Marchioni, Ducatum, Comitatum, Marchionatum in feu-

feudum daret, an quoque Regalia concessa intelligentur? (quæ sint Regalia habetur alibi, in titulo, quæ sunt Regalia.) Paucis dicendum regulariter, quod non. *Aluarot. & Doct. in c.1. quæ sunt Regalia.* (An & quando per feudi seu territorij concessionem regalia quoque cõcessa intelligantur: luculenter tradit Carolus Molinæ. in consuetud. Parisiensi. *§.1. num.* 53. vbi ampliat hanc conclusionem, etiamsi cum omni iure, & nullo, quod superior concedens habuit, reseruato, territorium cõcessum sit: non videri tamen Regalia concessa esse.) Si tamen Princeps præter Regalia ibi non haberet, iam certè censerentur data, *argum. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruct. Claud. Seysell. in Rubric. qui feud. dare possunt.* & hoc in minoribus tantùm tunc Regalibus obtineret: † verum in magnis 19
regalibus putant, quòd neque tunc admitteretur, vt est cudere monetam, creare Magistratum, erigere Vniuersitates, creare Notarios, nisi hoc ipsum exprimeret, de quibus multa Raphaël, *in consi.162.* Claudius *in d. Rubric.* vbi ad nauseam de his Regalibus, *in princip.* & facit, c. per translationem, extr. de offic. legat. vbi Doctores, quos refert Zasius *in 5. parte.* vbi dat etiam alias fallentias & limitationes, quas cùm ita veras esse affirmare simpliciter non audeam, hîc supersedeo, interim locum designans. † Rursum dubitari posset, cùm diximus immo- 20
bilia in feudum dari posse, an concesso in feudum territorio, fluuio, vel fundo, censentur quoq; dati pisces fluminis, & feræ bestiæ fundi? Paucis dicendum, quòd sic: quia licèt per se mobilia sint & mouentia: quia tamen accessoriè veniunt, dicemus eiusdem naturæ censeri, cuius sunt res principales, *argum. c. accessorium, de regul. iur. in 6. Zasius in 4. parte.* (*Consule Molinæum in consuetu. Parisiens. tit. §.1. quæst. 4. num. 17.*) quod tamen sine dubio verum erit, quando datum feudum est cum integro statu: illa namque verba dubitationem tollét, *l. 2. C. de bonis vacant. lib. 10.* et hæc de rebus merè soli.

Diximus quoque, RES esse NON MERE SOLI, SED SOLO COHAERENTES, vt fructus penden- 21
tes, ædificia solo cohærentia, vt Castra & similia fortilitia,

22 litia, † & non solo cohærentia, vt sunt superficies, vt sunt domus rusticæ plerumque,(vt suprà diximus.) Et hæ res quoque in feudum dari possunt, *d.c.vnic.versicu.*
23 *sciendum,de feud.cognit.* † Et hîc rursum dicendum,ex concessione Castri simpliciter venire quoque iurisdictionem ad Castrum seu fortilitium pertinentem. *Præposit. in c.1.§. item si quis.quibus mod.feudum amitt. & facit l. pupillus. §.territorium.ff.de verbor.significatio. & Zasius in quarta parte, de territorio concessio. (Bald.in c.1. de capita. qui curi. vendi. Paul.Castren.consil.406.colum.2.libr.2. Barto.in l.inter eos.ff.de acquiren. rerum domin. Anchar.in reg.Accessorium. de regul.iur.in sexto. Innocent.in c.cùm ad sedem, extra, de restitut.spoliatorum. Cæphalus lib.1.consiliorum,consil.183.num.64. Didac.Couarru. libr.1.Practic. quæstionum,cap.2.num.*10. Quin,& merum,& mixtum imperium transire, tradit ibidem Couarruuias,& Molinæus,*consuetud. Parisiens.titu.1.§. 1.nume.*47. & 48.) Qui tamen securus esse vult,cum integro statu accipiat,(vt diximus)sic venient iurisdictiones simul, *d.l.2.C.de bonis vacant. libr.* 10. quia res ista dubio non caret. Prætereà
24 † res esse diximus, quæ inter immobilia computantur, vt sunt annui reditus,pensiones,iurisdictiones,iura piscandi,lapides cædendi, & his similia, vt suprà narra-
25 uimus. † Item panes ciuiles, quorum mentionem facit gloss.*in d.versic.sciendum.de feud.cognit.* Sunt enim panes ciuiles,qui certo tempore dantur his, qui tesseram, id est, certæ rei signum vel simile adferunt, qui etiam nominantur annonæ ciuiles aliquando, *in l.iubemus nulli.C. de sacros.eccles.vide l.fin.§.prætereà.C.de iur.dot.* Ciuibus quoque Romanis olim tesseræ frumētariæ, siue ciuiles annonæ, temporibus certis concedi consueuerunt, quorum meminit l.sed & si susceperit.§.1.ff.de iudi.& l.Titia Seio.ff. de leg.2.Et hæ res prædictæ rursum in feudum dari possunt,*per d.c.1.versi sciendum,vbi gloss.& Docto.de feud.cognit. & Zas.in* 4.*parte.* Postremò,diximus quoque,res mobiles esse,vt equos,boues,pecuniā numeratam,& similes,*l. mo-*
26 *uentium.ff.de ver.sign.*† Illæ tamen res in feudū dari nō pos-
27 sunt,*d.c.1.vers.sciendum,à contrario.* † Et ratio,quare mobilia in feudum dari non possunt,illa est,quod natura rei feuda-

feudalis eſt, vt apud dominum (licèt alienet) directum dominiū tamen maneat, *per c.1.§.fi.de inueſt.de re alie.facta*, *er c.1.in fi.in quib.cauſ.feud.amit.* quod impoſſibile quaſi eſt n rebus mobilibus, *arg.l.traditionibus.C.de pactis.* Secundò, quòd res mobiles vſu conſumantur: per hoc enim ſine ubio feudum interiret, aut ſaltem, ſi ſeruaretur, res nihil tamen vtilitatis accipienti adferret. *Andr.de Iſern.in d. erſi.ſciendum.* Sed dicet aliquis, ſaltē eum, qui rem mobiem in feudum accepit, vt pecuniam, vel rem ſimilem, oſſe cautionem præſtare, vt fieri ſolet in rebus vſu con imilibus, datis in vſumfructū, *§.conſtituitur, Inſt.de vſufru.* t per hoc ſaltē vtilitatis aliquid habeat. Sed paucis purē, nec hoc ſufficere, q.a rurſum tunc eſſet cōtra iſtud, uod ſuprà diximus de natura feudi eſſe, vt dominium oud dantē maneat, quod in ijs rebus non eſt, etiā præita cautione, quia trāſit plenè dominiū in accipientē, *§.conſtituitur.* Et ergo quamuis in vſufructu admittatur, mē in feudis nullo modo locū habere poteſt. † ꝓpter 28 ontrariam feudi naturam, quæ dominiū directum pees dominum manere requirit, *d.c.1.in fin.in quib.cau.feud. it.c.1.§.fin.de inueſti.de reb.alien.facta.* vt ſuprà in definitio quoq; tractauimus, quò recurrendū. Sanè tamē iſtuc, od de mobilibus diximus, intelligēdum erit: Nam ꝙ s mobiles in feudum dari non poſſent, ita demùm vem eſt, dummodò rem mobilem planè quis transfert accipientem, vtpotè dicendo: Do tibi centum, vt illa feudum habeas: Hîc enim feudum non erit. Nam am vti vellet pecunia vaſallus, opus eſſet vt cōſume-, & ſic periret dominiū, quod apud dantē manere de-, (vt ſuprà diximus) verùm ſi quis mihi cētum debe- annuè ex pacto, vel teſtamento alicuius, circa rei aliius obligationem: † Hoc caſu tamen licitè poſſum vel 29 a centū, vel viginti ex illis, vel triginta, tertio alicui feudū dare, & tunc non cenſebuntur mobilia, & erūt aſi reditus ſeu penſiones ex perſona, nō ex re aliqua, principale dominium ſemper penes me manebit, li- alius annuè totum vel partem accipiat, argumento um, quæ habentur de feudo Cameræ vel Cauenæ,

in c.

in c.1.versicu.sciendum. de feud. cognit. vbi pulchrè Aluarot. & ita quoque intelligetis gloss. *in d. versi. sciendum.* quæ dubitanter mouet de nominibus debitorum, & de his vide Claudium *in Rubric. quæ res in feudum dar. potest.* Et hactenùs de proprijs bonis, quæ in feudum dari possunt.

30 †Videamus iam de COMMVNIBVS BONIS cum alijs, an illa etiam in feudum dari queant? & breuibus dicendum quòd sic. *text. est in c.1. §. item sciendum. de not. feud.* & possit quis compellere socium, vt diuidat cum eo,

31 *d. §. item sciendum.* † Habet quoque tunc vasallus ius adæquationis ad quadraginta annos, vt habuit ille, qui dedit, hoc est, si viderit vasallus iste diuisionem huius rei olim malè factam cum domino, poterit vsque ad quadraginta annos de illa mala diuisione conqueri. *Aluarot. in d. §. item sciendum.* & ad adæquationem agere, *text. videtur desumptus ex l. si inter fratres, in fine. de præscriptio. in lib. Lombardi.*

32 †Præterea, vt res communis in feudum dari possit: (vt iam diximus) ita quoque feudum commune alteri pro sua parte rursum quis in feudum dare posset. *Andr. de Isern. in d. c. 1. §. item sciendum, de not. feud. quē sequitur ibi Alua.*

33 †Postremò, etiam RES NON PROPRIAE, NEC COMMVNES, sed alienæ, in feudum dari poterunt, *text. in c. 1. de inuestit. de reb. alien. fac.* & hoc casu conferens efficere debet, vt datum feudum vasallus seruet, vel vt æquiualens aliud habeat, *d. c. 1. de inuestitu. de reb. alien. fact.* Nam præstando interesse non liberatur, *c. 1. §. si facta. si de feud. defunct. contens. sit.* Et hoc verum, si accipiens ignorauit, vel si sciuit, pacto tamen sibi prospexit, *d. c. 1. de rebus alien. fact.* In dante non distinguo: Ille enim semper tenetur de euictione, siue suam putet esse rem, siue ignoret, *d. c. 1. de inuestit. de reb. alien. fact.* Et hactenùs satis, quæ res in feudum dari possunt. Nûc, quibus modis feudum constituatur & acquiratur, explicabimus.

NONA

NONA PARS, QVIBVS MOdis Feudum constituatur & acquiratur.

SVMMARIA.

Feudum tribus modis constituitur & acquiritur.
Inuestitura duplex, propria & abusiua.
Propria inuestitura quid sit, & quid abusiua.
Inuestituram quis det.
Inuestituram quis accipiat, & à quo.
Ab immediato domino, etiam subinfeudante, inuestitura petenda, & non ab alio.
Emptor feudi, vel agnatus, translato in se feudo, inuestituram à vero domino feudi accipiet, & non à venditore vel conferente.
Frater potest esse dominus fratris, & tenetur ab eo inuestituram petere, sic agnatus agnati.
Qualia, aut quæ solennitates ad inuestituram requirantur.
Inuestitura noui feudi præsentibus curiæ paribus fieri debet.
Feudum nouum coram extraneis, & non coram curiæ paribus datum ad hæredes non transmittitur.
Ratio, quare in nouis feudi inuestitura pares curiæ, & non alij, adhiberi possint.
Dominus, vt ius suum feudale in aliũ transferat, opus habet vasallorum consensu.
Noui feudi inuestitura per curiæ pares, & non alios testes, probanda.
Dominus in inuestitura feudi noui pares, si non adsint, expectare debet.
Dominus, qui pares curiæ non habet, coram alijs inuestire potest.
Quandiu dominus pares expectare tenetur.
Fallentiæ seu limitationes, quando dominus non tenetur habere pares in noui feudi inuestitura.
Ecclesiasticæ personæ, vt Abbas, Episcopus, Capitulum, & similes, inuestituram faciunt sine paribus.
Vasallo nolente iurare fidelitatem, posset dominus, etiam feudũ à se traditum, vendicare vel condicere.

21 *Vasallus sex promittit domino per iuramentum.*

22 *Dominus, præstito iuramēto à vasallo, tenetur illum in possessionem ducere, aliàs teneretur illi de omni emolumento.*

23 *Optimum est super inuestitura fieri scripturam vel instrumentum.*

24 *In dubio pro natura feudi iudicatur.*

25 *Stylus primæ inuestituræ non mutandus absque consensu eorum, quorum interest.*

26 *Cautela pro aduocatis, vt primam inuestituram initio processus feudalis inspiciant.*

27 *In inuestitura antiqui vel paterni feudi curiæ pares non requiruntur.*

28 *Dominus successorem in feudo antiquo inuestire tenetur.*

29 *Forma inuestiendi.*

30 *Vasallus, abusiuam inuestituram nactus, potest propria authoritate possessionem apprehendere.*

31 *Dominus tenetur vasallo possessionem vacuam tradere, aut feudum aliud æquiualens pro eo dare.*

32 *Ad quid dominus teneatur, qui post abusiuam inuestituram alium inuestit, & eidem possessionem tradit.*

33 *Opinio Ludouici Romani super ea re discussa.* 34.39.

35 *Ecclesiasticæ personæ debent esse cultores & authores iustitiæ.*

36 *In donationibus & stipulationibus dandi venit semper æstimatio rei, & non tantùm interesse.*

37 *Andr. de Isernia notatus.*

38 *Refutatur opinio glo. Aluar. Andr. de Isern. Zasij & aliorum, in §. si facta. si de feud. defunct. content.*

40 *Princeps, à quo iura manant, neminem decipere debet.*

41 *Ex anni possessione cum præstitis seruitijs præsumitur inuestitus vasallus.*

42 *Vasallus, qui triginta annis rem vt feudum possedit, & seruitiū præstitit, omninò haberi pro inuestito debet, etiamsi dominus contrarium probare posset.*

43 *Acquisitio feudi per successionem, & eius materia.*

44 *Quid antiquitus obseruabatur in successione feudi.*

45 *In recta linea ascendentes non succedunt descendentibus in feudo nouo.*

46 *In recta linea ascendentes non succedunt, etiam in feudo antiquo,*

quo, contra Andr. de Isernia & alios.

47 Dominus in dubio feudum dat contemplatione descendentium tantùm.

48 Casus, vbi ascendens in recta linea succedat descendenti.

49 Regula generalis de successione feudi, cum suis fallentijs.

50 Pactum initum cum vxore, ne filij ex ea nati in feudo succedant, valet.

51 Pactum de futura successione non est simpliciter reprobatum, contra omnes Doct.

52 Obiectio contra Baldi & eius sequacium opinionem.

53 Pactum patris cum filio, vt legitima sit contentus, valet.

54 Leges, quòd pactum de futura successione sit reprobatum, nō simpliciter, sed secundùm tacitam, vel expressam in illis rationē sunt intelligendæ.

55 Filij potiùs meritis ad paterna obsequia prouocandi, quàm pactionibus astringendi.

56 Diuersa genera filiorum numerantur.

57 De iure feudali omnes filij æqualiter in feudo succedunt: Et filij fratris præmortui succedunt cum patruis suis in stirpes.

58 Pater, filijs non consentientibus, non potest testamento inæquales partes de feudo facere.

59 Emancipati filij an in feudo succedant.

60 Cognati in feudo non succedunt.

61 Exhæredati filij an succedant in feudo.

62 Præteriti filij in testamento, an succedant in feudo.

63 Adoptiui & arrogati filij, an in feudo succedant, cum suis fallentijs.

64 Interpretatio. §. naturales. si de feudo defunct. content. sit, & §. adoptiuus. eo. tit.

65 Princeps, in præiudicium domini vel agnatorum, sine legitima causa nihil iustè facere potest.

66 Legitimati filij per oblationem Curiæ, an in feudo succedant.

67 Filij legitimati per principem, an in feudo succedant.

68 Elegans sententia Diocletiani Imperatoris.

69 Imperator non potest legitimare alicuius filium naturalem ad feuda, etiam nullis extantibus liberis, vel agnatis, contra Iaco de Beluis.

70 Imperator legitimando filium etiam cum consensu patris, nisi

tamen expressè feudi mentionem in legitimatione faciat, in feudo non succedit.

71 *Filij legitimati per subsequens matrimonium, an in feudo succedant.*

72 *Filius legitimatus per subsequens matrimonium non magis succedit in feudo, quàm legitimatus per principem, vel adoptionem, secundùm verum intellectum text. in §. naturales. si de feud. defunct. content. fit. quicquid ibi dicant Doct.*

73 *Filij putatiui an succedant in feudo?*

74 *Hermophroditus filius, an succedat in feudo?*

75 *Muti, surdi, cæci filij, an in feudo succedant?*

76 *Monachi & clerici filij an succedant.*

77 *Episcopatus, Monasterium, vel Ecclesia, an succedant Episcopo, Monacho, vel Prælato, vt filij?*

78 *Filius naturalis non succedit matri suæ in feudo, etiam fœmineo, aut materno. Ibidem &*

79 *Successio collateralium in feudo, per conclusiones, vnà cum suis fallentijs.*

80 *In feudo nouo, nec frater fratri, nec vllus collateralium succedit alteri, cum suis fallentijs.*

81 *Casus, vbi frater fratri succedat in feudo.*

82 *Emptum ex communibus indiuisis bonis feudum pro se tantùm, licèt successione non veniat ad fratrem: à fructibus tamen nō excludetur.*

83 *Zasius Aluarotum malè reprehendit.*

84 *Successio collateralium in nouo feudo non extenditur vltra septimum gradum.*

85 *Successio in feudo antiquo non solùm ad directè descendentes, sed etiam ad transuersales vltra septimum gradum porrigitur.*

86 *Successio in feudo paterno vel antiquo, per cōclusiones vnà cum suis fallentijs.*

87 *Collaterales, si descendentes nulli extent, succedunt legitimè in feudo antiquo, seu paterno.*

88 *Qui dicantur legitimi in successione feudi.*

89 *Fratres vtrinque coniuncti quomodo succedant in feudo paterno, vel antiquo.*

90 *Descendentes solùm appellatione sui heredis veniunt.*

91 *Per hoc, quod frater pro parte feudi allodialia à fratre accepit, à feudo*

feudi successione sui fratris non excludetur, si proximiores in gradu non sint, cum fallentijs.

92 *Ex antiquo feudo nouum vt fiat, non sufficit consensus domini & vasalli.*

93 *In feudo masculino tam fratres ex altero tantùm, quàm ex vtroque latere coniuncti consanguinei succedunt, sed secùs in feudo feminino, & eius ratio.*

84 *Distinctio bona ab alijs feudistis omissa.*

95 *Casus singularis, vbi frater fratri consanguineo non succedit in feudo, nec pater filio, etiam nullis extantibus agnatis, & sic feudum ad dominum deuoluatur.*

96 *Feudum pacto acquisitum, vt in eo tam cognati, quàm agnati, succedant, non intelligitur de ijs cognatis, qui ex primo stipite non prouenerunt.*

97 *Cautela pro aduocatis, vt initio processus feudalis instrumentum primæ inuestituræ inspiciant.*

98 *Frater fratri defuncto vnà cum fratris filijs succedit.*

99 *Fratris defuncti filij excludunt defuncti patruum, licèt eiusdem sint gradus.*

100 *Fratrum filij per se succedunt patruo in stirpes, & non in capita, contra opinionem Azonis, Zasij, omnium neotericorum eum sequentium vt ducem.*

101 *Ante iura Authentic. regulariter in linea collaterali proximior in gradu excludebat vlteriorem in gradu.*

102 *Ante iura Authent. quoad successionem fratris nulla differentia fuit inter fratres consanguineos tantùm, & consanguineos & vterinos simul.*

- *Quid sit repræsentare patrem in materia successionis, ibidem.*
Quis dicatur Thius, ibidem.
Quid sit in capita succedere. ibid.

103 *Fundamenta Zasij, quibus dictam opinionem Azonis, & suam, stabilire nititur.*

104 *Assertiones Sonsbeckij contra dictam opinionem.*

105 *Ratio, quare patruus defuncti excludatur à fratrum filijs defuncti.*

106 *Alia interpretatio. §. Si autem cum fratribus, versi. illud palàm. in Authen. dè hæredibus ab intestato venientibus, quam Zasius adfert.*

107 *Conuincitur Zasius ex seipso, & proprio suo iugulatur gladio.*

108 *Refutantur assertiones seu fundamenta Zasij.*

109 *Vera & genuina ratio, quare Imperator fratrum filios per se in stirpes, & non in capita, succedere voluit.*

110 *Bartolus veritatis pater non raro nominatur.*

111 *Nepotes fratrum in capita, non in stirpes, succedunt.*

112 *Nepotes fratrum excludunt magnum patruum de iure feudali, licèt de iure ciuili secùs obseruetur, cùm sint vnius lineæ. Imò excluderent etiam illum pronepotes, abnepotes, qui adhuc remotioris sunt gradus in linea descendenti.*

113 *An proximiores in gradu post fratrum filios excludant in feudo eos, qui vlterioris sunt gradus.*

114 *Agnatus, mutus, surdus, cæcus, vel aliàs imperfectus, si sanari Medicorum opinione non potest, in feudo quidem non succedit, sed tantùm illi datur, ex quo honestè se sustentare queat.*

115 *Monachi, Clerici, vel Religiosi agnati in feudo non succedunt.*

116 *Nec vxor marito, nec maritus vxori in feudo succedit, etiamsi nulli hæredes legitimi supersint. Nec item socius socio, nec etiam ipse fiscus.*

117 *Fæminæ in feudo non succedunt regulariter, & quare, cum aliquot fallentijs.* 118.119.120.121.

122 *Feudum emptum feudum proprium est, non improprium, vt quidam volunt.*

123 *In feudo fæmineo, hoc est, per fæminam acquisito, nullis extantibus filijs, filiæ succedunt, etiamsi hoc pacto cautum non sit, contra Glo. & Andr. de Isern.*

124 *Dominus in conferendo feudo paterno vel antiquo non potest filiæ vasalli, nec vlli alij, gratiam facere, in præiudicium legitimorum hæredum.*

125 *Nouus intellectus c.1. quemadmodum feud. ad fili. pertin.*

126 *Dominus in feudo, etiam masculino, quod ad se plenè reuersum est, filiæ conferendo gratiam facere potest.*

127 *Consuetudo, quòd solæ fæminæ in feudo succedant, valet.*

128 *Feudum pro hæredibus mascul. & fæmi. acquisitum à patre & filio possessore, post eâ sine liberis mortuo, ad sororem transmittitur, & non deuoluitur ad dominum, contra Doct.*

129 *Fæmina, si feudo excludatur, excluditur etiã omnis soboles ex eo.*

130 Non

130 *Non dicitur vixisse, qui illicò, vt natus est, moritur.*

131 *Intellectus nouus. §. quinetiam. c. 1. Episco. vel Abbat.*

132 *De rarò contingentibus iura plerunque non cogitant.*

133 *Verbis istis (pro hæredibus mascu. & fœmin.) quid intelligatur.*

134 *Argumentum bonum sumitur à verisimiliori, & rationabiliori.*

135 *In oratione ambigua quis intellectus sit amplectendus.*

136 *A Glossis, quantumuis Doct. opinionibus confirmentur, interdum recedendum.*

137 *Filia simpliciter succedit in feudo fœmineo, etiam pacto per patrem acquisito.*

138 *Casus, vbi fœmina excludit masculum in feudo.*

139 *Regula (secundùm Doct.) fœminis in feudo non esse locum, quàmdiu superest masculus, quando intelligenda.*

140 *Fœmina semel in feudo legitimè admissa, quia non supererat masculus, an repellatur à masculo posteà nato.*

141 *Ius semel quæsitum sine eius facto ab eo auferri non potest.*

142 *Regula suprà dicta nu. 139. & à Doct. approbata in omnibus fœmineis feudis nō est regula, neque extra suum casum extendetur ad alia fœminea feuda, & eius rationes.*

144 *Regula diuersi generis casus sub se complectitur.*

145 *Origo & principium constituti feudi inspicienda.*

146 *Verba primæ inuestituræ diligenter inspicienda.*

147 *Qui sibi simpliciter & fœminis feudum acquirit, is tacitè masculis primo loco acquirit.*

148 *Intellectus c. 1. de duob. frat. à capit. inuest.*

149 *Quilibet in quauis prouisione præsumitur suis hæredibus descendentibus inprimis prospexisse.*

150 *Absurdum est, feudum fluctuare de vna linea in aliam.*

151 *Filiorum appellatione filiæ non veniunt in feudis.*

152 *Filiorum & filiarum appellatione an etiam nepotes, vel neptes, veniant in feudis.*

153 *Exceptio S. C. Macedoniani tam obstat mutuanti pecuniam nepoti, quàm filiofamiliâs.*

154 *Vt si ius Tutoris non potest ducere vxorem pupillam, cuius pater Tutor est: ita nec nepos, & ratio illius.*

155 *Pupillus Tutoris habere licitè potest filiam Tutoris, & illius* [illegible]

156 *Miles non tenetur esse alicuius pupilli Tutor, nisi commilitonis.*

157 *Iusta interpretatione filij appellatione veniunt nepotes, non propriè.*

158 *Feudum, acceptum pro se & filiabus, excludit filios.*

159 *An liberi, vel agnati, repudiata hæreditate parentum, feudum retinere poßint.*

160 *Ratio Doct. quare descendentes non possunt repudiare hæreditatē parentum & retinere feudum, agnati verò possunt.*

161 *Alia ratio, quare descendentes, hæreditate parentum repudiata, feudum retinere non possunt, agnati verò maximè.*

162 *Filij parentum manes ab iniuria defendere debent.*

163 *Filius aduersus creditores patris habet quinquennale indultum, si petat.*

164 *Feudum acceptum pro se & suis hæredibus non astringit agnatū, vt & hæreditatem & feudum retinere debeat.*

165 *Quibus casibus filij parentum hæreditatem repudiare possunt, retento nihilominus feudo.*

166 *Filius iustè exhæredatus, non excluditur à feudo, si modò in dominum non peccauit.*

167 *Dominus, filio relinquente patris hæreditatem damnosam, gratiam facere poteſt in feudo, inuitis agnatis, ante repudiationem videlicet hæreditatis, non autem poſt repudiationem.*

168 *Baldi cautela deceptiua non sequenda.*

169 *Inuentarij factio non liberat filium, quò magis poßit feudum retinere, repudiata hæreditate patris, nec paupertas patris.*

HVCVSQVE docuimus, qui feuda dare, & qui accipere poſſunt: tum etiam quæ res dari in feudum debeant. Reſtat nunc ergo docere, QVOMODO FEVDVM CONSTITVATVR, & ACQVIRATVR.
1 † Conſtituit feudum & acquiritur tribus potiſſimùm modis, nempè INVESTITVRA, vel EO, QVOD PRO INVESTITVRA HABETVR, aut SVCCESSIONE, *c. 1. in princip. de conſuetud. rect. feud. c. 1. quib. mod. feudum conſtit. poteſt, c. 1. in fin. de feud. cognit.*

Priuſquàm tamen docuero de acquiſitione per ſucceſſionem, declarandum prius fuerit de ACQVISITIONE PER INVESTITVRAM. Primò, quotuplex fit in-

ſit inueſtitura: Secundò, quid ſit inueſtitura: Tertiò, q̄s
dat: Quartò, quis accipit: Poſtremò, quomodo fiat, ſeu
ſolennitate quali perficiatur. PRIMÒ † itaq; inueſtitu- 2
ram eſſe duplicem dicetis, propriam ſcilicet, & abuſi-
uam. PROPRIA INVESTITVRA dicitur poſſeſſio,
hoc eſt, corporalis feudi poſſeſſionis traditio & appre-
henſio, quæ fit, cùm dominus vaſallum ſuum, vel alium
vaſalli nomine, in poſſeſſionem feudi realiter ducit, *c.1. quid ſit inueſtit. iuncto c.1. verſic. item inueſtit. de notis feudor.* ABVSIVA † dicitur, quando haſta, annulus, vel ſimile cor- 3
poreum vaſallo porrigitur à domino feudi, per hoc ſe
inueſtituram facere dicente, qua forma non ducitur in
poſſeſſionem realiter, vt in caſu præcedente, & ergo
impropria vel abuſiua dicitur, *in c.1. quid ſit inueſtit. in 2. reſponſio.* Hanc † inueſtiturā dat vel dominus ipſe, vel pro- 4
curator eius ſuo nomine, *c.1. §. ſed etiam res, verſic. ſed vtrùm, per quos fiat inueſtit. c.1. §. item inueſtit. de not. feudor.* Accipit † in- 5
ueſtituram hanc vaſallus, vel alius eius nomine procu-
rator, *d. c.1. verſic. ſed vtrùm, per quos fiat inueſtit.* & à domino,
vel eius hæredibus, qui illi feudum vel gratis dedit, vel
vendidit, vt feudum, & ſic ab eo immediatè, qui cōfert,
non ab eo, à quo fortaſſe longiùs proceſſit per ſubin-
feudationem: Nam domini mei dominus, meus domi-
nus non eſt, *c.1. §. illud, de prohib. feud. alien. per Fred.* Non † er- 6
go ab vllo inueſtituram accipiet, (de iure feudali) quàm
ab immediato illo, à quo ſubinfeudatur. † Si tamen duo 7
ſucceſſores in feudo alter alteri ſuam partem venderet
cum domini conſenſu (non dico ſubinfeudaret, vel in a-
lium aliquem agnatum alioqui ſucceſſurum aliquando
conferret, vel refutaret) *ſecundùm c.1. de alien. feud. pater.* cer-
tè iam non peteret inueſtituram à conferente feudum,
ſed à conferentis domino, & hoc eſt, quod vult Præpo-
ſit. alibi, *in c.1. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit.* Et quando
pars parti ita vēdit partem feudi, vel aliàs gratis tranſ-
fert, quanquam ambo de ſua parte fidelitatem præſtite-
runt: tenetur tamen iam accipiens aliam partem, rur-
ſum ſuper ea fidelitatem domino infrà tempus lege de-
finitum præſtare, *ita Præpoſit. poſt Andr. de Yſern. dicto loco.* † Si 8

verò fratres duo successores in feudo, vel agnati, alter alteri partem suam rursum in feudum daret, iam frater à fratre, vt domino, inuestituram accipere deberet, vel agnatus ab agnato, & eum solùm respectu illius partis agnoscere dominum: nam posset illam partem extraneo in feudum dare: quare ergo non fratri vel agnato? Et hactenùs satis, quid sit inuestitura, quotuplex sit: Quis dat, & quis accipit.

Postremò ergo & hoc vt nunc sciamus, QVOMODO INVESTITVRA FIAT, distinguendũ fuerit nouum feudum ab antiquo. PRIMÒ, si INVESTITVRA siue PROPRIA, siue ABVSIVA, super NOVO FEVDO fiat, illa cum certis solennitatibus & requisitis fieri
9 debebit. Requiritur enim primò, † personam dantem esse habilem, hoc est, quòd talis sit, qui legitimam bonorum suorum administrationem habeat, aut talis saltem qui feudum dare possit, *c.1. versicu. noui. per quos fiat inuestitu. de quibus suprà in sexta parte egimus.* Secundò, requiritur, personam quoq; accipientis esse habilem ad accipiendum, *de quibus in septima parte suprà docuimus.* Tertiò, rem feudalem esse eius qualitatis, vt in feudum dari possit,
10 *vt suprà octaua pars docuit.* Quartò requiritur, † vt inuestitura noui feudi fiat coram paribus Curiæ duobus: aliàs enim feudum nõ erit, nec constituetur, etiamsi mille extranei testes adessent. Et hoc tam de iure speciali Mediolanensi, quàm communi, *c.1. quid sit inuestit. c.1. quibus modis feud. constit. potest. c.1. versi. nec dicatur, de consuet. rect. feud.* hoc
11 tamen † in isto casu efficeret inuestitura ista non coram paribus curiæ facta, quòd is, cui coram extraneis feudũ ita datum esset, feudum seruaret quidem ad vitam suam non tamen transmitteret ad hæredes (vt fit in feudo ve-
12 ro) *d.c.1. quib. mod. feud. constit. potest, in fin.* Et ratio † huius rei est, (nempè Curiæ pares in noua inuestitura requiri, nõ alios testes) quia præsentia eorum & consilium posset pertrahere dominum in aliam sententiam, ostendendo illi fortè periculum, quod ex concessione huic facta emanare posset: & vt interest maximè dominorum, non quemlibet admittere vasallum: ita quoque interest vasallo-

ſallorum; non habere conſocium parem curiæ diſcolũ, *argum.c.graue nimis,extr.de præben. ita Bald.in c.1. quid ſit inueſtit.* Certè,† vt dominus ius feudi,quod habet,in aliũ transferre non poſſet ſine vaſalli conſenſu,ne habeant agnoſcere alium dominum,quàm hactenùs habuêre, *c.1.§.ex eadem, de lege Conrad.* (quia eorum intereſt) ita quoq; à ſimili hîc,quia aliquando ſub illo litigare tenentur,ſi cõtrouerſia fortè inter dominum & vaſallos fieret, *c.1.§. præterea,final.de prohib.feud. alien.per Fred.* Non tamen negamus, quin hoc caſu poſſet inueſtire dominus omninò, ſi vellet,inuitis etiam paribus. 13

Et † quemadmodum in conſtituendo nouo feudo pares requiruntur: ita quoque ad probandam inueſtituram nouam requiruntur, *c.1.qui teſtes ſunt neceſſar.&c.* & hoc ne falſitas aliqua fiat in probando, *c.1.verſic.idcircò,de notis feudor.* Debet ergo noua inueſtitura(vt iam diximus)fieri coram paribus Curiæ. Et qui pares Curiæ dicantur, in decimaquarta parte infrà in principio,docebimus. Sed dicet hîc aliquis, quid ſi dominus pares præſentes non haberet?Certè † dicetis cum eo magis coram extraneis facere non poſſe, ſed pares vocando debere expectare, *c.1.verſic.nec dicatur, de conſuet.rect.feud.* Nec † obſtat text.c.1.§. 1. ſi de inueſtit. inter dominum & vaſallum lis oriatur. qui dicere videtur ſimpliciter,quòd,cùm abſunt pares, per extraneos tum fieri poſſit,quia illa verba in d.c.1. §. 1. eod. tit. nempè, VEL ETIAM CVM PARES ABSVNT,PER ALIOS, &c. intelligi debent cum effectu, ſcilicet, quando nulli ſunt pares, *vt ibi benè Aluarot. & gloſſ.* Et ita quoque principium textus intelligetis,in d.c.1. ſi de inueſtit. inter dominum & vaſallum lis oriatur.ibi,qui ſi tempore inueſtitionum abfuerint, etiam extranei ſunt recipiendi: quandiu verò † expectare dominus debeat, docet Bald. *in c.1.quid ſit inueſt.* qui duos mẽſes requirit:ſed potiùs putauerim iudicis iſtud arbitrio cõmittendum:ſi tñ vnum tantùm parẽ haberet dñs,certè & ille neceſſariò adhiberi debet. *Bald.in d.c.1. ibi,quid ſit inueſt.* Hæc pars † prædicta, quæ pares curiæ requirit,aliquas recipit limitatiões ſeu fallentias. Prima eſt, niſi vocati à dño nollent,nec poſſent

14

15

16

17

18

sent adduci, venire: tum enim extranei sufficerent, *argu. c.1.in fin.quid sit inuestit.* Secundò limitabitis, dummodò habeat pares: nam si non habet, poterit licitè extraneos adhibere, *d.c.1.in princ.iuncto §.si verò,in fin.quid sit inuestit. c.1.si de inuestit.inter dominum & vasall.lis oriatur,c.1.§.qui autem,de cōsuetud.rect.feud.* Tertiò limitabitis,† nisi Archiepiscopus,
19 Abbas, vel similes Ecclesiasticæ personæ alicui feudum darent, illi quoque absque paribus curiæ inuestituram nouam faciunt, text. *in c.1.§.in clericorum,si de inuestitu.inter dominum & vasallum lis oriatur,* vbi eius ratio datur. Et hactenùs de fallentiis. Nunc iterum ad requisita & solennitates inuestituræ nouæ redeamus. Quintò ergo de solennitate huius inuestituræ est, vt, cùm dominus illi inuestituram fecit, rursum vasallus cum reuerentia do-
20 mino fidelitatem iuramento præstet. Alioqui † si nolit, etiam si dedisset feudum: (concessione) licitè tamen realiter inuestire recusare possit, *c.1.§.1. versicu.nulla, per quos fiat inuestit.* imò traditum condicere vel vendicare, *argum. l.hoc Senatusconsultum,§.si pecuniæ.ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum.l.1.C.de donatio.quæ sub mod.fiunt,c.1.§.sed non est alia, quæ fuit prima causa benefi.amit.* Et QVALITER DOMINO FIDELITAS PRAESTETVR, alibi meminimus. Sed
21 paucis,† qui domino suo fidelitatem iurat, SEX promittere, & in memoria perpetuò habere debet, scilicet, incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, *c.1.de forma fidel.* Incolume, ne sit in damno domino suo de corpore suo: Tutum, ne sit in damno ei de suo secreto, vel suis munitionibus, per quas esse tutus potest: Honestū, ne sit ei in damno de sua iustitia, vel aliis causis, quæ ad honestatem eius pertinere videntur: Vtile, ne sit ei in damno de suis possessionibus: Facile vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leuiter poterit, faciat ei difficile, neque id, quod possibile ei erit: quæ omnia pulchrè alibi habētur *in d. c. 1. de forma fidel. & in c.1.*
22 *de nou.for.& ibi glo.vbi hæc explicantur.22.q.2.* Sexta † solennitas inuestituræ est, vt statim, præstito fidelitatis iuramento, dominus iam in possessionem feudi vasallum inducat, *c.3.versic.inuestitura, de noua forma fidel.* Quod si negaret,

garet, omne emolumentum illi præstare teneretur, *dict. versic. inuestitura, in fin.* nec interesse præstando liberaretur, *c.1.§. si facta, si de feudo defunct. contem. sit inter dominum & agnat. vasal.* Et hæc satis de inuestitura. Nunc † rectè sic cō- 23
stituta inuestitura, optimum fuerit pro complemento, septimam adhibere prouisionem, nempè scripturam, seu instrumentum huius inuestituræ: nam quandoquidem non ita necessario requiratur: optimum tamen est adhibere, cum aliàs fraus domino vel vasallo sæpiùs contingere possit. Nam quòd si vasallus pro se, filiis, ac filiabus feudum accepisset, &c, mortuis filiis, dominus posteà solùm pro filiis acceptam inuestituram affirmaret, certè, si iam pares obiissent, vel gratia seu affectione veritatem contra dominum dicere nollent, vasallus hic deciperetur, quia pro † natura proprij feudi in dubio 24
iudicaretur, *argum. c.1.§. prætereà, quid sit inuestit. quæ non transmittit ad fœminas, vt ante docuimus in quarta parte, vbi de naturis feudorum propriorum tractauimus.* Præterea ad hoc iuuat, si fortassis dominus in releuamine antiqui feudi vasallo consentiret, vt feudum, quod antè masculinum fuit tan[t]ùm, nunc esset & fœmininum, absque consensu legitimorum hæredum, quòd ista secunda concessio seu scriptura nihil faceret in præiudicium agnatorum, si modò primæ inuestituræ scriptura extaret: Quia stylus primæ † scripturæ & inuestituræ mutari non debet absque 25
consensu eorum, quorum interest, *argum. c.1. de aliena. feud. pater. Baldus in l.1. C. quando non petent. part.* Est enim prima inuestitura radix & fundamentum omnium sequentium. *Decius consi.73. Castald. in cons.155. quos citat & sequitur Zasius in 6. parte tract. feud.* (*Castrens. cons.70. Decius consi.185. numer.3. vers. non obstat quòd in alia. Curtius iunior consi.108. num.18. Ioannes [Ce]phalus libro 5. Responsor. consi.167. num.23. & 24. vbi plures ci[tat].*) quæ sunt benè notanda. Optimè † ergo peritus ad- 26
uocatus fecerit, si primam semper inuestituram inspexerit, neglecta secunda, vel tertia: Ex ea enim statim intelliget, cuius sit naturæ feudum: quòd si omittat, certè [sæ]pè partes multis litibus & expensis magnis grauabit, [no]n sine animæ suæ periculo. Et hæc de inuestitura pro-
pria

27 pria super nouo feudo facta sufficiant: In † INVESTITURA verò PROPRIA, facta super ANTIQVO FEVDO, licèt cum debita reuerentia, atque fidelitatis iuramento fiat, sicut noui feudi inuestitura: tamen testes pares curiæ non requiruntur, *c.1.§.veteri, qui testes sunt necessar. ad nouam inuestit. proband.* Duo enim extranei (dummodò fœminæ nó sint) sufficiunt: Et ratio huius est, quia iam (vt suprà in principio diximus) eorum consilium nihil efficeret apud dominum acceptandi vasallum, vel mi-
28 nus, † quia velit nolit, dominus in antiquo feudo successorem eius confirmare debet per inuestituram, quem semel approbauit.

NVNC DE ABVSIVA, quæ pro eo habetur, ac si inuestitura facta esset. ABVSIVAM fieri suprà diximus, cùm dominus inuestiendo vasallo porrigit ensem, hastam, vel simile corporeum, pro loci consuetudine, per
29 hoc se inuestire dicens, hac forma: † facio te vasallum meum hoc ense, vel hasta, te inuestiendo in illum fundum, vt pro feudo habeas: Certè si hæc inuestitura hac forma coram paribus (vt supra quoque requisiuimus in propria inuestitura) facta fuerit à talibus, qui dare possunt, & suscipitur ab iis, qui possunt accipere, re tali existente, quę in feudum dari possit, hoc casu, licèt non statim ex ista abusiua inuestitura possessionem acquirat
30 realem: hoc tamen efficit, † vt vasallus ex tali voluntate statim propria authoritate possessionem rei apprehendere possit, *ita Aluarot. & Præposit. in c.1. quid sit inuestit. & est text. in c.1. versic. vnde in possessio. de consuetud. rect. feud.* Non enim ad hoc, vt q̃s nanciscatur possessioné, requiritur vt in possessionem ducatur: (vt aliqui volunt) sed sufficit solùm si domini voluntas adsit à principio, & eo sciente possideat, & apprehendat, *argum. l.1. C. de acquirend. possess.* Habetur ergo iam talis inuestitura pro eo, ac si verè inuestitura intercessisset, *d.c.1. de consuetud. rect. feud.* Si
31 tamen † possessio vacua non esset, ita, quòd propria authoritate apprehendere non posset, iam certò cogetur dominus vasallo huic possessionem vacuam tradere, & si differat, omne emolumentum præstare, *c.1. versic. inuestitura*

stitura, de noua form. fidel. vel feudum æquiualens eiusdemque bonitatis surrogare, *c.1. de inuestit. de re alien. facta.* Hinc elegans oriri potest quæstio in casu, † vbi dominus in- 32
uestiuit aliquem abusiuè tantùm, isque nondum authoritate propria feudum apprehendit, & dominus rursum alteri secundo dat idem feudum, & propriè inuestit, ducendo in possessionem, an hoc casu posterioris causa potior erit in feudo, an prioris? *secundùm l. quoties, C. de rei vendicat.* Et si secundus potior, qui traditum feudum habet, an dominus, qui hoc fecit, à primo liberari posset præstando interesse. Et certè videtur † secundus 33
præferendus propter rei traditionem, & dominum quoque liberari à primo, præstando interesse, per text. *d. l. quoties,* vbi Doct. & est gloss. aperta *in c.1. §. si facta, in verbo, dominium, si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasal.* quam sequitur ibi Andr. de Ysern, & alij. Ludouicus tamen Romanus *in consi. 298.* tenet, quòd prior præferretur secundo, licèt ei traditio facta sit: Et hoc ideò, quia id obtinere inquit in beneficiis collatis, *c. tibi qui, de rescript. in 6. c. si tibi absenti, de præbend. in 6. quem sequitur Zasius in sua quinta parte tractat. feudal.* Sed paucis, relictis ambagibus, putauerim in hac parte, quòd is regulariter potior erit, cui prima traditio facta est, licèt promissio in dando consistat, & sapiat donationem, quæ præstari præcisè rem ipsam compellat, *l. vbi autem non apparet, §. final. ff. de verborum obligat.* & hoc per textum apertum alibi, *d. l. quoties, C. de rei vendicat. in fin.* vbi in donatione in effectu loquitur. (Sententiam Sonsbeckij solidissimè defendit Hartmannus Pistorius, eamque communem esse ostendit, refutatis simul argumentis, quæ pro contraria parte afferuntur, *in quæstionum suarum aurearum lib. 2. posteriore parte, cap. 11. 12. & sequent. Cæpolla cautel. 130. Ruinus consi. 3. colum. 2. in fin. & num. 21. versic. nec obstat. Iason in l. quoties, in 12. limitatione, versic. breuiter, & in versic. confirmatur, vbi etiam plures in eandem sententiam refert. Parisius consi. 1. num. 106. Cephal. Responsorum libro quinto, consi. 658. num. 17. & consi. 725. num. 25. Vide eundem in responsorum lib. 3. consi. 637. num. 10. quo in loco coaceruatos habet omnes sententiæ huic suffragantes, in lib. 4. Respons. consi. 468. nu. 71.)*

Cæte-

Cæterùm tunc non venire intereſſe tantùm dicetis quo ad primum, vt vult gloſſ. *in c.1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. content. ſit inter dominum & agnat. vaſal.* quam Aluarot. Andr. de Yſern. *ibi*, & Zaſ. *in 5. parte.* ſequuntur, ſed tenebitur tunc illi ad aliud æquiualens feudum, *c.1. de inueſt. de re alien. facta.*

34 Nec obſtat, † quòd in præbendis conceſſis obſeruetur, vt cui priùs præbenda data eſt, excludat poſteriorem, etiamſi illi tradita ſit, *vt vult Ludoui. Romanus.* quia tales Eccleſiaſticæ perſonæ, vt Papa, vel ſimiles, qui conferunt, tum illi, qui accipiunt, decipere omninò cauere

35 debebunt. Nam † eſſe planè debent cultores & authores iuſtitiæ, quales certè laici ſæpiùs non ſunt, *argum. c.1.*

36 *de alien. feud.* Et quod hîc dixi de feudo, † idem obtinet in donationibus & ſtipulationibus dandi, in quibus poſt moram ſemper veniet æſtimatio, ſeu pretium ipſius rei promiſſæ, ſi dari non poſſit (quia fortè alteri tradidit) & non intereſſe tantùm, ſi fortè plus in æſtimatione rei veniret, quàm intereſſe, *gloſſ. in l. ſi ſeruum Stichum, §. final. in*

37 *verbo, poſſet, in fin. ff. de verbor. obligat.* vt † malè ſentit Andr. de Yſern. & eius ſequaces, *in d. c.1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. content. ſit inter & agnat. vaſal.* & ſecundùm prædictam limitationem intelligetis alibi textum *in d. l. vbi autem non apparet, §. fin. ff. de verbor. obligat. & l. ſi ex legati cauſa, & l. ſi ſeruum Stichum, in princi. & ſimiles, eod. tit.* Secùs eſt in contractu emptionis, ſeu ſtipulationis, in quibus prꝑſtatio in tradendo ſeu faciendo conſiſtit: Nam tunc certum eſt liberari poſſe præſtando intereſſe tantùm, *l. ſi rem tradi. l. vbi autem non apparet, §. fin. vbi gloſſ. ff. de verbor. obligat. l.1. l. ſi pactum, ff. de act. empt. l. ſi diſtrahatur, ff. de contrahen. empt. & ſimiles.* Et profe-

38 ctò, † ſi veniret in noſtro caſu ſolùm intereſſe, vt volũt. Doct. iam facilè fraus fieri poſſet conſtitutioni in d. c.1. §. ſi facta, ſi de feud. defunct. content. ſit inter dominum & agnat. vaſal. quæ expreſſè contrarium vult, non liberari præſtando intereſſe, quæ non poſſet eſſe apertior:

39 Vt tamen † Ludouici Romani aſſertio quoque locum aliquando habeat, paucis diſtinguite in hac parte, nempè, an Papa, Epiſcopus, ſeu Eccleſiaſtica aliqua perſona Princeps, vel ſimilis hanc traditionem fecit, an alius aliquis

liquis secularis sub Principe. Primò, si sub principe aliquis secularis hoc fecerit, dico eum præferri debere, cui traditio facta est, & dominum teneri alteri, cui non tradiderat, *argum. c.1. de inuestit. de re alien. fact.* de alio feudo æquiualente, vt suprà diximus, nec minus dominum per hoc se contaminare crimine falsi & stellionatus, *l. qui duobus, ff. ad leg. Cornel. de fals. l. pen. versic. maximè, ff. de crimine stellionat.* Si verò Papa, vel Episcopus, vel similis aliqua persona Ecclesiastica, vel Princeps fecisset, hoc casu Ludouici Romani consilium obtinere censerem, & illum obtinere feudum, cui primò solum datum esset, non etiam traditum, secundùm ea quę suprà de Ecclesiasticis personis diximus, quibus princeps æquiparatur, vt pulchrè in dicto consilio Ludouicus Romanus docet. Nam vt † Ecclesiastica persona decipere non debet: ita nec Princeps, cùm nihil magis, quàm fides & integritas in principe fulgere debeat, *l. inter claras, C. de summa Trinit. & fide Catholica.* Non enim fraudes ab eo oriri debebunt, à quo iura nascuntur & manant, *l. meminerint, C. vnde vi.* Et hæc de ista parte suffecerint. 40

Secundò, etiam † pro inuestitura habetur, videlicet, cùm quis probat se aliquid nomine feudi aliquo tempore (hoc est, ad minus vno anno) tenuisse domino pręsente & non contradicente, & seruitium eius, quasi à vasallo, recipiente: Hoc enim casu, licèt re vera inuestitura non intercesserit, nec dominus vnquam vt feudum contulerit: tamen opus non habebit iste inuestituram probare, sed sufficiet solùm iurare sibi concessum vt feudum, *c.1. versic. inde etiam, de consuet. rect. feud. iuncta ibi gloss. verbi, aliquo tempore, & c.1. §.1. versic. si autem aliquis, si de inuestit. inter dominum & vasal. lis oriatur.* Et, quando censetur dominus præsens, docetur alibi, *in l. præsens, ff. de procurat. & l. fin. C. de longi temporis præscript.* Hæc tamen prędicta ita demùm vera intelligetis, nisi ipse dominus posset contrarium docere seu probare, videlicet illi non fuisse factam inuestituram propriam, vel abusiuam, vel non dedisse in feudum vnquam rem talem, vel non accepisse seruitia, quæ accepit ab eo super illo feudo, sed ex alia causa: 41

Hoc enim casu nihil iuuaret vasallum ista possessio, nec seruitium præstitum, etiamsi decennio, vel vicennio, præstitisset, *d.c.1.versic.inde etiam, in fin. in verbis, nisi aliud con-*
42 *tra indicatur, de consue.rect.feud.* Tertiò † quoque feudum acquiritur eò, quòd pro inuestitura habetur, cùm scilicet quis per triginta annos rem aliquam vt feudum possedit, & domino seruitium exhibuit: hoc enim casu, quãuis de ea re non sit inuestitus: præsumptione tamen triginta annorum se tueri poterit, & perinde habebitur, ac si inuestitura verò intercessisset, elegans text. in c.1. §. si quis per triginta, si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasalli. Et isto casu nec possidens opus habebit iurare, nec ipse dominus volens contrarium probare, audietur, ita intelligetis d. §. si quis per triginta. Et in eo differt à casu prædicto in c.1. §. inde etiã, de consuet. recti feud. Et hæc quo ad secundam partem suffecerint.

43 Nunc ad tertiam partem contendamus, † docturi, QVIBVS MODIS PER SVCCESSIONEM FEVDVM ACQVIRATVR: nam vt per inuestituram feudum nanciscimur, ita quoq; per successionem, *c.2.de feu. success. c.1.de consuet.rect.feud. c.1.in fin.de feud.cogn.* Tractaturus ergo intestati successionis huius materiam, primò de ascendentibus & descendentibus sermo erit: postea quãdo collaterales collateralibus succedant, ordine expli-
44 cabo. Primò ergo, † vt à vetustiore incipiamus, ne quid antiquitatis ignoretur, *§.1.Instit.de testam.* sciendum est, olim successionem nullam, vel saltem admodũ tenuem fuisse: Nam antiquissimo tempore feudum datum sic erat in dominorum potestate connexum, vt, quando vellent, possent feudum auferre, *c.1.§.& quia, de ijs qui feud.dare poss.* Posteà eò deuentum fuit, vt per annum saltem firmitatem haberet: deinde statutum, vt vsque ad vitam fidelis, seu vasalli, produceretur, non vltra: Tandem eò progressum est, vt ad filios deueniret, nõ tamen omnes, sed ad eum, quem ipse dominus ex omnibus eligeret: Posteà petitum fuit à Principe, vt ad nepotes ex filiis deuolueretur, & vt frater fratri sine legitimo hærede defun-

defuncto, vel filius eius in beneficio, quod eorum patris fuisset, succederet: *hæc omnia habentur in c. 1. §. & quia, de ijs qui feud. dare poss.* Deinde ad quartum gradum inter agnatos extensum fuit, & sic fratres patrueles non excedebat, *d. c. 1. §. hoc quoque, de ijs qui feud. dare poss.* quod tamen nouo iure posteà in collateralibus ex pacto succedentibus, tantùm in septimum gradum protensum fuit, *d. c. 1. §. 1. versic. hoc quoque sciendum, de ijs qui feud. dare poss. c. 1. §. 1. in fin. de success. feud.* in descendentibus in recta linea semel propagatum in infinitum, *d. versic. hoc quoque. in fin. vbi Aluar. & D. Schenck. & Bald. in c. 1. de feud. March.* tam ad collaterales, quàm descendentes, vt posteà patebit, & in æquali gradu æqualis erit, vt hodie est, feudi diuisio inter omnes, *c. 1. §. 1. versic. quod hodie ita stabilitum. de ijs qui feud. dare poss. c. 1. de feud. succes. de quibus infrà latiùs.*

Primò ergo † de iure feudali in recta linea ASCENDENTES non succedunt descendentibus, *c. 1. in princ. de natur. success. feud.* Ratio huius est (vt inquit Zasius *in sua 8. parte tract. feud.*) quia si feudum est antiquum, tunc impossibile est, quòd pater filio succedat, vel auus nepoti, vel proauus pronepoti, cùm feudum à patre vel auo mortuo in filium defluat: si autem nouum est, eo sine descendentibus decedente, iam inquit feudum ad dominum redire, & non ad patrem, auum vel proauum. Sed certè, quanquam in nouo feudo ratio Zasij obtinere aliqualiter posset: quæ tamen ab eo datur respectu antiqui feudi, non sufficiens est in casu, vbi nulli descendentes extant. Et ergo non pauci Doct. putant, in antiquo feudo non obtinere, sed tum benè patrem vel ascendentem succedere, in quorum numero est Andreas de Ysernia, & alij, *in c. 1. de natura successio. feud.* (Aluarottus hæc refert, & sequitur Curtius iunior *in tractatu de feud. parte 25. num. 45. in 3. limitatione.* Cephalus *Responsorum libro quinto, consi. 641. num. 93.*) 45

Sed putarem, † nec in antiquo feudo patrem, auum, 46
aut similem succedere descẽdẽti. Quia, † cùm feudum 47
datur simpliciter à domino, datur solùm cõtemplatione accipiẽtis, & legitimorũ hæredũ descendentiũ, *c. 1 in*

 fin.

fin. in quibus causis feud. amit. ergo simulatque tales non sunt, res redit ad propriam (ex tacita quadam pactione) naturam, hoc est, ad dominum qui dedit: non enim contemplatione ascendentium dederat: nam si hoc voluisset, potuisset primò illis contulisse. Dicendum ergo fuerit simpliciter, naturam feudi exigere, vt non ascendat in relicta linea siue nouum, siue antiquum fuerit. Est † tamen casus, † vbi feudum ad patrem à filio reuertitur, veluti si pater filiorum fauore feudo renunciasset, & illis refutasset, filiis iam viuo patre sine liberis descendentibus, illo casu illud feudum debere redire ad patrem, qui refutauit, potiùs, quàm ad agnatos, author est Praeposit. *in c. 1. de vasal. decrepi. aetat.* qui allegat Iacob. de Ardizo. *in titul. de success. feud. §. ascendentes.* & sequitur Martin. Laudens. *in d. c. 1. de vasal. decrepitae aetat.* quod est notandum. (Plures casus quibus ascendentes in feudo succedunt, refert Curtius iunior, *secundo membro tertiae partis, folio 179. num. 43. & sequentib.*) Et hæc quo ad primam ascendentiū lineam suffecerint.

48

Nunc venio ad DESCENDENTES, quomodo ascendentibus succedant. Primò, † quo ad descendentes, constituite regulam generalem, liberos patri succedere, atque tamdiu ex latere agnatos non admitti, quamdiu liberi supersunt in infinitum, *c. 1. in princ. de success. frat. & grad. succed. in feud.*

49

50 FALLIT primò hæc regula, † si pater ea conditione cum matre contraxisset, vt liberi ex ea procreati, in feudo non succederent. Illo enim casu etiam agnati excluderent liberos, *text. est in c. 1. de filijs nat. ex matr. ad morga. contract. c. 1. §. si facta, versic. filij, si de feud. defunct. content. sit inter dom. & agnat. vasal.* Sed obiiciet hic statim aliquis, istud esse pactum de futura successione, quod est improbatum, *l. pactum, vbi Doct. C. de collatio.* ergo non valebit. Quapropter respondit Baldus *in d. c. de filijs nat. ex matri. ad morga. contract.* quem omnes sequuntur, quòd pactum illud cùm iniquissimum sit, ergo solùm Mediolani seruandum, *d. c. 1. in fin. eod. titul.* non alibi, nisi consuetudine speciali foret alibi introductum. Sed paucis, non video quare istud pactum sit iniquissimum, & fieri non

non valeat, nisi introductum consuetudine priùs. Quia non dubito, quin id, quod consuetudine posset introduci, quoque fieri possit per expressam promulgatamque legem, quia consuetudo nihil in effectu differt à lege, vt in prima parte supra obiter docuimus. Secundò,
non † puto tale pactum esse iniquum, licèt sit de futura 51
successione, imò inquio, pactum de futura successione non esse simpliciter improbatum à iure, licèt Doct. id communiter tenent, *in d.l.pactum, C.de colla.l.pactum quod dotale, C.de pactis, cum similibus.* Nam expressum est, pactum de futura successione valere, *in l.1.§.si parens, ff. si quis à parente manumiss. fuerit, §.fin. Instit. de legit. agnat. success.* vt alibi demonstrauimus quoque latiùs aliquando, *in d.l.pactum, C.de collat.* quæ omnia hîc referre cum longum esset, solùm contentus fuero obiter hîc exhibere vna atque altera ratione, tale pactum benè posse subsistere, nempè quòd filij in feudo non succedant, nec etiam in patrimonialibus bonis, nisi ad partem, vel vt aliqui filij succedant, aliqui non, *secundùm c.1. de filijs natis ex matr. ad morgan. contract.* Nam
quis, quæso, † dicet irrationabile & iniquum esse, si ex 52
nobili vxore habeo filios, & ea mortua, accepta concubina, vel meretrice, procreatis ex ea quoque liberis, nō posse me pactum facere contrahendo cum ea nuptias, ne eius filij mihi in feudo succedant: anne gratias mihi aget saltem, quòd eam facio mihi legitimam vxorem, quæ antea concubina vel meretrix fuit, filios legitimos qui aliàs naturales, vel fortè spurij, mansissent? quis dubitat? Quis dicet bonum facere esse de iure prohibitum? quod hîc fieri nemo iustè inficiari possit. Præterea certum est, quòd possem Principis rescripto filios naturales facere legitimos, matrem verò concubinam vel meretricem relinquere, *§.sed & aliud, in Authent. quibus modis natural. effic. legit. Authen. præterea. C. de natural. liber.* sic econtra putarem, quòd Principis vel Papæ rescripto, matrem, hoc est, concubinam possem vxorem ducere, filios verò naturales vel spurios relinquere, posito, quòd sint fures, latrones, vel aliàs mihi inuisi. eadem ratione, ex dicto §. sed & aliud. Si ergo hoc rescripto posset fieri,

ri,quare non eadem ratione fieri posset lege ab Imperatore,vt quis ita posset pacisci cum secunda vxore, vt filij ex ea nati non in feudo succedant, sed in certa quantitate bonorum allodialium, *vt in d.c.1. de filijs nat. ex matr. ante morgan.contract.* Postremò, in hoc ferè omnes consen-
53 tiunt Dd. quòd pater potest † pactu n facere cum filio, quòd er it contentus legitima, *Dd.in l.pactum C.de collat. vbi Butrig & alij, & est text.in l.si quando.§.& generaliter, C.de inoff. testam.* nemo tamen potest negare,quin istud sit pactum
54 de futura successione.Non † obstat Dd.communis assertio,in d.l.pactum,l.fin.C.de pact.& l.pactum,C.de collat. quòd pactum de futura successione non valeat,quia nego, vspiam legibus istud exprimi, pactum de futura successione non valere,eaque ratione improbari, quòd fit de futura successione simpliciter. Nam semper quasi ratione suam vel tacitè,vel expressè, lex secum adfert, quare prohibeatur,vt primò alibi patet in l.pactũ quod dotali,C.de pact. vbi non valet tale pactum, quia adimeret liberam testandi voluntatem. Rursum alibi in l. fin. C. de pact. quia præstaret votum captandæ mortis. Iterum tacitè adfert secum rationem lex alia l.pactum, C.de colla. quia,si ibi pactum valeret,filij sæpius necessitate coacti,vel filię, vt procũ vel sponsum habere possent,qualibet dote vel quantitate contenti forent,repudiata alia parentis hæreditate, *Bart. in l.stipulatio hoc modo concept.a,ff.de verb.oblig.* quod iura fieri noluerunt, longiùs prospicientes mali huius finem.Animaduerterunt enim, necessitate posteà sublata,& libidinis ardore refrigerato, hinc iurgia posse manare, & tacitum erga patrẽ seu parentem rancorẽ & inobedientiam, propter iniquum admissum pactum suscitari. Quapropter non inscitè alibi Papinianus respondet, *in d.l.si quando, §.illud, C.de inoffic.testam.*
55 † meritis magis filios ad paterna obsequia prouocandos,quàm pactionibus astringendos.Certè hæ rationes non militant in nostro casu,d.c.1. de filiis nat.ex matr.ad morga. contract. quia per tale pactũ non fraudauit necessitate coactum, sed benè fecit faciendo legitimum eum,qui antè illegitimus erat: nec minus hic filius

lius obsecundabit, quia certè ad hoc, vt præstet perpetuò obsequium, sufficit sola legitimitas, quæ certè æstimationem vix accipit: Nec posset conqueri de pacto, quia nisi mater acceptasset, spurius mansisset, & sic non posset vllo modo se allegare deceptum, vt in prædicto casu poterat. Postremò, cùm istud pactum non impediat vltimam voluntatem effectum habere, *vt in d. l. pactum quod dotali, C. de pact.* nec præstat votum captandæ mortis, *vt in d. l. fin. C. de pac.* nec aliquod aliud improbabile malũ: nõ video ergo, quare tale pactum dici debeat iniquum, & quare non posset, nisi consuetudine introduci: Rectè ego puto Paulum Castrensem super tali casu, vel simili, consuluisse contra alios plures, iustè pacto posse fieri, *vt meminit in d. l. pactum, C. de collat.* FALLIT secundò, si pater culpa feudum amitteret: Tunc enim, exclusis descendentibus, ad agnatos, qui in quarto gradu sunt, deuolueretur, *c. 1. §. licèt, versic. si vasallus culpam. si de feud. defunct. cont. sit inter dom. & agnat. vasal. de quibus latius infra in 13. parte.* FALLIT tertiò, si feudum regale fuerit: in illo enim nulli succedunt, *c. 1. in princ. de feud. March.* hodie tamen successio per vsum admittitur, *c. 1. in fin. de alie. feud.* FALLIT quartò, in feudo nouo non ritè præsentibus Curię paribus accepto, *c. 1. quib. mod. feud. constit. potest.* FALLIT quintò, si filius per culpam in dominum commissam ipse successionem amiserit, *c. 1. §. insuper, de probib. feud. alienat. per Frid.* Et hæc sufficiant.

Nunc ad liberos redeamus: Filij ergo seu liberi, quia diuersi generis sunt, operæpretium est hìc ordine prius omnes enumerare, & posteà separatim de singulis docere. Sunt † ergo primò naturales & legitimi filij, mas- 56
culi, iustis nuptiis procreati, in potestate patris existentes, *de quibus in §. 1. Inst. de patr. potest.* Secundò, emancipati, *de quibus in §. emancipati. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* Tertiò exhæredati, *de quibus in tit. de exhæred. liber.* Quartò, præteriti. Quintò, adoptiui & arrogati, *de quibus in titul. Instit. de adopt.* Sextò, legitimati naturales per oblationem curiæ. Septimò, legitimati per Principem, *de quibus toto tit. quibus mod. natur. efficiuntur sui, & toto tit. quibus mod. natur. efficiuntur legit.*

in Authen. Octauò, sunt filij naturales legitimati per subsequens matrimonium, *§. ergo sanciendum, versic. si quis igitur dotalia, in Authent. quibus mod. natural. efficiuntur sui. §. fin. Instit. de nuptijs, cum similibus.* Nonò, sunt filij putatiui, *de quibus in c. per tuas, extr. de probat. & Doct. in §. fin. Instit. de adopt. in c. 2. in c. ex tenore. extr. qui fil. sint legit.*

Primò, FILII LEGITIMI & NATVRALES in potestate patris existentes succedunt patri (exclusis o-
57 mnibus agnatis) in feudo æqualiter, † hoc est, ex æquis partibus, etiamsi in inæqualibus portionibus hæreditariis instituti à patre testamento essent, *c. 1. de success. feud. c.*
58 *1. §. & quia, de ijs qui feud. dare possunt.* Nam † pater inæqualem diuisionem inter liberos de feudo facere (illis non consentientibus) non potest, *d. c. 1. in fin. de success. feud. in verbis, nulla ordinatione defuncti in feudo valente vel manente, quæ verba sunt notanda, iuncto c. 1. de alienat. feud. patern.* Si verò in dispari gradu essent, veluti filij & nepotes ex alio filio præmortuo, hi quoque succedent cum suis patruis, sed in stirpes, *c. 1. de success. fratrum & grad. succedent. in feud. c. 1. de success. feud. §. cùm filius, Instit. de hered. quæ ab intest. defer.* Secundò,
59 EMANCIPATOS verò filios naturales & legitimos succedere quoque parenti Doctores volunt, *Aluarot. in c. 1. §. hoc quoque, de ijs, qui feud. dare possunt, vbi & alij Doct.* Sed de
60 eo dubito nonnihil: Nam † certum est nõ esse iam agnatos (propter emancipationem) qui necessariò ad feudi successionem requiruntur: sunt enim iam solùm cognati, qui de iure feudali non succedunt, *c. 1. versic. ad cognatos, de succes. frat. & grad. succed. in feud.* Non obstat, hodie sublatã esse differentiam emancipationis, & patriæ potestatis, *per §. 1. in Auth. de hered. quæ ab intestat. defer.* quia hoc verum quo ad successionem allodialium bonorum existimarem, non feudalium, in quo nusquam hoc cautum reperitur. Præterea differentiam non ita certum est sublatam esse, quòd emancipatus pro mero agnato habetur, *glos. in l. si emancipati, & ibi Doct. C. de collat.* Si ergo est solùm cognatus, certè excludetur hic à successione, *per d. c. 1. versic. ad cognatos, de succes. frat. & grad. succed. in feud.* Potest enim quilibet iuri pro se introducto facto renunciare,

l. pe-

l.penult.C.de pact. quod hic per emãcipationem fecisse videtur. Curtius tamen tenet, *in 3.sua parte, tract. feud.* cum alijs Doct. emancipatum æquè, vt legitimum, succedere, dicens, coniunctos per masculinam lineam pro agnatis hîc accipi: illos verò cognatos dici solos, qui per lineã fœmineam sunt coniuncti: Sed certè putarem, quòd & Obertus & Gerardus ita distinxissent, si voluissent, cùm dubitandum non sit, illos ignorasse emancipatum cognatum, & non agnatum esse, qui dudùm post Iustinianum fuêre: Sed quicquid sit, cùm communis Doct. opinio sit, emãcipatum succedere, nec ab illa ita temerè in iudicio recederetur, ergo potiùs vltimæ parti adhærendum, vt tutiori, censeo, emancipatum etiam succedere.
† Tertiò EXHAEREDATI, siue iustè, siue iniustè, liberi æquè succedunt, si modò in dominum non deliquerunt vel alium, quare feudum debeat amitti, *vt infrà in 13.parte docebimus:* quia pater testamento super feudo (vt diximus antè) disponere non potest) *d.c.1.de success. feud.* 61
† Quartò, FILII quoque PRAETERITI succedunt, quia feudũ non à patre, sed à domino acquiritur, & hoc etiam si patris testamentum non conuellat, cùm tamen posset: *secundùm l.filio præterito ff.de iniust.rupt. & irrito testam.* (Eandem sententiam defendit Curt.Iunior *secundo membro, tertiæ partis, fol.163.num.9.*) quicquid Docto. aliqui dicunt, *vt infrà in parte 13.monstrabo.* † Quintò, ADOPTIVI & ARROGATI FILII in feudo non succedunt, *c.1.§. adoptiuus. si de feudo. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasal.* FALLIT primò, nisi in prima inuestitura pactum esset, vt succederent, si qui adoptarentur: Recipit enim pacta feudum. Secundò FALLIT, si pater adoptaret filium naturalem & legitimum, vel nepotem, quem antè emancipauerat, post feudi tamen acquisitionem. Tunc enim (vt in pristinum statum restitutus) succedet rursum in feudo absque vllo dubio. FALLIT tertiò, si feudum fœmininum esset, & auus maternus adoptaret nepotem ex filia præmortua alioqui illi successurum. Aluarot. & Doct. *in d.§.adoptiuus.* Imò Andr.de Isern. quem Mart. Lauden. sequitur, vult, quòd adoptatus ab auo 62 63

materno nepos ex filia ſuccederet, ideo quòd duo vincula concurrant, naturale ſcilicet & ciuile, *in d. §. adoptiuus.* quod tamen non puto ſimpliciter ſequendum, niſi etiam abſque arrogatione ſeu adoptione æquè in feudo ſucceſſiſſet, quia fortè feudum fœmininum: nam ſi maſculinum eſſet, tunc nepos ex filia, vt cognatus, nō ſuccederet, quanquàm duo vincula concurrant. FALLIT quartò, ſi adoptati eſſent, priuſquàm feudum parens acquiſiuit, quos dñs adoptatos iam ſciebat, ita Mart. Laud. prima facie ſenſit, *in d. §. adoptiuus, & §. naturales. ſi de feu. defunct. conten. ſit inter dom. & agna. vaſal.* ſed poſteà ab illa opinione deflectit. Putarem tamen primam partem de iure
64 veriorem, per tex. in d. §. naturales. † in verbis, licèt poſteà fiant legitimi: quaſi diceret, ſi antè legitimi vel adoptiui fuerunt, iam benè ſuccedent: & certè probatur etiam ex ratione, quare adoptiui non ſuccedant, poſita alibi ab Alexandro, *in conſ. 25. primi volum. incip. circa primum.* qui ideo non ſuccedere inquit, quia nō præſumitur dominus ſenſiſſe de talibus filijs. Et ergo ſi ſciuit adoptiuũ habere, iam non poteſt dici non ſenſiſſe de tali filio, & puto verè illam rationem fuiſſe: Communiter tamen Doct. contrarium tenent, non ſuccedere ſimpliciter, & adferunt multas diuerſas rationes, parùm concludentes, *in d. §. naturales, & §. adoptiuus.* Sequatur ergo quiſque quod volet. FALLIT quintò, ſi conſuetudo eſſet, filium adoptiuum ita, vt legitimum & naturalem, ſuccedere. *Aluarot. in d. §. adoptiuus.* FALLIT ſextò, ſi eo tenore per Principem quis fuiſſet arrogatus, vt in feudo ſimul ſuccederet Bal. *in d. §. adoptiuus, & §. naturales, eo. tit.* que Mart. Laud. & alij ibi ſequuntur. Sed certè putarem iſtu[illegible]
65 facilè ſequendum, † cùm Princeps in præiudicium [illegible] vel agnatorum, nihil iuſtè ſine cauſa facere poſſit [illegible] *nã ita diuus. ff. de adopt. & ſimil. vt infrà in parte 12. latius d.* [illegible]
66 Et hæc de fallentijs. † Sextò, LEGITIMATI NATVRALES PER OBLATIONEM CVRIAE ſucce[illegible] cũ hac diſtinctione, nēpè an pater obtulerit Curi[illegible] ipſi poſt mortẽ obtulerint: Si pater obtulit, & poſt[illegible] dũ acquiſiuit, ſuccedent, *d. §. naturales.* ſecùs ſi ant[illegible] habu[illegible]

habuit,& posteà legitimauit per curiæ oblationẽ, quia eius contemplatione iam nõ fuit datũ, cùm non possit dici sensisse dominũ de illo, *vt ante ex Alexandro docuimus, arg.l.si ita quis.§.is cui.ff.de leg.2.* Si verò post mortẽ patris se obtulit, nõ succedet vllo modo, *d.c.1.§.naturales.* nam ius est filijs vel agnatis alijs iam acquisitum, *argu. d.l.nam ita diuus.ff.de adopt.* † Septimò, sunt FILII NATVRALES TANTVM LEGITIMATI PER PRINCIPEM. 67
In his rursum fuerit distinguendum, an pater Principi obtulerit, an Princeps per se legitimauerit: Si pater obtulit, & posteà feudum acquisiuit, iam succedet, *d.§.naturales.* Si Princeps per se, patre mortuo, vel eo viuente, legitimauerit, tunc nullo modo succedit: quia Princeps ius agnatis vel alijs liberis acquisitum auferre non potest, nisi consentientibus illis, quorum interest, *arg.c.1.de alien.feud.paterni, arg.d.l.nam ita diuus.* (Et quod agnati & legitimi consentire debeant, quibus per illam legitimationem præiudicari potest, tenet Ludoui.de Sar. *in tract. de feudis, col.59.quæst.10.* Zasius *in tract.feud.parte 8.col.antepen.* Vide D.Hartmannũ *libri 2. parte posteriore quæstionũ, cap.40. nu.12.& seq.* expeditè quæstionem hanc in vtramq; partẽ disputantem. Et Molinæũ *in consuet.Parisien.tit.1.§.8.nu.39.*)
† Et est elegans de eo text.alibi, *in l.nec auus.C.de emancipa. libe.* vbi sanctè inq̃t Princeps Diocletianus: in cuiusquã iniuriam beneficia tribuere nõ ẽst moris nostri: (sententia certè vero Principe digna, atque vtinam eam omnes memoria tenerent) Putat tamen Iacob.Beluis.Imperatorẽ licitè legitimare posse filium ad feuda, nullis existẽtibus liberis vel agnatis, *in d.§.naturales.* sed vt hîc nũc fieret præiudicium domino feudi, ad quem feudum redire debet: † ita quoque Imperatorem non posse legitimando, domino præiudicare, verius crediderim, per supra dicta. *Hostiens.in c.per venerabilem.§.rationibus.in verbo requisiti. Alexand.in consil.60.incip.visa legitimatione, in princip. volum.2.Socin.consi.3.in causa domini, num.15. ibi: præsertim consentiente domino.Socin.consil.100.incip.pro habendis bonis, num.21.vol. 2.Anton.de Rosellis in tractatu, de legitimatione, lib.2.colum.penul. versi.sed alterius.Cardin.Alex.in c.per venerabilem.§.quod autem.* 68 69

Zasius

Zasius in tract. feuda. parte 8. col. antepen. Molin. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 8. nu. 39. D. Hartman. Pistorius in posteriori parte 2. libri, quæstio. 40. nu. 10. vbi ex vtraque parte multos adducit.)

70 † Prædicta, quòd per Principem legitimatus cum patris consensu, accepto posteà feudo, succedit in feudo, intelligetis verum, si Princeps in legitimatiõe successionis feudi quoque mentionem facit, secùs si simpliciter solùm legitimaret, ita omnes Doctores *in d. §. naturales. (Glo. in c. 1. §. naturales si de feudo defuncti. quam dicit esse communiter receptam Parisi. consi. 1. nu. 76. lib. 2. Ruin. consi. 36. nu. 18. Alex. in consi. 2. incip. visis codicillis, num. 16. volu. 1. Calderi. in consi. 1. incip. naturalis filius legitimatus. Dec. consil. 269. incip. consultus ab illustrissimo Marchione, nu. 10. Gozad. in consi. 25. incip. in hac causa, nu. 12. Bolog. consi. 61. vt in præsenti cõsultatione, nu. 4. Curt. Iun. de feudis in 3. parte in materia successionis descendentium, quæst. 17. in princ. Clar. libr. 4. §. feudum, quæst. 82. Hanneton. de iure feudi, lib. 2. cap. 2. Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 8. num. 38. q. 8. D. Hartman. Pistorius lib. 2. quæstio. parte posteriore, cap. 40. num. 5.)* imò Bald. *in d. §. naturalis.* requirit, quòd Princeps expressè dicat non obstante, d. §. naturales. Cæterùm hoc communiter à Doct. reijcitur, qui putant sufficere, si de feudo solo mentionem faciat. *(Molinæus in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 8. quæst. 8. num. 39. D. Hartmannus Pistorius in citato loco, nume. 8. vbi plures in hanc sententiam adducit.*

71 † Octauò, FILII NATVRALES LEGITIMATI PER SVBSEQVENS MATRIMONIVM in feudo succedunt, *ita Doct. omnes in d. §. naturales. per c. tanta, extr. qui fil. sunt legit. vbi Panorm. & alij. Sed quid ego sentiam, infrà dicam. (Iuris authores, qui tam in docendo, quàm consulendo, vnanimi consensu hanc sententiam defenderunt, collectos habes à D. Hartmanno Pistorio libri secundi parte posteriore, cap. 41. nu. 1. & 2. & in consilio Collegij Ingolstadiensis, quod idem D. Hartman. Pistorius post dictum caput 41. subiunxit, nu. 25. Plures etiam citat Couarr. in Epitome 4. lib. decreta. cap. 8. partis secundæ, nu. 27.)* & hoc etiam, si medio tempore aliam habuisset vxorem, nullis ex ea suscitatis prolibus, & posteà concubinam prædictam duceret, vxore mortua, *ita Zasius in 8. par. circa fin.* Si verò ex vtraque filios sustulisset, iam omnes vt filios patris æquis ex partibus succedere, *ex c. 1. de success. feud. c. 3. §. & quia. de ijs qui feud.*

feud. dare possunt. nisi consuetudo vel statutum obtineret primogenitum vnum succedere, vt passim moris est. *Aluar. in d. §. naturales, & Zasius in 8. parte.* Sed ex prædictis DVBITARI tum posset non immeritò, quis eorũ primogenitus in feudo, vel in alijs allodialibus, si fortè primogenitus prærogatiua gauderet, esset præferẽdus, an ille, qui primò ex concubina natus, & post aliam vxorem per matrimonium subsequens legitimatus, an verò qui ex legitima vxore primò natus est? Certè hanc quæstionem dubiam & difficilem latè tractat Ioannes Andr. *in c. sine culpa, de reg. iur.* Ludouic. de Sardis *in tracta. de legitima.* Bartholo. Brix. *in sua quæst. dominicali. 55.* & omnium late Anton. de Rosel. *in suo eleganti tract. legitima.* & alij alio loco. (Hanc quæstionem eleganter tractat Molin. *in consuetud. Parisiens. titu. 1. §. 8. quæst. 7. nu. 34.* concludens eum, qui ex legitimo matrimonio præcedenti natus est, legitimo esse pręferendum, quam sententiam etiam amplecti videtur Ioan. Cæphal. *lib. 2. respons. consil. 277. nu. 21.* Couarru. *in Epitome 4. libr. decretali. cap. 8. secundæ partis, num. 28.* pro hac Molinæi sententia multos adducit, ipse autem aliquot argumentis contra disputat.) Quare cùm dubia admodum sit, & longum foret omnium hîc recensere opiniones, supersedebimus, alio loco tractaturi & discussuri.

† Quod tamen ad prædicta de feudo attinet, putarem, 72 filium posteà legitimatum per subsequens matrimoniũ non succedere in feudo, per textum d. §. naturales. qui est expressus satis ad hoc, nisi à Doctoribus inuerteretur sensus. Quis enim iustè dicet illum textum loqui solùm de legitimatis per Principem, vt communiter ibi volunt Doct. & non de ijs, qui legitimantur per subsequens matrimonium? An putat aliquis tam stupidos fuisse Obertum & Gerardum, vt hoc non expressissent, si voluissent diuersum esse inter hos duos legitimatos? quis dubitat? Sed hîc statim obijciet quis, probari satis ex text. c. tanta, ext. qui fil. sunt legit. quem etiam solùm ad huius confirmationem adferunt Doctores, vbi per subsequens matrimonium præcedentia omnia purgantur, & naturales fiũt legitimi: Sed certè quæro, an benè

sequa-

81 †FALLIT secundò, si simul habitantibus fratribus alter frater communibus ex indiuisis bonis emisset feudum simpliciter, nulla facta mentione alicuius, & hoc sciente domino, nempè emi ex communibus bonis: Hoc enim casu frater fratri in feudo succedet, *ita loquitur c.1. de benefi.fratris,& qual.frater fratri.* secùs verò, si ignorante domino frater ex communibus bonis feudum emisset: nam hoc casu frater fratri non succedet, *ita loquitur c.1.de frat.de nou.benefi.inuest.* Et huius diuersitatis ratio est, quia dominus inuitus non tenetur alium vasallum acceptare, quàm sciens volet à primo, *d.c.1.in fin.de frat.de nou.benefi.inuest.* Verùm in primo casu, quando sciuit de communibus bonis emi feudũ, tacitè videtur in vtrunque dominus consensisse, *elegans glo.& benè notanda in d.c.1.*
82 *de benefi.frat. & qual.frater fratri,in verb.domino.* †Si verò feudum emisset ex communibus bonis frater, sed proprio nomine, etiam sciente domino communia & indiuisa esse bona, hoc tamen casu rursum frater fratri non succederet, quanquàm fructus feudi simul lucrifacerent, si modò simul habitarent, *d.c.1.de frat.de nouo benefi.inuest.* *Et idem putat gloss.in d.c.1.de benefi.fratris & qual.frater fratri.quam sequitur ibi Bal.Præpos.& alij,item Zas.in sua 8.parte.* etiamsi simul non habitarent, dummodò solùm pecunia communi & indiuisa esset emptũ. Aluarotus tamen putat, semper requiri, vt simul habitent, ad hoc, vt fructus cõmunicent, *& ita sentit alia glo.in c.1.§.1.in glo.verb.nominatim. de ijs*
83 *qui feu.da.poss.* †Et puto verissimum, quanquàm Zasius dicat, Aluarotum malè sentire: nam textus apertè hoc requirit, vt simul habitent.in d.c.1.de frat.de nou.benefi. inuest.in verbis, *& simul habitauerint,* rursum ibi, *donec simul habitauerint.* Rursum probatur alio loco.in c.1.de benefi.frat.& qual.frater fratri, in verbis fin. *simul steterint.* quæ verba censeri non debent frustra apposita, & toties anxiè repetita, ex quibus elegans limitatio venit ad textus alibi positos. ad l. paruus.C. communi. vtriusque iud.l.si ex ea pecunia.C.de rei vend. & similes, vbi emptum ex communibus bonis regulariter ad ementem pertinet tantùm. FALLIT tertiò, si frater etiam de pro-

proprijs bonis vtriusque nomine emisset feudum nouum, domino hoc indicãs: Illo quoque casu rursum frater fratri succedet, *d.c.1.de benef.fratr. & qual.frater fratri, in verbis, vel vtriusque nomine.* FALLIT quartò, si fratres simul in bello acquisiuissent cũ dño in hostem procinćti, *d.c.1.de bene.fra.* FALLIT quintò, si feudũ nouũ datum esset duobus fratribus indiuisibile: hoc enim casu fratrẽ fratri succedere Doct. volunt in sua parte, sed teneri tamen domino tunc ad æstimationem mediæ partis. *Doct. in c.1. vbi glo. & Aluarot. de frat. de no. benefic. inuest. Zas. in 8. parte sui tract. feud.* cum tali tamen limitatione, nempè si dominus simpliciter nullius contemplatione magis concessisset vni, quàm alteri. Nam si hoc fecisset, & is obijsset, cuius contemplatione feudum concessisset, vel mortuus maiorem partem habuisset feudi indiuisibilis, hoc casu dominum posse vendicare, restituendo fratri æstimationem mediæ partis, ex illa regula, quæ habet, maius ad se minus trahere, *fundata in l.sancimus.§.ne autem.C.de donat. & sequitur Aluarot. post Iacob. de Beluis. Andr. de Isern. Præpos. Mart. Lauden. in d.c.1. de frat. de nou. benef. inuest. & Zas. d. loco.* † Et quanquàm hactenùs diximus, feudum nouum prædictis fallentijs ad collaterales deuolui, contra generalia feudorum placita: non tamen putabitis, hoc ad omnes in infinitum collaterales protendi, si fortè frater fratris filius vel nepos non esset defunćto: sed solùm ad eos, qui intra septimum sunt gradum constituti, non vltrà: ita intelligendus est textus alibi satis scabrosus. in c.1.§.1. versicu. *hoc quoque sciendum.* de success. feud. iunćto d.§.1. versicu. *siu autem.* de ijs qui feudum dare poss. qui coniungi debent, & tenet ita Bal. *in c.1. de feud. March.* quem sequitur Aluarot. & D. Schenck, *in d. versicu. hoc quoque sciẽdum.* Cæterùm feudum per lineam directam in descendentes propagatum in infinitum extendetur, etiam ad transuersales descendentes, ex descendẽtibus primi acquirentis ortos, ita loquitur finis dicti textus, in d.c.1. versi. *hoc quoque sciendum.* de ijs, qui feud. dare poss. vbi D. Schenck, & Bal. *in d.c.1. de feud. March.* Et hactenùs de nouo feudo in collateralibus. 84

Hoc enim casu nihil iuuaret vasallum ista possessio, nec seruitium præstitum, etiamsi decennio, vel vicennio, præstitisset, *d.c.1.versic.inde etiam, in fin. in verbis, nisi aliud con-*

42 *tra indicatur, de consue.rect.feud.* Tertiò † quoque feudum acquiritur eò, quòd pro inuestitura habetur, cùm scilicet quis per triginta annos rem aliquam vt feudum possedit, & domino seruitium exhibuit: hoc enim casu, quãuis de ea re non sit inuestitus: præsumptione tamen triginta annorum se tueri poterit, & perinde habebitur, ac si inuestitura verè intercessisset, elegans text. in c.1. §. si quis per triginta, si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasalli. Et isto casu nec possidens opus habebit iurare, nec ipse dominus volens contrarium probare, audietur, ita intelligetis d. §. si quis per triginta. Et in eo differt à casu prædicto in c.1. §. inde etiã, de consuet. recti feud. Et hæc quo ad secundam partem suffecerint.

43 Nunc ad tertiam partem contendamus, † docturi, QVIBVS MODIS PER SVCCESSIONEM FEVDVM ACQVIRATVR: nam vt per inuestituram feudum nanciscimur, ita quoq; per successionem, *c.2.de feu. success. c.1.de consuet.rect.feud. c.1.in fin.de feud.cogn.* Tractaturus ergo intestati successionis huius materiam, primò de ascendentibus & descendentibus sermo erit: postea quãdo collaterales collateralibus succedant, ordine expli-

44 cabo. Primò ergo, † vt à vetustiore incipiamus, ne quid antiquitatis ignoretur, *§.1.Instit.de testam.* sciendum est, olim successionem nullam, vel saltem admodũ tenuem fuisse: Nam antiquissimo tempore feudum datum sic erat in dominorum potestate connexum, vt, quando vellent, possent feudum auferre, *c.1.§.& quia, de ijs qui feud. dare poss.* Posteà eò deuentum fuit, vt per annum saltem firmitatem haberet: deinde statutum, vt vsque ad vitam fidelis, seu vasalli, produceretur, non vltra: Tandem eò progressum est, vt ad filios deueniret, nõ tamen omnes, sed ad eum, quem ipse dominus ex omnibus eligeret: Posteà petitum fuit à Principe, vt ad nepotes ex filiis deuolueretur, & vt frater fratri sine legitimo hærede defuu-

defuncto, vel filius eius in beneficio, quod eorum patris fuisset, succederet: *hæc omnia habentur in c. 1. §. & quia, de ijs qui feud. dare poss.* Deinde ad quartum gradum inter agnatos extensum fuit, & sic fratres patrueles non excedebat, *d. c. 1. §. hoc quoque, de ijs qui feud. dare poss.* quod tamen nouo iure posteà in collateralibus ex pacto succedentibus, tantùm in septimum gradum protensum fuit, *d. c. 1. §. 1. versic. hoc quoque sciendum, de ijs qui feud. dare poss. c. 1. §. 1. in fin. de success. feud.* in descendentibus in recta linea semel propagatum in infinitum, *d. versic. hoc quoque. in fin. vbi Aluar. & D. Schenck, & Bald. in c. 1. de feud. March.* tam ad collaterales, quàm descendentes, vt posteà patebit, & in æquali gradu æqualis erit, vt hodie est, feudi diuisio inter omnes, *c. 1. §. 1. versic. quod hodie ita stabilitum. de ijs qui feud. dare poss. c. 1. de feud. succes. de quibus infrà latiùs.*

Primò ergo † de iure feudali in recta linea ASCENDENTES non succedunt descendentibus, *c. 1. in princ. de natur. success. feud.* Ratio huius est (vt inquit Zasius *in sua 8. parte tract. feud.*) quia si feudum est antiquum, tunc impossibile est, quòd pater filio succedat, vel auus nepoti, vel proauus pronepoti, cùm feudum à patre vel auo mortuo in filium defluat: si autem nouum est, eo sine descendentibus decedente, iam inquit feudum ad dominum redire, & non ad patrem, auum vel proauum. Sed certè, quanquam in nouo feudo ratio Zasij obtinere aliqualiter posset: quæ tamen ab eo datur respectu antiqui feudi, non sufficiens est in casu, vbi nulli descendentes extant. Et ergo non pauci Doct. putant, in antiquo feudo non obtinere, sed tum benè patrem vel ascendentem succedere, in quorum numero est Andreas de Ysernia, & alij, *in c. 1. de natura successio. feud.* (Aluarottus hæc refert, & sequitur Curtius iunior *in tractatu de feud. parte 25. num. 45. in 3. limitatione.* Cephalus *Responsorum libro quinto, consi. 641. num. 93.*) 45

Sed putarem, † nec in antiquo feudo patrem, auum, aut similem succedere descendēti. Quia, † cùm feudum datur simpliciter à domino, datur solùm cōtemplatione accipiētis, & legitimorū hæredū descendentiū, *c. 1 in* 46 47

 fin.

fin. in quibus causis feud. amit. ergo simulatque tales non sunt, res redit ad propriam (ex tacita quadam pactione) naturam, hoc est, ad dominum qui dedit: non enim contemplatione ascendentium dederat: nam si hoc voluisset, potuisset primò illis contulisse. Dicendum ergo fuerit simpliciter, naturam feudi exigere, vt non ascendat in relicta linea siue nouum, siue antiquum fuerit. Est † tamen casus, † vbi feudum ad patrem à filio reuertitur, veluti si pater filiorum fauore feudo renunciasset, & illis refutasset, filiis iam viuo patre sine liberis descendentibus, illo casu illud feudum debere redire ad patrem, qui refutauit, potiùs, quàm ad agnatos, author est Praeposit. *in c. 1. de vasal. decrepi. aetat.* qui allegat Iacob. de Ardizo. *in titul. de success. feud. §. ascendentes.* & sequitur Martin. Laudens. *in d. c. 1. de vasal. decrepitae aetat.* quod est notandum. (Plures casus quibus ascendentes in feudo succedunt, refert Curtius iunior, *secundo membro tertiae partis, folio 179. num. 43. & sequentib.*) Et haec quo ad primam ascendentiũ lineam suffecerint.

48

Nunc venio ad DESCENDENTES, quomodo a-
49 scendentibus succedant. Primò, † quo ad descendentes, constituite regulam generalem, liberos patri succedere, atque tamdiu ex latere agnatos non admitti, quamdiu liberi supersunt in infinitum, *c. 1. in princ. de success. frat.*
50 *& grad. succed. in feud.* FALLIT primò haec regula, † si pater ea conditione cum matre contraxisset, vt liberi ex ea procreati, in feudo non succederent. Illo enim casu etiam agnati excluderent liberos, *text. est in c. 1. de filijs nat. ex matr. ad morga. contract. c. 1. §. si facta, versic. filij, si de feud. defunct. content. sit inter dom. & agnat. vasal.* Sed obiiciet hic statim aliquis, istud esse pactum de futura successione, quod est improbatum, *l. pactum, vbi Doct. C. de collatio.* ergo non valebit. Quapropter respondit Baldus *in d. c. de filijs nat. ex matri. ad morga. contract.* quem omnes sequuntur, quòd pactum illud cùm iniquissimum sit, ergo solùm Mediolani seruandum, *d. c. 1. in fin. eod. titul.* non alibi, nisi consuetudine speciali foret alibi introductum. Sed paucis, non video quare istud pactum sit iniquissimum, & fieri non

non valeat,nisi introductum consuetudine priùs. Quia non dubito, quin id, quod consuetudine posset introduci, quoque fieri possit per expressam promulgatamque legem,quia consuetudo nihil in effectu differt à lege,vt in prima parte supra obiter docuimus. Secundò, non † puto tale pactum esse iniquum, licèt sit de futura 51
successione, imò inquio, pactum de futura successione non esse simpliciter improbatum à iure, licèt Doct. id communiter tenent,*in d.l.pactum,C.de colla.l.pactum quod dotale,C.de pactis,cum similibus.* Nam expressum est,pactum de futura successione valere,*in l.1.§.si parens, ff. si quis à parente manumiss.fuerit,§.fin.Instit.de legit.agnat.success.*vt alibi demonstrauimus quoque latiùs aliquando,*in d.l.pactum, C.de collat.*quæ omnia hîc referre cum longum esset, solùm contentus fuero obiter hîc exhibere vna atque altera ratione,tale pactum benè posse subsistere, nempè quòd filij in feudo non succedant, nec etiam in patrimonialibus bonis,nisi ad partem,vel vt aliqui filij succedant, aliqui non,*secundùm c.1.de filijs natis ex matr.ad morgan.contract.*Nam quis,quæso,† dicet irrationabile & iniquum esse, si ex 52
nobili vxore habeo filios,& ea mortua, accepta concubina,vel meretrice,procreatis ex ea quoque liberis, nō posse me pactum facere contrahendo cum ea nuptias, ne eius filij mihi in feudo succedant: anne gratias mihi aget saltem, quòd eam facio mihi legitimam vxorem, quæ antea concubina vel meretrix fuit, filios legitimos qui aliàs naturales,vel fortè spurij,mansissent? quis dubitat? Quis dicet bonum facere esse de iure prohibitum? quod hîc fieri nemo iustè inficiari possit. Præthereà certum est,quòd possem Principis rescripto filios naturales facere legitimos, matrem verò concubinam vel meretricem relinquere, *§.sed & aliud, in Authent. quibus modis natural.effic.legit. Authen.prætereà.C.de natural.liber.*sic econtra putarem, quòd Principis vel Papæ rescripto, matrem,hoc est,concubinam possem vxorem ducere, filios verò naturales vel spurios relinquere, posito, quòd sint fures,latrones,vel aliàs mihi inuisi.eadem ratione, ex dicto §.sed & aliud. Si ergo hoc rescripto posset fieri,

ri,quare non eadem ratione fieri posset lege ab Imperatore,vt quis ita posset paciſci cum ſecunda vxore, vt filij ex ea nati non in feudo ſuccedant, ſed in certa quantitate bonorum allodialium, *vt in d.c.1. de filijs nat. ex matr. ante morgan.contract.* Poſtremò, in hoc ferè omnes conſen-
53 tiunt Dd. quòd pater poteſt † pactum facere cum filio, quòd erit contentus legitima, *Dd. in l. pactum C. de collat. vbi Butrig & alij, & eſt text. in l. ſi quando. §. & generaliter, C. de inoff. teſtam.* nemo tamen poteſt negare, quin iſtud ſit pactum
54 de futura ſucceſſione. Non † obſtat Dd. communis aſſertio, in d.l. pactum, l. fin. C. de pact. & l. pactum, C. de collat. quòd pactum de futura ſucceſſione non valeat, quia nego, vſpiam legibus iſtud exprimi, pactum de futura ſucceſſione non valere, eaque ratione improbari, quòd ſit de futura ſucceſſione ſimpliciter. Nam ſemper quaſi rationē ſuam vel tacitè, vel expreſſè, lex ſecum adfert, quare prohibeatur, vt primò alibi patet in l. pactū quod dotali, C. de pact. vbi non valet tale pactum, quia adimeret liberam teſtandi voluntatem. Rurſum alibi in l. fin. C. de pact. quia præſtaret votum captandæ mortis. Iterum tacitè adfert ſecum rationem lex alia l. pactum, C. de colla. quia, ſi ibi pactum valeret, filij ſæpiùs neceſſitate coacti, vel filię, vt procū vel ſponſum habere poſſent, qualibet dote vel quantitate contenti forent, repudiata alia parentis hæreditate, *Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concept. ff. de verb. oblig.* quod iura fieri noluerunt, longiùs proſpiciētes mali huius finem. Animaduerterunt enim, neceſſitate poſteà ſublata, & libidinis ardore refrigerato, hinc iurgia poſſe manare, & tacitum erga patrē ſeu parentem rancorē & inobedientiam, propter iniquum admiſſum pactum ſuſcitari. Quapropter non inſcitè alibi Papinianus reſpondet, *in d.l. ſi quando, §. illud, C. de inoffic. teſtam.*
55 † meritis magis filios ad paterna obſequia prouocandos, quàm pactionibus aſtringendos. Certè hæ rationes non militant in noſtro caſu, d.c.1. de filiis nat. ex matr. ad morga. contract. quia per tale pactū non fraudauit neceſſitate coactum, ſed benè fecit faciendo legitimum eum, qui antè illegitimus erat: nec minus hic filius

lius obſecundabit, quia certè ad hoc, vt præſtet perpetuò obſequium, ſufficit ſola legitimitas, quæ certè æſtimationem vix accipit: Nec poſſet conqueri de pacto, quia niſi mater acceptaſſet, ſpurius manſiſſet, & ſic non poſſet vllo modo ſe allegare deceptum, vt in prædicto caſu poterat. Poſtremò, cùm iſtud pactum non impediat vltimam voluntatem effectum habere, *vt in d. l. pactum quod dotali, C. de pact.* nec præſtat votum captandæ mortis, *vt in d. l. fin. C. de pac.* nec aliquod aliud improbabile malũ: nõ video ergo, quare tale pactum dici debeat iniquum, & quare non poſſet, niſi conſuetudine introduci: Rectè ego puto Paulum Caſtrenſem ſuper tali caſu, vel ſimili, conſuluiſſe contra alios plures, iuſtè pacto poſſe fieri, *vt meminit in d. l. pactum, C. de collat.* FALLIT ſecundò, ſi pater culpa feudum amitteret: Tunc enim, excluſis deſcendentibus, ad agnatos, qui in quarto gradu ſunt, deuolueretur, *c. 1. §. licèt, verſic. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. defunct. cont. ſit inter dom. & agnat. vaſal. de quibus latius infra in 13. parte.* FALLIT tertiò, ſi feudum regale fuerit: in illo enim nulli ſuccedunt, *c. 1. in princ. de feud. March.* hodie tamen ſucceſſio per vſum admittitur, *c. 1. in fin. de alie. feud.* FALLIT quartò, in feudo nouo non ritè præſentibus Curię paribus accepto, *c. 1. quib. mod. feud. conſtit. poteſt.* FALLIT quintò, ſi filius per culpam in dominum commiſſam ipſe ſucceſſionem amiſerit, *c. 1. §. inſuper, de probib. feud. alienat. per Frid.* Et hæc ſufficiant.

Nunc ad liberos redeamus: Filij ergo ſeu liberi, quia
diuerſi generis ſunt, operæpretium eſt hìc ordine prius
omnes enumerare, & poſteà ſeparatim de ſingulis do-
cere. Sunt † ergo primò naturales & legitimi filij, maſ- 56
culi, iuſtis nuptiis procreati, in poteſtate patris exiſten-
tes, *de quibus in §. 1. Inſt. de patr. poteſt.* Secundò, emancipati,
de quibus in §. emancipati. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Tertiò
exhæredati, *de quibus in tit. de exhæred. liber.* Quartò, præte-
riti. Quintò, adoptiui & arrogati, *de quibus in titul. Inſtit. de
adopt.* Sextò, legitimati naturales per oblationem curiæ.
Septimò legitimati per Principem, *de quibus toto tit. quibus
mod. nat. efficiuntur ſui, & toto tit. quibus mod. natur. efficiuntur legit.*

in Authen. Octauò, ſunt filij naturales legitimati per ſub-
ſequens matrimonium, *§. ergo ſanciendum, verſic. ſi quis igitur
dotalia, in Authent. quibus mod. natural. efficiuntur ſui. §. fin. Inſtit. de
nuptijs, cum ſimilibus.* Nono, ſunt filij putatiui, *de quibus in c.
per tuas, extr. de probat. & Doct. in §. fin. Inſtit. de adopt. in c. 2. in c.
ex tenore. extr. qui fil. ſint legit.*

Primò, FILII LEGITIMI & NATVRALES in
poteſtate patris exiſtentes ſuccedunt patri (excluſis o-
57 mnibus agnatis) in feudo æqualiter, † hoc eſt, ex æquis
partibus, etiamſi in inæqualibus portionibus hæredita-
riis inſtituti à patre teſtamento eſſent, *c. 1. de ſucceſſ. feud. c.*
58 *1. §. & quia, de ijs qui feud. dare poſſunt.* Nam † pater inæqua-
lem diuiſionem inter liberos de feudo facere (illis non
conſentientibus) non poteſt, *d. c. 1. in fin. de ſucceſſ. feud. in ver-
bis, nulla ordinatione defuncti in feudo valente vel manente, quæ ver-
ba ſunt notanda, iuncto c. 1. de alienat feud. patern.* Si verò in diſpa-
ri gradu eſſent, veluti filij & nepotes ex alio filio præ-
mortuo, hi quoque ſuccedent cum ſuis patruis, ſed in
ſtirpes, *c. 1. de ſucceſſ. fratrum & grad. ſuccedent. in feud. c. 1. de ſuc-
ceſſ feud. §. cùm filius, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Secundò,
59 EMANCIPATOS verò filios naturales & legitimos
ſuccedere quoque parenti Doctores volunt, *Aluarot. in c.
1. §. hoc quoque. de ijs, qui feud. dare poſſunt, vbi & alij Doct.* Sed de
60 eo dubito nonnihil: Nam † certum eſt nō eſſe iam agna-
tos (propter emancipationem) qui neceſſariò ad feudi
ſucceſſionem requiruntur: ſunt enim iam ſolùm cogna-
ti, qui de iure feudali non ſuccedunt, *c. 1. verſic. ad cognatos,
de ſucceſ. frat. & grad. ſucced. in feud.* Non obſtat, hodie ſublatã
eſſe differentiam emancipationis, & patriæ poteſtatis,
per §. 1. in Auth. de hæred. quæ ab inteſtat. defer. quia hoc verum
quo ad ſucceſſionem allodialium bonorum exiſtima-
rem, non feudalium, in quo nuſquam hoc cautum re-
peritur. Præterea differentiam non ita certum eſt ſub-
latam eſſe, quòd emancipatus pro mero agnato habe-
tur, *gloſ. in l. ſi emancipati, & ibi Doct. C. de collat.* Si ergo eſt ſo-
lùm cognatus, certè excludetur hic à ſucceſſione, *per d.
c. 1. verſic. ad cognatos, de ſucceſ. frat. & grad. ſucced. in feud.* Poteſt
enim quilibet iuri pro ſe introducto facto renunciare,

l. pe-

l.penult.C.de pact. quod hic per emãcipationem fecisse videtur. Curtius tamen tenet, *in 3. sua parte, tract. feud.* cum alijs Doct. emancipatum æquè, vt legitimum, succedere, dicens, coniunctos per masculinam lineam pro agnatis hîc accipi: illos verò cognatos dici solos, qui per lineã fœmineam sunt coniuncti: Sed certè putarem, quòd & Obertus & Gerardus ita distinxissent, si voluissent, cùm dubitandum non sit, illos ignorasse emancipatum cognatum, & non agnatum esse, qui dudùm post Iustinianum fuêre: Sed quicquid sit, cùm communis Doct. opinio sit, emãcipatum succedere, nec ab illa ita temerè in iudicio recederetur, ergo potiùs vltimæ parti adhærendum, vt tutiori, censeo, emancipatum etiam succedere.

† Tertiò EXHAEREDATI, siue iustè, siue iniustè, liberi æquè succedunt, si modò in dominum non deliquerunt vel alium, quare feudum debeat amitti, *vt infrà in 13. parte docebimus*: quia pater testamento super feudo (vt diximus antè) disponere non potest) *d.c.1. de success. feud.* 61

† Quartò, FILII quoque PRAETERITI succedunt, quia feudũ non à patre, sed à domino acquiritur, & hoc etiam si patris testamentum non conueilat, cùm tamen posset: *secundùm l. filio præterito ff. de iniust. rupt. & irrito testam.* (Eandem sententiam defendit Curt. Iunior *secundo membro, tertiæ partis, fol. 163. num. 9.*) quicquid Docto. aliqui dicunt, *vt infrà in parte 13. monstrabo.* † Quintò, ADOPTIVI & ARROGATI FILII in feudo non succedunt, *c.1. §. adoptiuum. si de feudo. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasal.* FALLIT primò, nisi in prima inuestitura pactum esset, vt succederent, si qui adoptarentur: Recipit enim pacta feudum. Secundò FALLIT, si pater adoptaret filium naturalem & legitimum, vel nepotem, quem antè emancipauerat, post feudi tamen acquisitionem. Tunc enim (vt in pristinum statum restitutus) succedet rursum in feudo absque vllo dubio. FALLIT tertiò, si feudum fœmininum esset, & auus maternus adoptaret nepotem ex filia præmortua alioqui illi successurum. Aluarot. & Doct. *in d. §. adoptiuum.* Imò Andr. de Isern. quem Mart. Lauden. sequitur, vult, quòd adoptatus ab auo 62 63

materno nepos ex filia succederet, ideo quòd duo vincula concurrant, naturale scilicet & ciuile, *in d. §. adoptiuus.* quod tamen non puto simpliciter sequendum, nisi etiam absque arrogatione seu adoptione æquè in feudo successisset, quia fortè feudum fœmininum: nam si masculinum esset, tunc nepos ex filia, vt cognatus, nõ succederet, quanquàm duo vincula concurrant. FALLIT quartò, si adoptati essent, priusquàm feudum parens acquisiuit, quos dñs adoptatos iam sciebat, ita Mart. Laud. prima facie sensit, *in d. §. adoptiuus, & §. naturalès. si de feu. defunct. conten. sit inter dom. & agna. vasal.* sed posteà ab illa opinione deflectit. Putarem tamen primam partem de iure
64 veriorem, per tex. in d. §. naturales. † in verbis, licèt posteà fiant legitimi: quasi diceret, si antè legitimi vel adoptiui fuerunt, iam benè succedent: & certè probatur etiam ex ratione, quare adoptiui non succedant, posita alibi ab Alexandro, *in cons. 25. primi volum. incip. circa primum.* qui ideo non succedere inquit, quia nõ præsumitur dominus sensisse de talibus filijs. Et ergo si sciuit adoptiuũ habere, iam non potest dici non sensisse de tali filio, & puto verè illam rationem fuisse: Communiter tamen Doct. contrarium tenent, non succedere simpliciter, & adferunt multas diuersas rationes, parùm concludentes, *in d. §. naturales, & §. adoptiuus.* Sequatur ergo quisque quod volet. FALLIT quintò, si consuetudo esset, filium adoptiuum ita, vt legitimum & naturalem, succedere. *Aluarot. in d. §. adoptiuus.* FALLIT sextò, si eo tenore per Principem quis fuisset arrogatus, vt in feudo simul succederet Bal. *in d. §. adoptiuus, & §. naturales, eo. tit.* quē Mart. Laud. & alij ibi sequuntur. Sed certè putarem istu[d] non
65 facilè sequendum, † cùm Princeps in præiudiciu[m] [illegible], vel agnatorum, nihil iustè sine causa facere possit [illegible] *nã ita diuus. ff. de adopt. & simil. vt infrà in parte 12. latius d.* [illegible]
66 Et hæc de fallentijs. † Sextò, LEGITIMATI N[ATV]RALES PER OBLATIONEM CVRIAE succe[dunt] cũ hac distinctione, nẽpè an pater obtulerit Curi[æ, an] ipsi post mortẽ obtulerint: Si pater obtulit, & pos[t feu]dũ acquisiuit, succedent, *d. §. naturales.* secùs si ant[e] [illegible]

habu[er]it,

habuit,& posteà legitimauit per curiæ oblationē, quia eius contemplatione iam nō fuit datū, cùm non possit dici sensisse dominū de illo, *vt ante ex Alexandro docuimus, arg.l.si ita quis.§.is cui.ff.de leg.2.* Si verò post mortē patris se obtulit, nō succedet vllo modo, *d.c.1.§.naturales.* nam ius est filijs vel agnatis alijs iam acquisitum, *argu. d.l.nam ita diuus.ff.de adopt.* † Septimò, sunt FILII NATVRALES TANTVM LEGITIMATI PER PRINCIPEM. 67
In his rursum fuerit distinguendum, an pater Principi obtulerit, an Princeps per se legitimauerit: Si pater obtulit,& posteà feudum acquisiuit, iam succedet, *d.§.naturales.* Si Princeps per se, patre mortuo, vel eo viuente, legitimauerit, tunc nullo modo succedit: quia Princeps ius agnatis vel alijs liberis acquisitum auferre non potest, nisi consentientibus illis, quorum interest, *arg.c.1.de alien.feud.paterni, arg.d.l.nam ita diuus.* (Et quod agnati & legitimi consentire debeant, quibus per illam legitimationem præiudicari potest, tenet Ludoui.de Sar. *in tract. de feudis, col.59.quæst.10.* Zasius *in tract.feud.parte 8.col.antepen.* Vide D.Hartmannū *libri 2. parte posteriore quæstionū, cap.40. nu.12.& seq.* expeditè quæstionem hanc in vtramq; partē disputantem. Et Molinæū *in consuet.Parisien.tit.1.§.8.nu.39.*)
68 † Et est elegans de eo text. alibi, *in l.nec auus.C.de emancipa. libe.* vbi sanctè inq̃t Princeps Diocletianus: in cuiusquā iniuriam beneficia tribuere nō ēst moris nostri: (sententia certè vero Principe digna, atque vtinam eam omnes memoria tenerent) Putat tamen Iacob.Beluis. Imperatorē licitè legitimare posse filium ad feuda, nullis existētibus liberis vel agnatis, *in d.§.naturales.* sed vt hîc nūc fieret præiudicium domino feudi, ad quem feudum redire debet: † ita quoque Imperatorem non posse legitimando, domino præiudicare, verius crediderim, per supra dicta. *Hostiens.in c.per venerabilem.§.rationibus.in verbo requisiti. Alexand.in consil.60.incip.visa legitimatione, in princip. volum.2.Socin.consi.3.in causa domini, num.15. ibi: præsertim consentiente domino. Socin.consil.100.incip.pro habendis bonis, num.21.vol. 2. Anton.de Rosellis in tractatu, de legitimatione, lib.2.colum.penul. versi.sed alterius. Cardin. Alex.in c.per venerabilem.§.quod autem.* 69

Zasius

Zasius in tract. feuda. parte 8. col. antepen. Molin. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 8. nu. 39. D. Hartman. Pistorius in posteriori parte 2. libri, quae-
70 *stio. 40. nu. 10. vbi ex vtraque parte multos adducit.*) † Praedicta, quòd per Principem legitimatus cum patris consensu, accepto posteà feudo, succedit in feudo, intelligetis verum, si Princeps in legitimatiōe successionis feudi quoque mentionem facit, secùs si simpliciter solùm legitimaret, ita omnes Doctores *in d. §. naturales.* (*Glo. in c. 1. §. naturales si de feudo defuncti. quam dicit esse communiter receptam Parisi. consi. 1. nu. 76. lib. 2. Ruin. consi. 36. nu. 18. Alex. in consi. 2. incip. visis codicillis, num. 16. volu. 1. Calderi. in consi. 1. incip. naturalis filius legitimatus. Dec. consil. 269. incip. consultus ab illustrissimo Marchione, nu. 10. Gozad. in consi. 25. incip. in hac causa, nu. 12. Bolog. consi. 61. vt in praesenti cōsultatione, nu. 4. Curt. Iun. de feudis in 3. parte in materia successionis descendentium, quaest. 17. in princ. Clar. libr. 4. §. feudum, quaest. 82. Hanneton. de iure feudi, lib. 2. cap. 2. Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 8. num. 38. q. 8. D. Hartman. Pistorius lib. 2. quaestio. parte posteriore, cap. 40. num. 5.*) imò Bald. *in d. §. naturales.* requirit, quòd Princeps expressè dicat non obstante, d. §. naturales. Caeterùm hoc communiter à Doct. reijcitur, qui putant sufficere, si de feudo solo mentionem faciat. (*Molinaeus in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 8. quaest. 8. num. 39. D. Hartmannus Pistorius in citato loco, nume. 8. vbi plures in hanc sententiam*
71 *adducit.* † Octauò, FILII NATVRALES LEGITIMATI PER SVBSEQVENS MATRIMONIVM in feudo succedunt, *ita Doct. omnes in d. §. naturales. per c. tanta, extr. qui fil. sunt legit. vbi Panorm. & alij. Sed quid ego sentiam, infrà dicam.* (*Iuris authores, qui tam in docendo, quàm consulendo, vnanimi consensu hanc sententiam defenderunt, collectos habes à D. Hartmanno Pistorio libri secundi parte posteriore, cap. 41. nu. 1. & 2. & in consilio Collegij Ingolstadiensis, quod idem D. Hartman. Pistorius post dictum caput 41. subiunxit, nu. 25. Plures etiam citat Couarr. in Epitome 4. lib. decreta. cap. 8. partis secundae, nu. 27.*) & hoc etiam, si medio tempore aliam habuisset vxorem, nullis ex ea suscitatis prolibus, & posteà concubinam praedictam duceret, vxore mortua, *ita Zasius in 8. par. circa fin.* Si verò ex vtraque filios sustulisset, iam omnes vt filios patris aequis ex partibus succedere, *ex c. 1. de success. feud. c. 3. §. & quia. de ijs qui feud.*

feud. dare possunt. nisi consuetudo vel statutum obtineret primogenitum vnum succedere, vt passim moris est. *Aluar. in d. §. naturales, & Zasius in 8. parte.* Sed ex prædictis DVBITARI tum posset non immeritò, quis eorũ primogenitus in feudo, vel in alijs allodialibus, si fortè primogenitus prærogatiua gauderet, esset præferẽdus, an ille, qui primò ex concubina natus, & post aliam vxorem per matrimonium subsequens legitimatus, an verò qui ex legitima vxore primò natus est? Certè hanc quæstionem dubiam & difficilem latè tractat Ioannes Andr. *in c. fine culpa, de reg. iur.* Ludouic. de Sardis *in tracta. de legitima.* Bartholo. Brix. *in sua quæst. dominicali. 55.* & omnium late Anton. de Rosel. *in suo eleganti tract. legitima.* & alij alio loco. (Hanc quæstionem eleganter tractat Molin. *in consuetud. Parisiens. titu. 1. §. 8. quæst. 7. nu. 34.* concludens eum, qui ex legitimo matrimonio præcedenti natus est, legitimo esse præferendum, quam sententiam etiam amplecti videtur Ioan. Cæphal. *lib. 2. respons. consil. 277. nu. 21.* Couarru. *in Epitome 4. libr. decretali. cap. 8. secundæ partis, num. 28.* pro hac Molinæi sententia multos adducit, ipse autem aliquot argumentis contra disputat.) Quare cùm dubia admodum sit, & longum foret omnium hîc recensere opiniones, supersedebimus, alio loco tractaturi & discussuri.

† Quod tamen ad prædicta de feudo attinet, putarem, filium posteà legitimatum per subsequens matrimoniũ non succedere in feudo, per textum d. § naturales. qui est expressus satis ad hoc, nisi à Doctoribus inuerteretur sensus. Quis enim iustè dicet illum textum loqui solùm de legitimatis per Principem, vt communiter ibi volunt Doct. & non de ijs, qui legitimantur per subsequens matrimonium? An putat aliquis tam stupidos fuisse Obertum & Gerardum, vt hoc non expressissent, si voluissent diuersum esse inter hos duos legitimatos? quis dubitat? Sed hîc statim objiciet quis, probari satis ex text. c. tanta, ext. qui fil. sunt legit. quem etiam solùm ad huius confirmationem adferunt Doctores, vbi per subsequens matrimonium præcedentia omnia purgantur, & naturales fiũt legitimi: Sed certè quæro, an benè 72

sequa-

sequatur, subsequens matrimonium legitimat ante natos naturales: Ergo illi legitimati succedent in feudo. Profectò putarem non magis concludere, quàm si quis diceret, alterius filius per adoptionem fit eius legitimus filius, qui adoptat: ergo illi succedet in feudo: Nam contrarium quoad vtrumque alibi probatur, *in d. §. adoptiuus, & §. naturales. si de feud. defunct. conten. sit inter dom. & agn. vasal.* Prætereà considerandum est, nusquàm in toto iure feudali mētionem naturalium fieri, nisi in d. tex. d. §. naturales. Non est ergo præsumendum, quòd non intellexerit de istis prędictis à nobis naturalibus legitimatis per subsequēs matrimonium filijs: Nam hi naturales sæpissimè, & vbique, in iure obuij nobis sunt: naturales verò legitimati per Principem rarissimè. Postremò, non admittunt Doctores ad feudi successionem filium naturalem in feudo fœmineo matri, quæ etiam nullos alios liberos habet, vt Andr. de Isern. Aluarot. Præpos. Mart. Lauden. & communiter omnes in d §. naturales. & hoc ideo, inquiunt, quia textus simpliciter loquitur de naturalibus, non distinguens naturales, *argum. l. de pretio. ff. de publicia. in rem actio.* Certè si non distinguit textus inter naturales, (vt ipsi adferunt) miror quòd illi distinguant inter legitimatum per Principem, & legitimatum per subsequens matrimonium, de quo verbum nullum ibi in textu: sed sequatur quisque quod volet, nobis suffi-
73 cit saltem summo digito attigisse. † Nonò, PVTATIVOS, *de quibus in c. 2. ex tenore, qui fil. sunt legit.* tum nominatos filios quoq; succedere putarem, si modò, antequàm feudum acquisiuit pater à domino, ab omnibus vt filij
74 habiti fuerint. † Decimò, IN HERMOPHRODITIS FILIIS distinguendum existimo, cui sexui magis inclinent, si masculino, iam succedere: si fœminino,
75 excludi. *Aluarot. in c. 1. an mutus vel surdus.* † Vndecimò, MVTI & SVRDI FILII, quorum defectus mederi medicorum opinione possit, succedent, sin minùs, excludentur, *de quibus infrà in parte 13. latiùs tractabimus, vbi de*
76 *defectu agimus.* † Duodecimò, MONACHI quoque FILII ET CLERICI, licèt feuda ab alijs benè accipiant,

piant,

piant, cùm illis dantur: tamen in ijs parenti non succedunt, nisi in prima inuestitura istud expressum sit, *c. 1. de feud. fœm. de quibus latè infrà in d. 13. parte.* † Decimotertiò, 77
EPISCOPVS, MONASTERIVM, vel ECCLESIA, succedit Episcopo, Monacho, vel Prælato in feudo illi concesso respectu Ecclesiæ, Episcopatus, Monasterij, seu Prælaturæ vt filius, excluso etiam domino & alijs, text. est expressus in c. 1. de aliena. feud. quia ad hoc non est emendatus, & clarè indicat in casu, quo licitè Ecclesiæ vel simili loco concessum est, tunc illũ locum pium, vt filium, succedere, iuncto c. 1. §. fina. de capit. Conradi. 78
† Decimoquartò, FILII NATVRALES, licèt in allodialibus matri succedãt vt legitimi & naturales, *§. nouissimè, Instit. de Senatusconsf. Orfician. & l. si qua illustris. C. ad Senatusconsf. Orficia.* in feudo tamen matri non succedunt, etiam si feudum maternum fuerit. *Doct. communiter omnes in d. §. naturales. si de feu, defun. conten sit. Zas. in S. parte sui tract.* Et hactenùs satis obiter de descendentibus.

Nunc ad COLLATERALES pergamus docendo 79
per conclusiones. † Prima ergo conclusio erit collateralium, si feudũ est nouum, iam regulariter, nullis existentibus liberis, collaterales fratres, qui sunt primi in linea collaterali, tamen non succedent, *c. 1. §. 1. versi. sin autem vnus. de ijs qui feud. dar. poss. c. 1. de benefic. fratr. c. 1. de frat. de no. bene. si. inuest.* & hoc verum, etiam si vna inuestitura ambo simul feudum accepêre, *c. 1. §. filia. de feud. success.* † Huic 80
non obstat alibi textus cum glossa. in c. si quis miles, & ibi glo. in tit. Imperat. Lotha. Enge. Pap. qui huius asserere contrarium videtur, quia dicetis, ibi loqui in antiquo feudo, quod ex diuisione ad vnum fratrem deuenerat, (quod fieri potest.) *c. 1. de natura successiion. feud. in §. paternum. & c. 1. §. si quis per 30. versic. omnes si de feud. defunct. content. [illegible]. vt [illegible] tiam secunda ibi glossa & Docto. intelligunt, in d. c. si quis miles. q[illegible]am sequitur Iacob. Beluis. Andr. de Isern. Aluarot. Præposit. Mart. Lauden. & communiter Doctores.* FALLIT primò hæc regula, si per pactum in inuestitura de eo sibi prospexisset, vt frater fratri succederet, *c. 1. de benefic. fratr. & qual. frater fratri, c. 1. de frat. de nou. benefi. inuest.*

† FAL-

81 †FALLIT secundò, si simul habitantibus fratribus alter frater communibus ex indiuisis bonis emisset feudum simpliciter, nulla facta mentione alicuius, & hoc sciente domino, nempè emi ex communibus bonis: Hoc enim casu frater fratri in feudo succedet, *ita loquitur c.1. de benefi.fratris,& qual.frater fratri.* secùs verò, si ignorante domino frater ex communibus bonis feudum emisset: nam hoc casu frater fratri non succedet, *ita loquitur c.1.de frat.de nou.benefi.inuest.* Et huius diuersitatis ratio est, quia dominus inuitus non tenetur alium vasallum acceptare, quàm sciens volet à primo, *d.c.1.in fin.de frat.de nou.benefi.inuest.* Verùm in primo casu, quando sciuit de communibus bonis emi feudũ, tacitè videtur in vtrunque dominus consensisse, *elegans glo.& benè notanda in d.c.1.*
82 *de benefi.frat. & qual.frater fratri, in verb.domino.* †Si verò feudum emisset ex communibus bonis frater, sed proprio nomine, etiam sciente domino communia & indiuisa esse bona, hoc tamen casu rursum frater fratri non succederet, quanquàm fructus feudi simul lucrifacerent, si modò simul habitarent, *d.c.1.de frat.de nouo benefi.inuest. Et idem putat gloss.in d.c.1.de benefi.fratris & qual.frater fratri. quam sequitur ibi Bal.Præpos.& alij, item Zas.in sua 8.parte.* etiam si simul non habitarent, dummodò solùm pecunia communi & indiuisa esset emptũ. Aluarotus tamen putat, semper requiri, vt simul habitent, ad hoc, vt fructus cõmunicent, *& ita sentit alia glo.in c.1.§.1.in glo.verb.nominatim. de ijs*
83 *qui feu.da.poss.* †Et puto verissimum, quanquàm Zasius dicat, Aluarotum malè sentire: nam textus apertè hoc requirit, vt simul habitent. in d.c.1. de frat.de nou.benefi. inuest. in verbis *& simul habitauerint,* rursum ibi, *donec simul habitauerint.* Rursum probatur alio loco. in c.1. de benefi.frat. & qual.frater fratri, in verbis siu. *simul steterint.* quæ verba censeri non debent frustra apposita, & toties anxiè repetita, ex quibus elegans limitatio venit ad textus alibi positos. ad l. paruus. C. communi. vtriusque iud. l. si ex ea pecunia. C. de rei vend. & similes, vbi emptum ex communibus bonis regulariter ad ementem pertinet tantùm. FALLIT tertiò, si frater etiam de pre-

proprijs bonis vtriusque nomine emisset feudum nouum, domino hoc indicãs: Illo quoque casu rursum frater fratri succedet, *d.c.1.de benefi.fratr. & qual.frater fratri, in verbis, vel vtriusque nomine.* FALLIT quartò, si fratres simul in bello acquisiuissent cũ dño in hostem procin[illegible], *d.c.1.de bene.fra.* FALLIT quintò, si feudũ nouũ datum esset duobus fratribus indiuisibile: hoc enim casu fratrẽ fratri succedere Doct. volunt in sua parte, sed teneri tamen domino tunc ad æstimationem mediæ partis. *Doct. in c.1. vbi glo. & Aluarot. de frat. de no.benefic.inuest. Zas.in 8. parte sui tract.feud.* cum tali tamen limitatione, nempè si dominus simpliciter nullius contemplatione magis concessisset vni, quàm alteri. Nam si hoc fecisset, & is obijsset, cuius contemplatione feudum concessisset, vel mortuus maiorem partem habuisset feudi indiuisibilis, hoc casu dominum posse vendicare, restituendo fratri æstimationem mediæ partis, ex illa regula, quæ habet, maius ad se minus trahere, *fundata in l.sancimus.§.ne autem.C.de donat. & sequitur Aluarot. post Iacob. de Beluis. Andr. de Isern. Præpos. Mart. Lauden. in d.c.1. de frat. de nou.benefi.inuest. & Zas. d. loco.* † Et quanquàm hactenùs diximus, feudum nouum 84
prædictis fallentijs ad collaterales deuolui, contra generalia feudorum placita: non tamen putabitis, hoc ad omnes in infinitum collaterales protendi, si fortè frater fratris filius vel nepos non esset defunctó: sed solùm ad eos, qui intra septimum sunt gradum constituti, non vltrà: ita intelligendus est textus alibi satis scabrosus. in c.1.§.1. versicu. *hoc quoque sciendum.* de success. feud. iũncto d.§.1. versicu. *sin autem.* de ijs qui feudum dare poss. qui coniungi debent, & tenet ita Bal. *in c.1. de feud. March.* quem sequitur Aluarot. & D. Schenck, *in d. versicu. hoc quoque sciẽdum.* Cæterùm feudum per lineam directam in descendentes propagatum in infinitum extendetur, etiam ad transuersales descendentes, ex descendẽtibus primi acquirentis ortos, ita loquitur finis dicti textus, in d.c.1. versi. *hoc quoque sciendum.* de ijs, qui feud. dare poss. vbi D. Schenck, & Bal. *in d.c.1. de feud. March.* Et hactenùs de nouo feudo in collateralibus.

86 †Nunc videamus ordine de feudo paterno & antiquo per cóclusiones. Priusquàm auspicer, vna maxima hic fuerit præsupponẽda, nempè in feudis cùm decisionem causæ non habemus, tunc recurrendum perpetuò ad ius ciuile, *c.1.§.strenuus,de feud.cognit.*

87 †PRIMA ergo CONCLVSIO in genere erit inter collaterales, quod in feudo antiquo seu paterno, nullis existentibus descendẽtibus, feudũ deuolui ad proximiores
88 agnatos legitimos collaterales debeat, hoc est, †eos, qui ex primo acquirẽte, & sic ex stipite, promanârunt, communes eiusdẽ agnationis, *c.1.versi.quod ita intelligendum, de succe.frat.& grad.succed.in feud.* non ergo agnati simpliciter oẽs venient, sed solùm ij, qui à primo acquirente propagati sunt. Et ideo si meus pater nouũ feudũ acquisiuit, qui habet fratrẽ, & feudũ ad me (mortuo patre) deuolutum est, si morior absq; liberis, feudũ non deuoluetur ad patruum meũ, licèt mihi sit agnatus, & patri meo, quia ipse nõ descendit ex eo, qui primùm acquisiuit, hoc est, eius fratre, qui pater meus est: *vt pulchrè in d.c.1.versi.si enim Titij auus.de suc.ess.frat.& grad.succed.in feud.* Nam frater ex fratre nõ descendit. Si verò fratres habeã, vel fratiũ filios, vel nepotes, hi (quia descenderũt ex primo stipite) benè succedent, tex.est *in c.1.in fi.de natu.success.feud.* vbi oẽs descenderũt ex primo acquirente. Si verò auus, vel proau⁹ meus primò accepisset, & iã esset ad me deuolutũ, si morerer absq; liberis, nullis proximioribus agnatis super existẽtibus quàm patruus, hoc casu benè succederet, quia iam est agnationis illius communis, qui primò feudum acquisiuit, *d.c.1.de natu.success.feud.*

89 †SECVNDA CONCLVSIO erit in specie, si defunctus nullos habet descendentes, sed solũ fratres vtrinq; cõiunctos, hi oẽs succedent fratri suo æqualiter in illo feudo, *c.1.§.his verò deficientibus,de success.frat.& grad.succeden.in feud.* Et hoc verũ, etiãsi refutasset feudũ vnus fratrum mortuo fratri suo, suisq; heredibus, vel quibus daret, cũ ab intestato decedit, *c.1.de eo qui finẽ fecit agna.suo de feu.pater.*
90 †Et ratio est, quia hæc refutatio est personalis: nã his verbis censetur solũ refutasse fratri suo, & suis hæredibus, vel

vel quibus daret: † verùm q̃a frater nullos habuit descẽdentes, qui solũ appellatione sui hæredis in feudo veniunt, *c.1.§.& si clientulus, vbi Dd, de alie.feu.* nec vlli dedit hęreditatẽ seu feudũ, q̃a intestatus decessit, ergo iã respectu tertij agnati collateralis, (vt est alius frater, q̃ fortè illi succedit ab intestato) nõ censetur refutasse, *d.c.1.de eo qui finẽ fec. vbi Dd. ad quod facit l.si tibi decẽ.§.si pactus, et l.si vnus, §.ante omnia.ff.de pact.* quẽadmodum in simili, vbi ex diuisione mortuo fratri patrẽ sui feudi reliquit, accipiendo eius noĩe allodialia bona. Nam illo quoq; casu nõ excludetur per hoc à successione fratris, quoad feudũ, *c.si quis miles, Impera.Loth.Euge.Papæ, vbi Aluar.Præpos.& alij Dd.* FALLIT primò hæc cõclusio, si omninò & planè refutasset in omnem euentum, hoc casu omne ius suũ renunciasse dicetur, *d.c.1.de eo, qui fin.fecit agna.suo.* † FALLIT secundò, nisi quoq; frater fratri, qui est solus, ita refutaret, vt dñs fratrem quasi de nouo feudo inuestiret, hoc casu secuta noua inuestitura (quasi nouũ feudum esset) frater fratri non succedet, *d.c.1.versi.vel nisi ad hoc refutauerit, de eo, qui fin.fecit agnat.suo.* Dominus ergo succedet, si nulli alij agnati legitimi superfint: si verò alij fratres sint vel agnati, qui nõ cõsensẽre huic nouæ inuestiturę, certè respectu illorum feudũ manebit antiquũ, vt antè fuit, & æquè, excluso dño, succederet: licèt enim quasi nouũ feudum factũ sit, respectu fratris vel agnati refutãtis. *ita in effectu gl.in fi. d.c.1.de eo, qui fin fecit agna.suo, vbi And.de Isern.& alij.* nihil tamen illis alijs p̃iudicij fieri possit, *d.l.si tibi decẽ.§.si pactus. & l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact. iuncto c.1.de aliena.feud.pater.* 91 92

† TERTIA erit CONCLVSIO, si sint fratres vtrinq; coniuncti, & simul fratres ex vno latere tantùm, & consanguinei, hoc casu (si est masculinum feudum) isti consanguinei tantùm ex vno latere succedẽt cum alijs fratribus vtrinq; coniunctis in feudo fratris defuncti, contra communem cursum successiõis iuris ciuilis, de quo in §.si igitur defunctus neque descendentes, in Authen. de hæred.quæ ab intest.defer. vbi fratres vtrinque coniuncti ex altero latere tantùm iunctum excludunt. Et ratio est, quod in communi iure successionis frater 93

vtrinque coniunctus excludit fratrem ex altero latere coniunctum, quia respiciuntur ibi tam bona matris, quàm patris, à quibus simul fratres vtrinque coniuncti peruenere, sicque ex duplici vinculo, quod magis ligat vno tantùm, vt ibi. Cæterùm hîc in feudo concernuntur solùm bona patris: Et ergo, quemadmodũ omnes filij ex diuersis matrimonijs semper æqualiter patri in feudo succedunt:(quia omniũ pater, & omnes æquale ius ad eius feudum habent) ita quoque in linea iam collaterali omnes æquale ius seruant ad feudum, quia semper inspicitur principium. Mater enim aliquo modo naturam feudi masculini alterare non potest: & ita etiam simpliciter Doctores transeunt *Aluaro. & alij Doct. in c.1. de success. frat. & grad. succed. in feud. Francisc. Curt. in 3. parte sui tract. feuda. Zas. in fin. S. partis*, citra distinctionem vllam.

94 † Sed putauerim istud ita simpliciter semper verum nõ esse, sed tum demùm, cùm masculinum feudum fuerit, vt in principio tertiæ huius conclusionis dixi, quod illi

95 non distinguunt. † Nam si esset fœmininum feudum, eorum simplex assertio vera non esset, veluti, si quis ex præmortua vxore haberet filium, & postea duceret aliam in vxorem, quæ à maioribus haberet fœmininum feudum, ex qua etiam susciperet duos, aut tres, liberos, certè hi filij cum filio, quem habuit pater ex præmortua vxore, sunt fratres consanguinei, vt tum, eorum matre mortua, ille filius mariti ex præmortua vxore non succedit in feudo cum filijs natis ex secunda ista vxore, licèt consanguinei sint: ita quoque posteà, si vnus filiorum illorum moreretur absque liberis, is frater consanguineus ex præmortua communis patris vxore non succedet in feudo cum fratribus defuncti vtrinque coniunctis, licèt consanguinei sint, quia iste frater consanguineus ex prima vxore non prouenit ex stipite, à quo primò feudum processit, *vt requirit c.1. versicu. quod ita. de success. frat. & grad. success. in feud.* Excludetur ergo iste consanguineus frater perpetuò, etiamsi omnes sui fratres consanguinei morerentur absque liberis, nullis etiam alijs relictis agnatis: Imò nec ipse pater huius, quia à primo

primo stipite non prouenit, *d. versicu. quod ita, & sequitur Andr. de Isern. in c. 1. de natu. success. feud.* (quod est perpetuò notandum propter loca, quæ ius retractus habent, vbi à simili putarem procedendum) Dominus ergo hoc casu, reiecto consanguineo fratre vel patre, succedet. †Sic 96
quoq; in casu, vbi quis ita pacto feudum accepit, vt tam cognati, quàm agnati, in eo succederent, is, si duceret in vxorem viduam, quæ filium ex marito præmortuo haberet, & ex isto secundo marito filiam procrearet, certè feudo isto deuoluto (mortuo patre) ad filiam hanc ex vidua ista procreatam, ea mortua rursum sine liberis, non deuoluetur feudum ad vterinum istum fratrem, licèt cognati sint, per supradicta: quia [illegible]c non est communis illius radicis, à qua primò feudum prouenit, & sic in similibus dicendum. Non obstat. quod hic pacto voluit, vt tam cognati, quàm agnati, succederent: Quia istud intelligendum fuerit de talibus cognatis, qui cognationis illius communes sunt, à qua primò feudum processit, *argum. d. c. 1. versicu. quod ita intelligendum. de success. fratrum & grad. succe... in feud.* †Quæ benè sunt notanda: 97
CAVTVS ergo ADVOCATVS semp INSPICIENDO INSTRVMENTVM primæ inuestituræ (vt suprà etiam alibi monuimus) HOC CONSIDERET, *à quo processit* primò *feudum:* secundò, *quali forma sit concessum:* tertiò, *an talis sit petitor, qui posset succedere*, vt trahens agnationem vel cognationem à primo acquirente, vel minùs: his benè perspectis, facilè quòd optimum fuerit in causa feudali parti consulet.

†QVARTA CONCLVSIO erit, si fratre mortuo 98
supersunt fratres & fratrum filij, hi fratrum filij succedunt cum patruis suis in stirpes iure feudali & ex priuilegio Imperatoris Iustiniani, licèt sint in æquali gradu, *ex §. 3. in Auth. de hæred. ab intesta. veni. c. 1. §. his deficientibus, de success. fratrum & grad. succeden.* Olim enim solùm frater succedebat fratri, excluso fratris filio. *§. si plures. Instit. de legit. agnato success. & similes.*

QVINTA CONCLVSIO erit, si moritur, qui relin 99
quit solùm fratrum filios & patruum, hoc est, patris fra

trem, isto casu licèt omnes isti defuncto sint inæquali gradu, nempè tertio, tamen isti filij fratrum excludent magnum patruum suum, hoc est, patruum defuncti, *per §. si autem, versic. illud palà m, in Auth. de hæred. ab intesta. venient. & tex. satis apertum in c. 1. in fin. de natu. success. feud. de quo infrà in 8. conclusione docebo.*

100 † SEXTA CONCLVSIO erit, si moriens relinquat solùm fratrum filios, diceris, quod illi succedent simul patruo suo in stirpes, & non in capita, secundū ius commune quia in feudalibus iuribus nihil de eo dispositum est. *per d. §. in Auth. de hæred. ab intesta. venient. Accurs. in Authen. cessante. C. de legit. hæredib. Barto. in l. 2. ff de suis, & legit. hæred. & alij alijs locis.* Cæterum huic meę sententiæ se opponit Azo *in sua summa super Tit. C. de legit. hæredib.* quem sequitur Butrigar. Salicet. *in Auth cessante. C. de legit. hæred.* & nouissimè dom. Zasius, *in aliquo cap. suorum singularium intellectuum, & in consilio suo 4. incipiente, Orta controuersia inter liberos generosi domini, & in parte 8. sui tracta. feud.* quem omnes posteà Neoterici, quotquot vidi, vno ore, vt ducem, sequuntur, qui putant, in isto casu fratrum filios in capita, & non in stirpes succedere. Et inquit Zasius, nefas esse, ab hac eius sententia, vt verissima recedere. Prinsquàm tamen cum ijs in harenam descendero, puto hic PRIMÒ præsupponendum, † quod ante ius Authenticorum, in collate-
101 ralı linea proximior in gradu, regulariter excludebat vlteriorem. Et ergo frater fratris filium, *§. si plures. Instit. de leg. agna. success.* sed hodie ex beneficio Imperatoris Iustiniani admitti cum patruis succedere in stirpes, & nō
102 in capita, *§. 3. in Authen. de hæred. ab intestat. venient.* † SECVNdo, olim de iure Pandectarum, Institutionum, & Codicis, nullam fuisse differentiam, quoad successionē fratris, inter fratres consanguineos tantùm, & consanguineos & vterinos simul, *§. 1. Instit. tu. de leg. agnat. success. l. 2. ff. de suis, & legit. hæred. toto titu. in Authen. de consangui. & vteri. fratribus.* nisi in certis bonis. *de quibus in l. fina. C. communia, de success. & l. quæcunque. C. de bonis, quæ libe.* TERTIÒ, ad intelligendam materiam sequentem pro rudioribus, seu incipientibus, præsuppono repræsentare patrem, esse

esse in locum patris surrogari. QVARTÒ (Thijs) de quibus posteà sumus dicturi, *de quibus in d. §. 3. in Authent. de hæred. ab intestato venient.* dici patruos, amitas, auunculos, materteras. QVINTÒ, in capita succedere, esse æquales partes singulos auferre. SEXTÒ, in stirpes succedere, esse plures vnius præmortui locum supplere, ac simul tantùm auferre, atque is (cuius in locũ surrogati omnes sunt) successione tulisset. Nunc ad rem ipsam, priusquàm nostram conclusionem confirmauero, primò partis aduersæ motiua adferam, quibus nituntur, & se fulciunt, maximè Zasius, solus qui motiua prægnantia refert. † PRIMÒ fundamentum Zasius ponit alibi 103
in textu, §. si igitur defunctus neque descendentes, versic. *sed & ipsis*, in Authent. de hæred. ab intestat. venient. quem dicit esse apertum satis pro se, qui ita habet. [Sed & ipsis fratrum filijs tunc hoc beneficium conferimus, quando cum proprijs vocantur Thijs masculis & fœminis.] ecce tunc demùm habere filios fratrum hoc beneficium, vt in locum patris in stirpes vocentur, quando cum proprijs Thijs, id est, patruis, amitis, materteris, vel auunculis succedunt, ergo infert Zasius, si non sunt Thij cum quibus succedant, sed solùm fratrum filij inter se, quod iam non vtentur illo beneficio, sed venient ex suo capite proprio, in capita, & non in stirpes. SECVNDÒ, videtur illi textus apertus satis, in §. si autem cum fratribus, versicul. *quandoquidem*, in Authent. eodem titul. qui habet, [quandoquidem fratris, & sororis filijs tale priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum succedentes locum, soli in tertio constituti gradu cum ijs, qui in secundo gradu sunt, ad hæreditatem vocentur:] quasi diceret, quod fratris filij, qui in tertio gradu sunt defuncto, non aliàs in locum parentum succedent, quàm cùm vocantur cum his, qui in secundo sunt gradu defuncto constituti, vt sunt patrui, amitæ, auunculi, materteræ. TERTIÒ, ratione probat, inquiens, Imperatoris fuisse propositum, solùm filios fratrum priuilegio iuuare eo casu, quo iure communi à suc-

cessione excluderentur, *per §.3.versic.huiusmodi, in d.Authen. de hæred.ab intestato venient.* sed in casu nostro iure proprio vocantur, quia non sunt thij, ergo non est opus Principis beneficio, per vulgatam regulam, qui iure communi tutus est, non eget priuilegio, *l.in causæ.ff.de minor.* Et inquit, quòd improuidè Imperator fecisset, si vestitos proprio marte vestiuisset, cùm nudi non essent, vulneribus eorum mederetur, cùm sani essent, baculo & tibicine sustineret, qui viribus proprijs ambulare possent, & id genus similia. QVARTÒ, probat alio textu, ex §. si verò neque fratres. in Authent. eodem. vbi dicitur, [si verò neque fratres, neque filios fratrum (sicut diximus) defunctus reliquerit, omnes deinceps cognatos ad hæreditatem vocamus secundum vniuscuiusque gradus prærogatiuam, vt viciniores gradu ipsi reliquis præponantur,] inquit parenthesim illam (sicut diximus) cum emphasi esse intelligendam, quasi diceret textus, illi solum habebunt priuilegium, de quibus suprà diximus: Sed iam inquit Zasius, suprà solùm dixisse de fratrum filijs, quando cum patruis succedunt, & non quando per se absque patruis, ergo non habebunt priuilegium prædictum ex d.parẽthesi, (sicut diximus.) QVINTÒ inquit, nullum esse locum nec verbum vspiam, in d.§.3.nec toto illo in titu.de hæred.ab intestat. venient. in Authen. vbi doceri posset, ab aliquo in toto orbe (satis certè arroganter) quòd fratrum filij per se succedunt in stirpes, patrem repræsentantes, ferulæ se cupiens submittere, contrarium si posset adferri: & ergo, quia apertè cautum non inuenitur, seruari ius vetus debere, vbi in capita succedebant, per vulgatam regulam, quod non mutatur, quare stare prohibetur? *l.præcipimus.C.de appel.l.sancimus.C.de testib.* Nec obstare, inquit, text.§. si autem cum fratribus. versicu. *illud palàm.* in Authent.eod.titu. quem Bartol. pro se potissimùm facere dicit, ibique probari, fratrum filios per se succedere in stirpes, exclusis patruis defuncti, quia negat ibi fratrum filios ex patris repræsentatione excludere magnum patruum. imò nullibi (ait) in d.textu, d.versicul.

illud

illud palàm.ne verbo quidem id ſignificari,nec dici,atque ideò ex proprio opinatorum capite iſtuc effingi: Cæterùm eam ob cauſam ibi excludi magnum patruum, qui tamen in æquali gradu cũ illis eſt, quòd in linea collaterali ſecundùm ius Ciuile faciliùs ſucceditur per gradus inferiores,quàm ſuperiores,*argum. l.nam & ſi parentibus,ff. de inoffic. teſtam. & per authoritates quas in ſuis intellectibus ad hoc allegat*.SEXTÒ,nullam inquit eſſe rationem,quare minus fratrum filij per ſe in capita vocentur,quàm fratrum nepotes,qui ſemper in capita vocantur. *Authen.poſt fratres,C.de legit.hæred.§.ſi verò neque fratres, in Authen.de hæred. ab inteſtat. venient.* maximè cum de iure Pandectarum ita fuit ſeruatum; *l.2.§. hæreditas,ff. de ſuis & legiti.hæred.* tum etiam de iure Inſtitutionum, *§.hoc etiam addendum,in fin.Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.* tum de iure Codicis, *l.legem 12.tabularum.§.illo proculdubio,C.de legit.hæred.*SEPTIMÒ inquit, iſtud priuilegium, cùm deberet iuuare ex Principis beneficio,hîc magis noceret, & ſic contrariũ operaretur effectũ, atq; ex his & ſimilibus veriſſimis aſſertionibus pro ſententia Azonis, quam defendit in conuentu Ordinum Spiræ anno 1529. ita à Carolo V. Imperatore fuiſſe pronunciatum refert. Totum ergo fundamentum Zaſij in eo conſiſtit, quòd nuſquam probari poſſet ab vllo in orbe terrarũ (vt ait) alibi eſſe vel ſignificari, quòd fratrum filij,vbi ſoli ſuccedunt patruo, tunc repræſentent patrem ſuum, ſeu in eius locum ſurrogentur, ſed ſolùm quando ſuccedunt cum thijs.Concludendo ergo ſic argumentatur ex vno textu,ex d.§. 3. verſic.*ſed & ipſis.* in Auth.eo. vbi Imperator habet,ſed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficiũ conferimus, quando cũ propriis vocantur thijs maſculis & fœminis,hoc modo, ſi filij fratrum tunc repræſentant patrẽ. & beneficio Imperatoris vtuntur,quando cum propriis thijs vocantur,hoc eſt,patruis,materteris,amitis,& auunculis, ergo ſi ſoli ſine illis vocãtur, nõ repræſentabunt patrem, quia proprio marte venire poſſunt. Sed paucis, quandoquidem durum & horribile eſt, cum tantis dimicare gigantibus,& ſine dubio doctiſſimis iuris coriphæis:tamenac-

cingar digladiaturus, non idolis Aduocatorum, hoc est glossis, nec authoritatibus multorum Doctorum (in quibus Accursianos taxat & Bartolistas, nostrę qui sunt opinionis) sed æquo marte, iustis armis, hoc est, textib' iuris, à quibus recedi non debet, etiamsi mille glossæ, & Doct. opiniones contra sentirent, *l.2.§.sed neque ex multitudine, C.de veter.iur.enuclean.* Veritas enim in textu est, opinio in glossis & authoritatibus Doctorũ, vt rectè quoq; Zasius sentit & adfert in dicto suo consilio.

104 Videamus ergo iam primò, † an nusquam probari possit, in d. Authent. titul. de hæred. ab intestat. venient. quòd fratrum filij per se succedentes patruo, repræsentent patrem suum: & PRIMÒ dicimus, Iustiniani constitutione optimè probari, in d.§.3. versic. *vnde consequens,* in d. Authenc. vbi apertus est textus, qui nusquam à Zasio clarè satis allegatur (quod multùm miror) quem si perspexisset, aliud fortasse sensisset, nec ad ferulas se subiici cupiuisset, si vnum iota (vt inquit) ad hoc adferri posset. In illo textu ponitur consequentia seu illatio præcedentis propositionis: nam in principio dictę constitutionis, *in princ. d.§.3. in Authen. de hæred. ab intest. venient.* docuerat, de fratribus vtrinque coniunctis defuncto, quòd illi succederent, excluso fratre ex altero latere tantùm coniuncto, statim in versiculo sequente, qui incipit: *his autem non existentibus.* docet, quòd si non sint fratres vtrinque coniuncti, quòd tunc succedent demùm fratres ex altero latere tantùm coniuncti: Tertiò, statim in versiculo sequente, qui incipit, *si autem defuncto,* docet & vult Imperator, si sunt fratres vtrinque coniuncti, & filij fratris defuncti vtrinque coniuncti, quod illi filij fratrum simul succedent cum patruis suis vtrinque coniunctis defuncto per repræsentationem patris, tantamque vt partem ferant, quantam illorum parens fuisset ablaturus, si vixisset. Quartò ergo nunc in versic. *vnde consequens,* qui sequitur ad præcedentia, consequentiam facit hoc modo: si fratrum filij tales succedũt cum suis patruis vtrinque coniunctis defuncto, repræsentantes patrẽ, exclusis patruis ex vno latere tantùm coniunctis,

iunctis,ergo quoque hi fratrum filij absque patruis, vtrinque coniunctis,defuncto patruo succedent, repræsentantes patrem, exclusis patruis ex vno latere coniun ctis tantùm. Ecce hoc vult totus ille textus §. vsque ad versic.huiusmodi,in d.§.3.de hæred.ab intesta.venient.. quæ omnia, vt concatenata ex se inuicem pulchrè fluunt:nec posset negare aliquis, quin filij fratrum ibi succedant soli patruo suo defuncto,excluso patruo ex vno latere cõiuncto. SECVNDÒ negare nemo poterit,quin ibi filij fratrum repræsentent patrem:Veniunt enim solùm ibi ex iure patris mortui,necessariò eum repræsentantes: Quod PRIMÒ PROBATVR apertè in fine dicti versic. *vnde consequens*, in Authen. de hæred. ab intesta. venient. vbi dicitur expressè, quòd isti filij fratrum excludent suum patruum ex vno latere coniunctum,sicut eorum pater exclusisset,si vixisset, in verbis ibi, *sicut eorum parens præponeretur,si viueret*, qui text. non possit cauillari. Quare si repræsentabunt patrem, necessariò ergo debent in stirpes,& non in capita, succedere, aliàs patrem non repræsentarent. Profectò, si ibi patrem non repræsentarent ex priuilegio Imperatoris, sed ex proprio capite venirent (vt vult Zasius) sine dubio deberēt excludi planè à suis patruis, etiam ex altero latere tantùm coniunctis,quia vno gradu præcedunt,nec possent se iuuare eo quòd essent nati ex patre,qui erat defuncto vtrinq; coniunctus,quia illa differentia fratrum cõiunctorum vtrinque,& ex vno latere, non obtinebat extra ius istud Authenticorũ: Nam cõsanguinei fratres tantũ anteà ita succedebãt statim suo fratri defuncto, atq; frater vtrinque defuncto coniunctus (quia æquè erat in vno gradu simul proximus agnatus) *per §.1.iuncto §.si plures. Instit. de legit. agnat. succes.* & frater consanguineus tantùm excludebat fratris filiũ vtrinq; etiam coniunctum, per d.§.si plures.Si ergo in d.vers. *vnde consequens*. ex proprio capite venirent,& nõ ex capite patris per Principis nouum priuilegium,quis dubitat, quin hi ergo excluderētur? Quia Imperator ergo dedit patribus illorum priuilegium excludendi patruum ex vno latere coniun-

ctum,

ctum, *in d. §. 3. in princ.* nunc filios vocandi in locum parẽtum: dat quoque idem priuilegium, vt ferant, quantum pater eorum, si viueret, auferret. Et ergo in stirpes, & non in capita: Ex quo vno versiculo satis confutari posset omnium Doctorum, & maximè Zasij assertio, qui hunc versiculum, *vnde consequens,* & Imperatoris Iustinia ni argumentationem in d. §. 3. non rectè inspexerunt: Aliter enim argumentatur Imperator ibi, aliter ipse Zasius, q̨a Imperator à principio d. §. 3. incipit argumẽtari (vt ante diximus) Zasius verò ex fine d. §. 3. ex versiculo, *sed & ipsis fratrum filijs.* SECVNDÒ quoque PROBATUR nostra assertio alio textu, in §. si autem cum fratribus, versic. *illud palàm.* in d. Authen. qui habet, illud palàm esse, quod fratrum filij vtrinque coniuncti excludant magnum patruum defuncto vtrinq; coniunctum, licèt vtrinque in tertio æquali sint gradu. Et quare illud palàm est quæso? Respondet Zasius, quia natura potiùs facit hæreditates descendere, quàm ascendere, *argum. l. nam & si parentibus, ff. de inofficio. testamen. cum similibus.* negans fratrum filios ibi repræsentare patrem, inquiens, vllo iota ibi hoc probari nõ posse. Sed certè egregiè fallitur, nam licèt natura potiùs descendentes respiciat, quàm ascendentes, tamen ius non minus ergo ius opitulatur ascendentibus in suis casibus & iuribus, quàm descendentibus, vt facilè ex eo conuincitur, quod frater ex vno latere facilè excludet fratris nepotem, de omni etiam iure, *per §. si verò neque fratres, in Authent. de hæred. ab intest. venient.* & frater vtrinque coniunctus, fratris coniuncti ex altero latere filios, *per d. §. 1. versic. ex diuerso, eod. titul.* qui tamen descendentes sunt: Nec vlla lege is mihi probare posset, ascendentes agnatos in pari gradu cum descendentibus, vspiam ab illis excludi toto iure Pandectarum, Codicis, vel Authenticorum, nisi ex certa aliqua & speciali causa, atque illa à iure expressa, *vt in d. versic. illud palàm. & d. §. 3. cum similibus.* Satis frustraneum ergo est suum assertum, quo ad illam partem. Secundò, quòd putat nullibi posse probari, in d. versic. *illud palàm.* ibi filios ex persona parentum venire, eorumque personam repræsen-

præsen-

præſentare, in eo rurſum labitur, vt ex ſupradictis ſatis patet: Quia † ſi non repræſentarent ibi patrem, profectò neceſſariò magni patrui ſimul venirent cũ filiis fratrum, quia ſunt ſimul vtrobique defuncto in tertio gradu, *per §. ſi plures. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Sed quia priuilegium eos vocat in iura parentum, qui vno gradu præcedebant, ergo excludunt magnos patruos. Et hoc ideò, quòd eorum patres excluſiſſent, ſi ſuperfuiſſent, *d. §. 3. in Auth. de hæred. ab inteſta. venien.* Aliter † ergo nos interpretabimur, quare Imperator dicat: Illud palàm, in d. §. ſi autem cum fratribus, verſic. illud palàm, eod. tit. quàm Zaſius: nam ideo palàm eſſe dicit, filios fratrum excludere magnum patruum, quia argumentando à maiori, hoc vult dicere, ſi excludunt fratrum filij patruum ex vno latere coniunctum, qui eſt defuncto in ſecundo gradu (*vt antè dixerat*) *in §. 3. in Authen. eod. qui immediatè præcedit, d. §. ſi autem, verſic. illud palàm.* Ergo multò magis excludẽt magnum patruum, qui defuncto eſt in tertio gradu. Sed conſiderãs Zaſius, quòd iſtud fortè obiici poſſet, inquit, dato quòd in tali caſu repræſentant patrem, vt in d. §. ſin autem, verſic. illud palàm. (quod tamen impoſſibile eſt) tamen hoc caſu, inquit, dicendum eſt, quòd fratrum filij repræſentantes patrem, ſaltem veniant ad excluſionem alicuius, nempè magni patrui, licèt non cum iis ſuccedat, & ergo admittit quaſi, quòd in tali caſu in ſtirpes ſuccedere poſſent, ſecùs verò, quãdo ad excluſionẽ nullius veniunt (quod idem reſponderi etiam poſſet ad alium text. d. §. 3. verſic. *vnde conſequens*, eod. tit. ſuprà pro nobis allegatum, vbi fratrum filij vtrinque coniuncti patruum ſuum ex altero latere cõiunctum excludunt.) Sed paucis, Zaſius debet, velit nolit, admittere, quod in caſu noſtro d. §. ſin autem, verſic. *illud palàm.* eod. tit. ſuccedunt ex iure parentum, ex priuilegio Imperatoris, quia (vt ſuprà diximus) impoſſibile aliàs eſſet, quod ſuum magnum patruum excluderent, cùm eiuſdem ſint gradus cum illis, *per d. §. ſi plures. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. & ſimiles ſuprà citatas.* Sed eſto, ita eſſe (vt vult Zaſius dictum ſuum obtinere) ſcilicet in ſtirpes ſuccedere, quando ad exclu-

105
106

exclusionem alicuius veniunt. Sed tum quæro à quouis docto, an ne tum subuertetur totum fundamentum Zasij, qui omnem suam vim ponit in eo, quòd tūc demùm fratrum filij succedunt in stirpes, quando cum suis patruis succedunt, ex d. §. 3. versic. *sed & ipsis.* & §. si autem cum fratribus. versic. *quandoquidem*, in Auth. eod. ex quibus solum argumentum facit. Nam in isto iam casu nostro d. §. sin autem, versic. *illud palàm.* soli succedunt, & nō cum patruis, amitis, vel materteris, vel patruis magnis.

107 Ergo iam † deberent in capita succedere, secundùm ipsiusmet assertionem, conuincitur ergo hic ex seipso, & proprio suo iugulatur gladio. TERTIÒ PROBATVR nostra assertio alio textu, qui statim immediatè succedit, vers. *vnde consequens*, in d. §. 3. vers. *huiusmodi.* in Authen. eodem. vbi se refert ad casus præcedentes, & generaliter loquitur, videlicet, quòd huiusmodi priuilegium solis præbeat fratrum filiis & non vlterioribus, vt in parentum suorum iura succedant, quæ verba declarant repræsentationem. Ecce hic in genere omnia præcedentia limitat Imperator, quousq; suum priuilegium extendi velit, & non absurdè etiam ad casum immediatè præcedentem referri tantùm posset, vbi de fratrum filiis tractauit, qui excludunt patruum ex vno latere coniunctū: nam mentionem non facit in d. versi. *huiusmodi*, de eo casu, quando cum patruis succedunt, vt in versiculo, *sed & ipsis.* statim ibi sequente facit, vt postea dicā, quod etiam colligi posset satis ex verbis dicti versiculi, *huiusmodi.* ibi, *huiusmodi priuilegium*, in hoc ordine cognationis, scilicet, quando excludunt patruum ex vno latere coniunctum, de quibus ibi immediatè dixerat, nam in dicto versiculo, *sed & ipsis.* qui statim sequitur versiculum, *huiusmodi*, ibi alium casum decidit, nempè quando non soli, sed cum patruis succedunt, quod & tunc quoque filiis fratrum dat priuilegium: ex eo hoc satis constat etiam, quod in dicto versiculo, *sed & ipsis.* expressè loquitur in casu, quando cum propriis vocantur Thijs, quod in dicto versiculo, *huiusmodi.* non dixit: ex quibus colligitur, Imperatorem ad vtrumque casum propositum separa-

tim

tim respondere voluisse, ne quid dubietatis maneret: & certe nisi ita intellexerimus, culpari Iustinianus iustè posset de superfluitate: nam idem in versiculo, *sed & ipsis*. aliàs dixisset, quòd in dicto versiculo, *huiusmodi*, quæ benè sunt consideranda: nec obstat quod Zasius dicit versicul. *huiusmodi*, loqui, quando filij fratrum succedunt cum patruis vtrinque coniunctis, quia istuc merum est figmentum, & non simpliciter verum, quia immediatè in præcedentibus d. versicul. *huiusmodi*, tractauit de fratrum filiis solis, vt repræsentarent patrem excludentes patruum ex vno latere coniunctum: ne tamen quis putaret, quod & fratrum nepotibus tale priuilegium daret, subiecit statim restrictionem vlteriùs non admitti, in dicto versicul. *huiusmodi*. ibi, *nulli alij omninò*. QVARTÒ PROBATVR nostra opinio alio textu, per d. §. 3. versic. *sed & ipsis*. in Authent. eod. quem tamen textum maximè pro se adfert Zasius, vbi dicitur, [sed & ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur thijs.] Ecce iste versicul. immediatè sequitur dictum versiculum *huiusmodi*. vbi dixerat, quod fratrum filij in suorum parentum iura succederent, & hoc, quando soli essent: subiunxit ergo nunc statim & hunc versiculum, *sed & ipsis*. vbi vult dicere, quod non solùm quando filij fratrum soli sunt, succedunt in iura suorum parentum, sed & tunc etiam, quando simul cum patruis succedunt in successione patrui mortui. Et probat hoc copulatiua illa (ET) quæ sine causa ibi posita non est, imò habet Emphasim: nam si voluisset Imperator solùm obtinere in casu, quo cum suis patruis succederent, & tunc demùm in locum parentum suorum succedere, non dixisset, *sed & ipsis*, sed dixisset, *ipsis fratrum filijs*, (neglecta copulatiua, ET) tunc hoc beneficium conferimus, &c. Aliàs alterum fuisset superfluum: vt suprà diximus, & ideò ille textus dicti versiculi (*sed & ipsis*) non videtur restringere priuilegium nouissimi iuris ad eum casum solùm, vbi fratrum filij cum propriis thijs vocantur, sed extendere potiùs & prorogare. QVINTÒ nostra sententia

alio

alio loco PROBATVR in §. si verò neque fratres. in d. Authentica. vbi dicitur, quod post fratres & fratrum filios reliqui vocabuntur in capita, & non in stirpes, ergo certum est, quod si sint fratres vel fratrum filij, quod illi vocabuntur in stirpes, cùm successionem in capita solùm admittat post fratres & fratrum filios. Nec obstant illa verba (*sicut diximus*) in d. §. si verò neque fratres. in Authent. eodem, in quibus Zasius magnam vim ponit, quasi in præcedentibus nusquam sit mentio facta filiorum fratrum, vbi soli per se succedunt, sed semper quando veniunt cum thijs, & ergo illam parenthesim (*sicut diximus*) se semper referre ad casum, quo simul cum thijs succedunt. Quia hoc falsum esse ante probauimus: nam in præcedentibus de vtroque casu Imperator disceptarat, atque ideò parenthesis (*sicut diximus*) ad vtrunque casum referri potest & debet. SEXTÒ, nostra sententia rursum alio CONFIRMATVR textu, per d. §. si verò neque fratres, versic. *si autem plurimi*, eodem tit. vbi si vltra fratrum filios plurimi sunt eiusdem gradus: anxiè Imperator decidit, quòd tunc singuli in capita succederent, & non in stirpes, quod tamen indubitatum erat, & iure Pandectarum, *l. 2. §. hæreditas, ff. de suis & legit. hæred.* & de iure Institutiònum, *§. hoc etiam addendum, in fin. Institut. de legit. agnat. succeß.* tum etiam de iure Codicis, *l. 12. tabularum, §. illo procul dubio, C. de legit. hæred.* Sed certè hoc ideò expressè Imperator voluit nunc dicere, ne quis putaret priuilegium, iam de nouo concessum fratrum filiis, quoque concessum fratrum præmortuorum nepotibus & pronepotibus. Quia ergo Imperator in casu indubitabili ibi expressit, fratrum præmortuorum nepotes in capita succedere, sine dubio censetur fratrum præmortuorum filios admisisse in stirpes simpliciter, *argum. l. cum Prætor, ff. de iudic.* aliàs etiam benè in isto casu indubitabili expressisset. Et sine dubio si Imperator noluisset idem obseruari, & in casu, quãdo fratrũ filij sine patruis succederent, quemadmodum quando cum patruis succedunt, hoc expressè dixisset, vt fecit in casu, quando præmortuorum fratrum nepotes vnius gradus succedunt.

Postre-

Postremò certum est, quòd omnes tituli Auctenticorum ab Imperatore facti, sunt vel ad ampliandum, vel derogandum, vel abrogandum ius Pandectarum, institionum, vel Codicis, quod nemo negare potest. Sed si admitteremus, fratrum filios inter se in capita succedere, iam textus in d.§. si verò neque fratres, in Authen. de hæred. ab intestat. venient. nihil noui adferret, sed idem diceret, & quod ius Pandectarum *in l. 2. §. hæreditas, ff. de suis & legiti. hæred.* & quod ius Institutionum *in §. hoc etiam addendum, Instit. de legit. agnat. success.* & quod ius Codicis habet, *in l. legem 12. tabularum. C. de legit. hæred.* cùm tamen certũ sit, quòd de personis prædictis de nouo aliquid constituere ordine valuerit, vt satis alibi apparet *ex d. §. si verò neque fratres, in d. Authen. eod. tit.* Stat ergo iure probata ex prædictis nostra sententia.

Nunc videamus paucis,† quo modo poterimus confutare dicta Zasij, & eorum qui adhærent. Et PRIMÒ, (vt antè etiam diximus) collocat maximum suum fundamentum Zasius super eo, quòd inquit, Imperatorem tunc hoc beneficium dare, quando cum thijs succedunt, *ex d. §. 3. versic. sed & ipsis, in Auth.* Sed probauimus antè sufficienter, illud fundamentum nullis viribus subsistere, nec verum esse, nec aliqua in parte obstare, vt ex prædictis patuit. Quare hic repetere, & actum agere opus nõ est. Sumit enim argumentum Zasius ex dicto textu à sensu contrario, ex particula, TVNC, quæ extremitatem, vel restrictiuam significat (vt vult.) Sed certè tale argumentum à contrario admodum debile est, & non subsistit, etiamsi taxatiua vel restrictiua aliqua apposita positioni fuerit, dummodò lex contraria adferri posset: *l. fin. §. filius autem, C. de bonis quæ liber. iuncta l. penult. C. qui testam. facere poss. & d. Præses in loco suo legali à contrario.* Sed hîc sunt iura in contrarium: vt §. 3. versic. *vnde consequens*, item versic. *huiusmodi.* Rursum §. si verò neque fratres, in d. Auth. ergo à contrario non subsistit eius argumentum, ex dicta particula restrictiua, TVNC, non sequitur, dedimus illud priuilegium illis, quando cum patruis succedunt, ergo denegamus, quando sine illis succedunt per se, ex 10 18

ſuprà dictis, *per d. §. 3. verſic. vnde conſequens, verſic. huiuſmodi, verſic. ſed ipſis, cum ſimil.* Secundò non obſtat, quod ait, Imperatoris propoſitum non fuiſſe, iuuare eos priuilegio, quando per ſe venire poſſent, per regulam, qui iure communi tutus eſt, non egere priuilegio, *l. in cauſæ, ff. de minor.* quia iſtud in noſtro caſu (vt pace dixerim) verum non eſſe, conſtanter aſſero: nam voluit vtroque modo iuuare, & quando proprio marte venirent, & quando cum
109 patruis ſuccederent. Et † ratio quæ Imperatorem mouit ad hoc, vt ſolos etiam in ſtirpes admitteret, non parua fuit: quia noluit, quòd mortuis parentibus eorum, liberis iam doloroſis, dolor alius accumularetur, & ſanctè, *argum. l. vnicæ, in fin. C. de ijs qui antè apertas tab. l. fin. C. communia de ſucceſſ. l. tam dementis, C. de Epiſcop. & cler. l. diuus, ff. de offic. Præſid. §. 1. Inſtit. ad Senatuſconſult. Tertul.* Ecce quàm pulchrè motus Imperator, dolorem dolori non ſuperaddendum exiſtimauit, quòd haud dubiè contingeret, ſi in capita ſimul ſuccederent, maximè in caſu, vbi vnus filius fratris præmortui relictus eſſet, & ex alio fratre præmortuo duodecim aut plures: nam hìc duodecim relicti ex altero ſeparatim ſinguli tamen auferrent, atque vnus ille relictus ex altero fratre, cuius vnius pater, ſi vixiſſet, totam mediam partem tuliſſet, quod Imperator conſiderabat non eſſe rationi conſonum, & triſtè ſatis. Cæterùm ille dolor non accumulabitur dolori vbi plures ſunt: nam licèt in ſtirpes ſuccedunt: tamen conqueri non poſſunt, cùm eorũ pater, etiamſi vixiſſet, præter mediam partem à fratre defuncto nõ habuiſſet, vnicus ergo hìc manet dolor. In alio caſu duo dolores, nẽpè ex patris amiſſione vnus, & nunc ex partis hæreditatis ſublatione alius, quod Imperator noluit, per ſupradicta. Et ergo admodum naturale eſt & æquiſſimum, in ſtirpes ſuccedere, & non in capita, quãquam Zaſius *in d. ſuo cap. ſing. intellect. & in 4. ſuo conſi.* Salic. & Bald. *in Auth. ceſſante, C. de legit. hæred.* dicant, contrarium magis naturale videri: quam tamen noſtram rationem à nobis hìc datam ſi perpendiſſent, ac omnia pleniùs diſcuſſiſſent, nõ dubito, quin aliter ſenſiſſent, & pronunciaſſent. Non

obſtat

obstat quoque à Zasio allegatum, nempè quòd priuilegium hic non iuuaret, vbi in stirpes succederent: quia hoc simpliciter nego. Nam licèt non iuuet plures fratrum filios: iuuat tamen numerum minorem, qui tantum iam consequitur, atque pater eorum fuisset consecutus, quod non fieret, si in capita succederent. Neque verum etiam est, quòd ait, priuilegium Imperatoris in nostro casu producere contrarium effectum, nempè læsionem, cùm iuuare deberet: quia & hoc verum non esse dico, quia non possent dicere, quippiam præiudicij sibi per hoc fieri, cùm tantum illis tribuit Imperator, atque eorum parenti tribuisset. Non obstat quoque regula allegata à Zasio, *ex l. in causæ, ff. de minoribus.* quæ habet, quòd is, qui communi iure tutus est, priuilegio non egeat, atque ideò benè vestitum, dummodò vestire opus non esse, nec sano emplastris mederi, qui propriis viribus ambulare posset, baculo seu tebicine sustineri: quia dicta regula d. l. in causæ, ff. de minoribus. loquitur, cùm quis plenè, quod sibi debetur, iure communi consequi possit, tunc opus non esse vti priuilegio sibi concesso, *vt ibi.* At hîc plenè non haberet, quod patri suo debitum fuisset, si superesset. Ergo vtitur necessariò priuilegio, & sic per consequens vestitus aliqualiter melius vestitur, quod non est absurdum, nec nouum, vt tamen Zasius voluit & existimauit. Postremò, quòd ait, nullam esse rationem, quare magis fratrum filij in stirpes vocantur, quàm fratrum nepotes, qui patruo magno succedentes, per se tantùm in capita vocantur, *§. si verò neque fratres, in Authent. eod.* nihil conuincit: nam debet nobis sufficere priuilegium Principis, qui & sine causa quid potest constituere, *argum. §. sed & quod Principi, Instit. de iure natur. gent. & ciuil. in fin.* Et (vt nodum illũ nodo pellam) dicat is mihi vel alius quilibet, quare præmortuorum fratrum nepotes non ita in stirpes vocauit per se, atq; fratrũ filios, vel eos admisit cũ suis patruis, vel magnis patruis ad successionẽ magni patrui vel propatrui. Illa ergo breuibus ratio nobis sufficere debet, quòd ita Imperatori libuit, *l. non omnium, ff. de legib.* & hactenus vt

textibus apertis nullisq; Doct. authoritatibus nostram probauimus sententiam, ita quoque nunc in fine authoritatibus confirmabimus. Vt enim Zasius pro se habet Azonem, qui tamen inquit, FORTE, & sic dubitatiuè *in sua summa, C. de legit. hæred.* ita nos Accursium, qui licèt principio (re non perspecta plenè) consensit Azoni *in glos. §. hoc etiam addendum, in verb. in capita, Instit. de legit. agnat. success.* posteà tamen contrarium tenuisse constat, *in gloss. d. Auth. cessante, C. de legit. hæred. & quodam suo consilio.* Iterum, vt illi Salicetum habent, Butrigarium, Baldum, & omnes neotericos post Zasium, quotquot sunt: ita nos iterum Angelum, Fabrum, & omnes ferè Doct. veteres, qui tamen præter opinionem & authoritatem glossarum (vt benè
110 eos taxat Zasius) nihil adferunt: Et † Bart. *in l. 2. §. hæreditas, ff. de suis & legit. hæredi. & in consilio suo* 251. qui non rarò ab omnibus ferè Doct. veritatis pater nominatur, quanquam Zasius cauillasse hac in re eum, & pilum lanę subfuisse, & ex vero falsum produxisse affirmat, non memor virum grauem decêre scriptis potiùs modestè aduersarium, quàm probris conuellere, sed maledicta nõ curamus, textibus enim apertis iam digladiati sumus, in quibus ipsa veritas consistit, non in glossis, nec authoritate Doctorum. Et hæc suffecerint quo ad sextam conclusionem.
111 SEPTIMA CONCLVSIO erit, † si moriens relinquit solùm fratrum nepotes, illi succedunt simul in capita, & non in stirpes, *d. §. si verò neque, in Auth. de hæred. ab in-*
112 *testa. venient. Authen. post fratres, C. de legit. hæred.* Et † si esset ex magnis patruis aliquis, qui in eodem gradu cum illis esset, hoc casu (licèt iure ciuili simul succederent) *d. §. si vero neque fratres. & §. si plures, Instit. de legit. agnat. success.* tamen puto in feudis, quòd magnus iste patruus excluderetur à fratrum nepotibus, & non solùm ab illis, sed etiam à pronepotibus & omnibus descendẽtibus ex illa linea, & hoc per text. notabilem *c. 1. §. paternum, vsque ad fin. de natur. success. feud.* qui in effectu velle videtur, omnes qui sũt illius lineæ, qui obiit, descendentes præferri ex alia linea ascendentibus. At defuncti linea se solùm extendit ad

ad patrem ascēdendo, & rursum descendit ad fratrem, ergo patruus, vel magnus patruus, vel propatruus defuncti, & similes excluderentur: nam supra patrem rursum alia linea auspicatur: Vocat autem aliam lineam illam, quæ est extra lineam, ex qua is est, qui obiit. Et quòd eius sim sententiæ, moueor ex d. text. d. c. 1. §. paternum, versicul. *dummodò suas,* de natur. succes. feud. vbi non tam solicitè dixisset, *dummodò scias, &c.* Prætereà moueor ex verbis d. text. ibi, [ex latere oēs per masculos descendētes vsque in infinitum,] non enim inquit, ascendentes, quod est considerandum. Rursum moueor ex eo, quod ibidem inquit, [cùm quæreretur in d. c. 1. §. paternum, versic. *respondeo.* ad quos in linea transuersali feudum descenderet, respondeo ad solos & ad omnes qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit.] quæ verba & ociosa ibi posita non dicemus, sed benè notanda in casu isto specialissimo, qui contingere sæpè posset.

OCTAVA ERIT CONCLVSIO, quòd † licèt de iure communi, post fratrum filios, proximiores in gradu succedant excluso vlteriori, nulla differentia habita inter vtrinque coniunctos, & ex vno latere coniunctos, *Castrens. in Auth. post fratres, C. de legit. hæred.* illud tamen non obtinebit simpliciter de iure feudali, secundùm ea quæ diximus suprà in tertia conclusione, quæ semper inspicienda est, an successor prouenit ab eo, qui primò acquisiuit, vel minus: interim hoc verum est, post fratrum filios, & de iure feudali proximiorē in gradu vlteriorem excludere, *per d. §. si verò neque fratres. in Auth. de hæred. ab intest. venient.* quia de iure feudali nihil expressè super eo cautum est in descendentibus, *argum. c. 1. §. strenuum, de feudi cognit.* Et ergo fratris filius excludet plenè fratris nepotem, *ex d. §. si verò neque. & §. 3. versic. huiusmodi. in Auth. de hæred. ab intest. venient.* 113

NONA ERIT CONCLVSIO, quòd † mutus, surdus, vel aliàs imperfectus agnatus proximior, qui medicorum opinione sanari non potest, in feudo non succedit, sed in gradu sequentes, si antiquum feudum fuerit, *per c. 1. in 2. respon. an mut. vel aliàs imperfect. & ea, quæ infrà in* 114

13.parte de defectu dicemus. tantùm tamen ei dabitur ab eius successore, ex quo se honestè sustentare valeat, si aliundè non habet, *c.1.§.quinetiam, versic.mutus. Episcopum vel Abb.* Si verò medicorum opinione sanari posset, etiam si natura venisset vitium, tamen feudum retinebit, & in eo succedet, *d. c. 1. an mut. vel aliàs imperfect. in 1.Respon. & per ea quæ infra in parte 13.de defectu dicemus.*

115 DECIMA CONCLVSIO erit,† quòd monachi, religiosi, clerici, agnati, in feudo etiam paterno seu antiquo non succedent, *c.1.de feud.fœmin.c.1.an mut. vel imperfect. in fin.c.1.§.si quis per triginta, versic.qui clericus, si de feud. defunct. content.sit.* Et ratio est, quia iam tales sunt, qui seruire nec per se, nec per alium possunt, *c.1.de vasal.mil.qui arm. bellic. deposuit, c.1.in fin. an mut. vel aliàs imperfect. & per ea quæ infra in parte 13.docebimus.* Et hoc, quando verè prædicti in sacris sunt constituti secùs si clerici minoris tantùm tonsuræ essent, vel religiosi adhuc constituti infra annum probationis, *Doct.in d.c.1.de feud.fœmin.Curt.in tertia parte, fol.269.mihi.& nos infra in 13.parte.* FALLIT primò hæc conclusio in fœmina facta religiosa, quæ aliàs successura fuisset in fœmineo feudo agnatæ vel cognatæ, aut simili. Nam vt illa per substitutum seruire potuisset per primam concessionem domini, si in seculo mansisset, *vt infra in 13.parte de defectu docebimus.* ita quoque iam nihil impedimento erit, quo magis dominus de ea conqueri posset, constituendo substitutum, *ita Curtius post multos alios in d. sua 3. parte, fol.vt suprà.* Sed equidem quid sentiam de ea, infra in decimatertia parte tractabo, vbi de defectu tractabitur. FALLIT secundò in illis cruciferis, qui militant contra infideles. Illi quoque licèt quandam profiteantur religionem, tamen in feudis succedunt, & si quod habent retinent. *Curt.d.loco.* FALLIT tertiò, nisi principio inuestitura hoc pacto cautum foret, vt clerici seu religiosi succederent, *arg. c.1.§.prætereà, quid sit inuestit.*

VLTIMA CONCLVSIO erit, si lex vel statutum haberet, quòd mortuo marito, vel econtrà vxore, alter partem bonorum aliquam lucrifaceret, tamẽ istuc alter

116 ex feudo nõ obtineret, † quia vt vxor & maritus in feudo,

do, etiam nullis existentibus liberis vel agnatis, nō succedunt, *c. si fœmina, an maritus succed. vxor. in benefic.* (quod tamen in bonis allodialibus de iure communi admittitur.) *toto tit. ff. & C. vnde vir & vxor.* ita nec quoque in vlla parte feudi ex statuto, lege, vel pacto habito inter virū & vxorem, *text. in c. 1. §. quamuis, iuncta glos. verbi quartæ, de inuest. de re alien. fact.* Et vt vxor marito in feudo nō succedit, ita nec socius socio, nullis etiā existētibus legitimis hęredibus, nec ipse fiscus, sed sēper ipse dominus. Vt enim non potest vasallus quippiam in præiudiciū aliorum facere quorū interest, *c. 1. de alie. feud. pater.* ita quoq; nec lex, nec statutum, nec ipse Princeps, *arg. l. nam ita diuus, ff. de adopt. cum simil. iuncta l. nec auus, C. de emancip. liber.* Interest enim iam domini, feudum ad alium non deuolui, quàm ipse cupiat. Nam aliàs ei inuito agnasceretur vasallus, quod iura feudalia non admittunt, *c. 1. in fin. de frat. de nouo benefic. inuestit.* Huic infero, † ciuitatem, seu cōmunitatem, etiam 117 ius sibi statuto vel consuetudine arrogare non posse iurisdictionem exercendi super causis feudalibus, domino feudi neglecto: nam vt alteri suū auferre, contra humani, tum diuini iuris dispositionē esse, nemo ignorat: ita tale statutum, consuetudinem, vel potiùs corruptelam contra ius diuinum, tum naturale, vt peccatum fouens & ad delinquendum inuitans, inductum, tempore aliquo, etiam longissimo, confirmari negamus, *vt ex ijs patet satis, quæ suprà in parte 1. de consuetudine docuimus.* Vt enim lex honesta, iusta, & secundùm naturam esse debet, *c. erit autem lex, 4. distin.* ita quoque statutum & consuetudo: & ergo vasalli etiam, qui talibus statutis consentiunt, seu acquiescunt, iurisdictionem domini ita prorogantes, vt periuri domini vtilitatem, honorem & iustitiam contemnentes, meritò amissione feudi mulctabuntur, *vt quoque in parte decimaquarta circa finem, tenuimus.* Et hæc hucusque, quo ad successionem masculorum ascendentium, descendentium, & agnatorum collateralium sufficiant, nunc ad succesionem fœminarum pergamus.

Hactenus de successione masculorum satis superq;

118 tractauimus: Restat nunc † quoque fœminarum successionem declarare per quasdam fallentias, præmissa generali vna regula: Primò ergo hîc vnica regula præsupponenda erit, † nempè quòd feudi consuetudine fœminæ non succedunt in feudis, siue pater vasallus sibi simpliciter acquisierit, siue sibi & hæredibus: nam licèt appellatione hæredis communi iure omnes successores, & sic filiæ, veniunt, *l. hæreditatis appellatione, ff. de verbor. signific.* in feudis tamen diuersum obtinet, *c. 1. §. hoc autem, de ijs qui feud. dare possunt. c. 1. §. filia, de feud. success. c. 1. §. ad filias. de success. frat. & grad. succed. in feud.* & rationem dant Dd. quia
120 fœminæ † ad pugnam & seruitia militaria habiles non sunt: huic tamen rationi, vt videtur, obstare posset Camilla aliqua Vergiliana, Penthesilea, vel Hipsicratea, & id genus fœminæ. Sed certè nec illæ regulam nostram rumpent (quanquam Andreas de Yser. *in d. c. 1. §. hoc autem.* eas admittere videatur.) obstantibus aliis adhuc rationibus, nam certum est, vasallum talem esse debere, qui domini secreta poterit celare, *c. 1. quibus mod. feud. amit. tit. 2.* sed fœmina præsumitur talis, quæ id facere non posset, *Bald. in l. quoties, C. de suis & legit. liber. Iacob. de S. Georg. in gl. super verb. & fœminas.* Est enim earum mens & consilium tum fragile, tum lubricum, *c. forus, extr. de verb. signific.* Præterea non facilè illa expedire posset, quę fidelitatis forma requirit, *toto tit. de form. fidel. & tit. de nou. form. fidel.* Quinq; ergo Baldus adfert rationes, fœminæ quare non admittãtur, *in d. l. quoties, C. de suis & legit. liber.* Prima est, quia arma ferre non possunt. Secunda, propter publicam honestatem, quæ nõ patitur fœminas interesse virorum cœtui, *argum. l. 1. ff. de postuland. & eorum quæ notantur à Doct. & præside Viglio in §. illis autem temporibus. Institut. de milit. testam.* Tertia, propter fragilitatem consilij. Quarta propter lubricitatem voti. Quinta, propter periculositatem secreti, *de quibus etiam alibi Curt. in part. 3. fol. 210. mihi.* (Communis est hæc & passim recepta sentẽtia, fœminas etiã ad bellũ & militaria onera idoneas, in feudis nõ succedere, *Aluar. in §. & quia, de his qui feu. dare poss. Mart. Laud. ibid. Petr. Rauen. in §. hoc autem notandũ, eod. tit. Curt. iun. in tract. suo feu. par. 3. in prin. num. 9. versic.*

verfic. feptimò limitate. Hannetonius lib. 2. cap. 8. Loriot. in tit. de his, qui feud. dare poffunt. §. & quia. Zafius in epitome feudali, parte 8. de feud. fucceff. nu. 36. Atque hanc opinionem communiter approbatam effe teftatur. D. Hartmannus Piftorius in parte pofteriore, lib. 2. cap. 33. num. 3.) † Prædicta vera funt, etiamfi feudum à parente vafallo emptum foret pro fe, fuisque hæredibus: & hoc propter generales placitorum feudalium regulas, quæ fœminas fimpliciter excludunt, *d. c. 2. §. hoc autem, & alijs, fupr. allegat.* † Nam licèt fit feudum emptum, nihilominùs feudum proprium tamen eft, vt fuprà in definitione fatis docuimus, licèt multi, & maximè Odofredus, contrarium opinentur, *in fua fumma tit. qui in feud. fucced. poff. & alij. (Odofredum refert & fequitur Bald. in c. fignificauit, in 2. colum. e xtr. de refcript. in l. liberti, poft Cynum. C. de operis liber. Ruin. in confil. 18. primò & principaliter, num. 18. Roman. confil. 367. colum. pen. verfic. fallit me. Parif. confi. 4. num. 39. volum. 1. Bald. c. 1. §. & quia vidimus. qui feud. dare poff. Cozadin. confil. 9. in hac caufa, num. 55. & confil. 56. nume. 19. Ioan. Baptifta Ferret. confi. 108. Curt. Senio. confi. 48. num. 11. Corne. confi. 16. libr. 1. Anton. Rubeus in confi. 110. num. 3. Decius confi. 139. nu. 1. 208. num. 5. 269. num. 6. 424. nu. 14. Cephal. lib. 2. refpon. confi. 173. num. 8. Clarus hanc communem atteftatur lib. 4. §. feudum, q. 73. verfic. & hæc opinio.* Contrariam tamen opinionem veriorem effe, & fœminas etiam in emptitio feudo non fuccedere docet & demonftrat euideter D. Hartmannus Piftorius pofteriore parte, lib. 2. titu. 34. num. 8. & 9. quo in loco iuris authores probatiffimos, qui cum authore noftro confentiunt, adducit, quorum authoritatem, quoniam hanc difputationem feriò in docendo & incorruptè examinârint, maioris effe vult ponderis, quàm fuprà dictorum, qui fæpiùs partium ftudio caufis deferuire maluerunt, quàm veritatem inquirere.) exiftimantes fœminam in tali feudo magis vi cõtractus, quàm feudi, fuccedere, quod & Bal. *in §. & quia. de ijs, qui feud. dare poff.* fequi videtur, dum inquit, hoc benè effe notandum, fed falluntur. Nam cùm regula aperta fit, quòd fœminæ non fuccedunt fimpliciter in feudo, nec regula aliqua vel textus poffet in cõtrarium adferri, putemus regulam noftram feruandam.

121 (margin, beside "33.num.3.) † Prædicta")
122 (margin, beside "alijs, fupr. allegat. † Nam")

123 † FALLIT primò hæc regula, si sit fœmininum seu feudum maternum, hoc est, à fœmina adquisitum pro se & hæredibus suis: hoc enim casu, nullis masculis existentibus, filia vel neptis venient, etiam si hoc pacto expressè non sit prouisum, *c.1.de feud.fœmin.* quãquàm aliqui pactum requiri putàrunt, *vt in d. c.1.dicitur*, quod aliqui etiã Doct. secuti sunt, vt Andr. de Isern. & glo. *in d.c.1.de feud. fœmin.* contrarium tamen verius est, *vt ex text.in d.c.1.faciliè quis intellexerit*, & nostræ quoque sententiæ sunt Aluar. & Præpos. & communiter Docto. *in d.c.1.* (Vide D. Hart. Pistor. qui ex vtraque parte refert iuris authores de hac re differentes, eorumque rationes & momenta exacto iudicio perpendit, tandem verò argumentatione Sonsbeckij motus in eiusdem sententiam concedit, *d.lib. capite 34.num.14.15. & sequen. ipseque Zasius in sua octaua parte, fol. 41.mihi.* Et probatur satis alibi, *in c.1. de natu. succe. feud.* vbi dicitur, quòd filia non succedit, nisi ex pacto, vel nisi sit feudum fœmininum disiunctiuè, quod est notandum, & iterum alio textu, *in c.1.versicu. ad filias. de success. frat. & grad. succed. in feud.* Primam ergo partem d. textus, d.c.1. de feud. fœminin. per secundam dicetis abrogatam. FALLIT secundò, si dominus ex gratia filiam inuestire patre mortuo velit, propter patris egregia seruitia: vel filia, mortuo patre, redimeret à domino, ita textus alibi, *in c.1.quemad.feud.ad fil.pertine.* quem loqui de nouo feudo, quod ad dominum redierat, communiter Doct. asserunt, licèt in fine d.c.1. de paterno loqui videtur, dum inquit, à parentibus non posse reuocari, quia si esset nouum, iam parentes, hoc est, agnati legitimi, nõ possent conqueri, quia ad collaterales nouum nõ transuoluitur, c.1. de frat. de nouo bene. inuest. c.1. §.1. versic. Si autem vnus. de ijs, qui feud. dare poss. c.1. de success. fratr. & grad. succed. in feud, sed quia hîc de agnatis fit mẽtio, videtur de paterno loqui, quod benè ad collaterales transit, *d.c.1.versic.ita intelligendum.de success. frat. & grad. succed. in feud.*

124 † Sed huic iam obstat quòd dominus in filiam istud transferre non posset absque consensu agnatorum, *c.1.de alienat. feud. pater.* & ergo respondent Aluar.

& alij

& alij Doct. *in d.c.1. quemad. feud. ad fil. pertineat.* quod illa vltima verba de parentum seu agnatorum reuocatione superfluè ibi posita sunt, & quòd solùm de nouo feudo ibi loquatur in quo dominus ius plenum cõferendi habet, absque contradictione agnatorum. Sed paucis, quic quid dicant Aluarot. & alij communiter Docto. *in d.c.1. quemadmo. feud. ad fil. pertineat.* Et rursum Aluarot. alio loco. *in c.1. an agnat. vel fil.* vbi varias huius rei solutiones adfert, † puto sustineri posse dictum textum de feudo paterno loqui in casu, quo erant quidem agnati parentes, 125
sed non tamen legitimi, hoc est, illius agnationis communes, *de quibus in c.1. versicu. quod ita intelligendum. de success. fratrum & grad. succed. in feud.* † Prætereà obtinere posset in 126
casu, vbi dominus pacto in prima inuestitura cauisset, quòd quandocunq; vasallus, siue primus, siue secũdus, siue tertius decederet sine filio masculo, seu descendente hærede, liberam conferẽdi potestatem habere vellet, quod pacto facere potest, *c.1. §. prætereà. quid sit inuestit.* Iam si filiæ defuncti gratiam domin⁹ facere affectat, hoc reclamare, nec impedire alij agnati possent, & sic intelligendo nihil superfluum fuerit. Nec his fallentijs prędictis obstat, quod suprà diximus, fœminas non esse capaces feudorũ, cùm nec seruire, nec domini secreta celare possent, atque illis iuramenti fidelitatis capitula non conuenire, & similia: quia hoc iam conqueri non poterimus, si de seruitijs, & alijs dominus illi gratiam facere velit, *vt quoque infrà in 13. parte docebimus.* FALLIT tertiò, si consuetudo esset, quòd filiæ, seu fœminæ, simul cum masculis succederent, hoc casu iterum regula non obtineret. Talis enim consuetudo non est ita irrationabilis, vt nullo modo admitti posset, *argument. l. quod non ratione. ff. de legib.* † Immò talem puto valere, quæ solas fœminas 127
admittit, exclusis omnibus masculis, per ea, quæ suprà docuimus, in prima parte de consuetudine, cùm nõ inuitat ad delinquendum. † FALLIT quartò, si dominus pacto concessit feudum vasallo, suis hæredibus 128
masculis & fœminis, hoc casu, si masculi filij non extarent, filiæ venirent ex pacto, *c.1. §. filia, de success. feud. c.1.*
versic.

versic. hoc autem notandum. de ijs, qui feud. dar. poss. c. 1. versicu. ad filias. de success. frat. c. 1. de natu. success. feud. Si tamen vasallus relinqueret filium & filiam, solus filius feudũ obtineret, non etiam simul filia cum fratre, *c. 1. §. quin etiam. Episcopum vel Abbat.* quia illa copulatiua(&)in ista oratione(attenta natura feudi) copulat solùm verba & non sensum. *Aluarot. in d. §. quinetiam. Episcopum vel Abbat.* Prædicta limitabitis vera (nempè filiã in hoc feudo succedere) dummodò filia absque fratre est, dum pater moritur, alioqui patre mortuo ante filium, si feudum fuit in filium deuolutum, mortuo posteà filio sine liberis, & relicta sorore, ad eam tamen feudum iam non transmittetur, licèt masculus non extet, sed ad dominum reuerteretur. *ita Bald. Andr. de Isern. Aluaro. Præposit. in d. c. 1. §. quinetiam. Episcopum vel Abbat. in verbis vlterius fœminæ non admittuntur. Zasi. in 8. parte. Et pro ista parte consuluerunt plurimi.. Paul. Castr. consi. 265. Petr. de Anchar. consil. 221. & plures alij, quos enumerat*
129 *Curt. in 3. parte, fol. 235. mihi, quos etiam post multa sequitur.* † Et sic vt filia exclusa est perpetuò: ita quoque excludi omnem sobolem tam masculum, quàm fœminam ex ea, Docto. asserunt, Doct. d. loco, ex regula, destructo antecedente, cadit & consequens, *l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. l. nihil dolo. §. cum principal. ff. de reg. iur.* Et hoc rursum limitant, nisi filius subitò post mortem patris moreretur, nullis relictis liberis. Illo enim casu volunt adhuc admitti so-
130 rorem ad feudum, *glo. in d. §. quinetiam, vbi Doct.* † Non enim vixisse dicitur, qui ilicò mortuus est. ita *gloss. in d. §. quinetiam.* quam communiter Docto. sequuntur, quanquàm Andr. de Isern. contrarium tenet, nempè momentũ considerari etiam oportere, quod testamenta rescindit, *l. 2. C. de postu. hæred. instit.* Sed certè quanquàm Docto. in illa sunt sententia, quòd frater simulatque acceptauit feudum, & moritur posteà absque liberis, feudum ad dominum potiùs trãsmittat, quàm ad sororem, per suprà
131 allegata non possim induci vt credam. † Nam capitula per eos allegata nusquàm hoc apertè probant. Et ergo videndum existimo, quid potiùs in hac parte æquitati, rationi, & voluntati maximè contrahentiũ conueniat,

& ipsis

& ipsis iuribus feudalibus. Vt ergo à fine incipiam, certum est, quod feuda pacta accipiunt, *c.1.§.prætereà, qui. sit i. uest.c.1.de nat.succe.feu.* Iam si pater eo pacto accepit, vt hæredes eius tam masculi, quàm fœminæ, in feudo succederent, quis dubitat (si pater filium & filiam tantùm superstites habebat) non voluisse istud feudũ, mortuo fortassis filio, ad filiam suam potiùs, quàm ad dominum (fortè inimicissimũ) redire? Quid quæso absurdi? Quid enim opus erat filiæ prouidere tali pacto, aut eius facere mentionem, cùm sciret ad nullum alium posse feudum quasi peruenire, nisi ad filium, aut dominum, posito, quod patre agonizando acquisiuit prædicto modo feudum, cùm intelligit filium suum iam integrum, sanum, benéque esse dispositum, ipse cùm agonizat nulla relicta spe euadendæ mortis? (vt sunt signa mortalia in certis morbis) quid quæso hîc spei erit pro filia? nisi qs dixerit, operari quid posse in euentum, si fortassis inopinatus casus obtingeret, vt filius subitò ante patrem moreretur, (quod est possibile) vt tunc saltem filiæ esset prospectum, vel fortè subitò post patrẽ, *vt suprà diximus.* † Sed certè nihil est: nam de raro contingentibus, & maximè isto raro casu, nunquàm iura feudalia cogitârunt, 132 *in d.§.quinctiam.* nec somniârunt, argum. *l. iura constitue. cum 3. sequentib. ff. de legib.* Præterea ponamus, patrem mille ducatis emisse feudum, habens filium spadonem, ineptum procreationi, & filiam, quis sanæ mentis dicet, ideo non esse pactum appositum hîc, vt filia succederet fratri? cùm absurdissimum esset dicere in hoc casu, patrem voluisse, vt potiùs feudum ad dominum rediret, quàm ad filiam: ad extraneum, quàm ad proximum sanguinem, *l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss.* Non obstat, quòd hoc expressis verbis debuisset expressisse, dicendo, & si filius moritur, volo, quòd illud feudum tunc ad filiam veniat, † quia sub istis verbis, nempè, pro me & hæredibus meis masculis & fœminis, dico idem comprehendi. Certum enim est, filiam esse patris hæredem, maximè in hoc casu, vbi filiæ (contra naturam proprij feudi) pater prouidit. Profectò miror admodum Doct. qui 133
in

in hoc feudo ita à patre pacto acquisito aliter sentiunt, quàm in feudo à fœmina simpliciter prius acquisito, *de quo suprà in prima fallentia*, in quo benè succedit filia, deficientibns masculis, licèt masculi aliquãdiù possederunt, etiam omnium Doct. sententia. *Doct. in c.1. de feud. fœminæ, & d.c.1. §. quinetiam. Episcopum vel Abbat.* quæ tamen feuda vbique quasi æquiparantur, *in c.1. de nat. succe. feud. & in c.1. de success. frat. & grad. succed. in feud.* Præterea nemo dubitat, quin casus. d. §. quinetiam. valdè sit dubius, & super
134 eo maximè Doct. disceptare: †Sed iam certum est, quod in ambiguis sententia maximè spectanda est eius, qui eam protulisset, *l. ambiguis. ff. de regul. iur.* Item mens proferentis potiùs, quàm ipsa verba, *l. si quis intentione ambigua. ff. de iud.* Iam quis dubitat, hanc fuisse mentem vasalli acquirentis, & text. in d. §. quinetiam. Episcopum vel Ab-
135 batem. ex supradictis? Postremò dubium non est, quin oratione in ambigua, vel dubia, sensus ille, seu intellectus, amplectendus potiùs sit, qui communi iuri consonat, qui humanior, qui vitio careat, qui rem faciat tutiore loco cõsistere, qui sit verisimilior, qui rationabilior, quæ omnia probantur, text. *in l. quoties idem, & ibi glo. l. quoties, l. semper in dubijs. ff. de reg. iur. l. quoties. ff. de verb. oblig. l. vbi. §. quoties. ff. de reb. dubijs, l. in ambigua. l. benignus. ff. de legib. latè Corne. consi. 138. & 245. in 4. parte, Dyn. consil. 8.* quod & Cicero *2. Rhetori.* & Quintilia. *lib. 7. Instit. oratoriarum*, eleganter attigêre, dum in legitimo statu id, quod ambiguum est, ita resolui docêt, vt si cõstet, alterũ ex intellectibus honestè, rectè, lege, more, natura, bono & æquo recipi posse, eũ sensum præferri: alterũ vero intellectum, qui cõtra-
136 rio modo se habet, reijci. † Hæc oĩa ideo allegaui, quò magis ab iniqua opinione glossarũ & omniũ Doct. animum vestrũ auocarem, cùm non ignorem, plures esse, putãtes esse nefas, à glo. ordinarijs cũ Doct. opinione firmatis discedere, quòd iam sit periculosum, alio loco do-
137 cuimus. † Stat igitur nostra suprà relata sentẽtia, nempè filiã, hoc est, fratris sororẽ, potiùs fratri in feudo succedere, vt sanguine coniunctam, quàm dñm extraneum, cùm multò id iustius, æquius, & humanius esse, nemo infi-

inficiari posset, vt ex supradictis ad oculum patuit: nam certè, si voluissent Obertus & Gerardus textũ, d. §. quinetiam aliter intelligi, hoc apertius expressissent, cùm mali plurimum per hoc euenire indies posset. Sed quid multis? videtur pro nobis textus apertus satis, qui feudum acceptum eo pacto, vt fœminæ etiam succedant, æquiparet feudo nouo accepto à duob⁹ fratribus pacto, vt sibi mutuò succedant, in. c. 1. §. si duo fratres, de feud. March. in fin. Sed certum est, quod in d. tex. *in d. c. 1. §. si duo fratres.* vterq; frater fuit prius in vita, & tamen sibi successerũt, ergo quoq; si semel masculus vixit, & posteà moritur fœmina, quę superest, ex dicto pacto succedet, propter æquiparationem ibi factam: nec minùs certè & alijs multis etiam locis apertè satis probatur, textibus rectè inspectis, *in c. 1. de eo qui sibi suisq; hære. iuncto c. 1. de duob. frat. à capi. inuest. c. 1. §. filia. de succes. feu. c. 1. §. ad filias. de success. fra.* Et post multa inuenio etiam eius sententiæ esse simpliciter Mart. Lauden. *in d. c. 1. §. quinetiam.* Iaco. verò de Belui. (quanquã cõmuniori opinioni adhæreat.) *in d. c. 1. §. quinetiam.* inquit tamen, contrarium tenere, esse contra contrahentium intentionem interpretari pactum inter dominum & vasallum hoc modo factum. Et hactenùs satis de quarta fallẽtia. FALLIT quintò in casu noui feudi, vbi duob. fratribus feudum simul est concessum hac forma, (ipsis & eorum hæredibus masculis & fœminis.)
† Tunc enim, altero fratre mortuo, relicta filia, ista filia patruũ & patrui filium excludet, *c. 1. de duob. fratr. à capita. inuestit.* quãuis masculi sint quoad partẽ acceptam à suo patre. Et hoc ideo in isto casu, quia pluralitas verbi, sibi suisq; hæredibus masculis & fœminis, in duas singularitates resoluitur, scilicet fratri cuilibet, & hæredibus eorũ masculis & fœminis. Prospexisse enim vterq; hoc in casu (relictis omnibus) suis videtur hæredibus, *d. c. 1. de duob. frat. à capitaneo inuest.* Nec huic obstat alibi tex. in c. 1. de eo qui sibi & hære. suis, vbi nepos ex filio excludit ex filio neptẽ, vt in fallentia sequẽte dicemus: quia ibi fuit prima inuestitura vni tantũ facta, à qua alia soboles, & sic seruushęres, processit. Illo enim casu sem pp ręfertur 138

masculanskrift

masculis alijs fœminis à latere, etiamsi remotiori gradu constitutus sit, ex vi pacti, *d.c.1.de duob.fra.à capitaneo inuest.vt infrà dicemus.* In nostro verò casu, duobus fratribus de nouo à principio facta fuit inuestitura, vbi meritò quisque suis descendentibus à principio separatim prospexisse præsumitur, & præposuisse collaterali, *ita Alua. in c.1.§.quinetiam.Episc.vel Abb.Zas.in 8.parte, fol.43.mihi.Cur.in 3.parte, fol.239.mihi.* quod benè notandum perpetuò fuerit, quia multi putarēt contrariū, propter regulā alio loco positam, *in d.c.1.de eo qui sibi vel hæredibus suis.* quæ habet, non esse fœminis locum in successione feudi, quandiù masculus superest, quod tamen in casu prædicto erat, *d.c.1.de duob.fratr.à capita.inuest.* de qua re mox latiùs an regula sit, an minùs. FALLIT sextò, si vasallus pro se vel hæredibus suis masculis, vel, illis deficientibus, fœminis feudum acquisiuit per pactum, hoc casu, donec extat masculus, siue per masculinam, siue fœmininam lineam à primo inuestito descendat, fœminæ non vocantur, *c.1.de eo qui sibi, vel hæredib.suis masculis & fœminis inuest.accę.vbi glo illum casum benè inquit notandum.* Et huius rei dabo tres casus, vt res ista, quæ non parùm dubitationis habet, clarior fiat. Si quis igitur feudum ea forma acceperit, vt suprà diximus, & relinqueret filiam vnam ex se: rursum si ea, accepto feudo, relinqueret ex se duos filios, ad quos feudum deuolutum esset, & matre mortua, si alter horum filiorum relinqueret post se rursum filiū, & alter filiam, certè illud feudum vtriusque fratris veniret solùm ad filium fratris, & non ad filiam alterius fratris, illis mortuis, licèt pactum proaui in altero fratre videatur habere locum, qui sine masculis decessit. Rursum alius casus, si quis feudum eo tenore acceperit, vt dictum est, & post se reliquerit filios duos moriens, quorum alter filium, alter filiam ex se relinquentes decedunt, hoc casu feudum solùm & totum etiam veniret ad filium natum ex filio primi accipientis, & non ad filiam filij primæ acquirentis. Tertius casus, si vasallus duas filias reliquisset, & ex altera nasceretur filius, ex altera filia, certè filius solus habebit feudum, per textum aper-

apertum qui habet, *d.c.1. de eo qui sibi vel hæred.suis.* locum fœminis non esse in feudi successione, quamdiù masculus superest &c. † Quod tamen intelligetis verum esse, si verba ita fuerint concepta in inuestitura, vt suprà dictum est in prima fallentia, & vt ipse textus habet, d. c.1. de eo qui sibi & hæred. suis. propter alium alibi textum positum in c.1. §. similiter. de Capit. qui cur. vend. qui contrarium sentire videtur, quem posteà refutabo. 139
† Sed dicet aliquis, quid si in dicto vltimo casu vna ex duabus filiabus filium haberet moriens, an ille filius excludet suam materteram superexistentem, quæ simul feudum acquisiuit & diuisit cum matre huius filij? Videtur quòd sic, ex dicta regula, *d.c.1. de eo qui sibi vel hæred. suis.* quæ habet, quòd fœminis locus non sit in feudi successione, quamdiù masculus superest ex eo, qui primò feudum accepit: Hîc iam in isto casu superest masculus, nempè filius ex filia: Ergo videtur quòd materteræ auferetur feudum. Certè Doctores multùm variant in hoc casu, & inuenio Andr. de Isern. Martinum Lauden. & plures alios tenere, *c.1. de eo, qui sibi vel hæred. suis. (Matth. de Afflict. Iacob. de S. Georgio. Hugo Celsus consi. 26. num. 48. versic. & hoc vsqueadeò. Bursat. consil. 63. incip. decessit nobilis, nume. 16.)* materteram excludi debere. † Sed paucis, communis Doctorum opinio in cõtrarium est, *Iacob. de Beluiso, quem sequitur Bald. & Aluarot. Curt. Iunior 3. parte princip. nume. 33. D. Baro Schenck. Zasius parte 8. num. 53. Ioannes Thom. de Mart. Titu. 11. de feudo fœminin. num. 37. Iulius Clarus in §. feudum, quæstio. 80. nu. 1. Loriot. in titu. de his qui feud. dare poss. §. & quia.)* materteram per filium sororis defunctæ in portione ei quæsita non excludi, ex eo, quòd illi tunc semel plenè & legitimè ius quæsitum ex pacto primi acquirentis fuit, quod sine illius facto illi non debet auferri, nec ex post facto irritari, quasi semel legitimè constitutum, *l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. fœminum. C. ad Trebell.* Quia cùm feudum matertera acquireret cum sorore, deficiebat masculus secundùm primam inuestituram, ergo licitè habuit. Verùm, si magna amita, vel magna matertera, viueret, quę filiam haberet, & nasceretur nepos ex sorore magnæ 140

materteræ, certè iam moriente magna matertera, quæ feudũ tale haberet, benè succederet nepos, & excluderet suam materteram, hoc est, magnæ materteræ filiam: quia iam masculi non deficiunt, quod pactum requirit, *ex d.c.1.de eo qui sibi vel hære.suis.* Et ergo puto in nostra ista parte distinguẽdum, an matertera, vel similis fœmina, de feudo inuestita legitimè fuit secundùm pactum prędictum, nullo tunc obstante masculo, an minùs. Si inuestita legitimè fuerit semel, iam non posset excludi, etiamsi masculus ex alia posteà nascatur, *videtur text. qui satis hoc probat, in c.1.§.filia, in verbis, vel nisi inuestiti fuerint. de succes.feud.* sin minùs, iam semper excludi per dictum expressum pactum, *d.c.1.de eo qui sibi vel hæred. suis.* (Distinctionem hanc non admittit D. Hartamannus Pistorius, existimans materterã, nondum etiam inuestitam, à masculo superueniẽte nequaquàm excludi. Ratio, qua mouetur, admodùm probabilis videtur, & multis arridet, qua de re consulatur author is *in lib.2.posteriore parte, quæstionum suarum capite 35.nu.10.*) Nunc videndum fuerit, cùm in prædictis casibus obtineat, quòd non sit locus fœminæ in feudi successione, quamdiù masculus superest ex eo, qui primò feudum acquisiuit, *secundùm d.c.1.de eo qui sibi vel hæred.* an istud pro regula sit seruandum omnibus

142 in fœmininis feudis? †Et certè inuenio communiter omnes Doctores ita sentire, *in d.c.1.de eo qui sibi vel hæredibus suis (Authores huius sententiæ in vnum collectos habes, libro secundo parte posteriore, quæstionum D. Hartmanni Pistorij, nume.18. quæstio.35.* Sed profectò nobis sedet alia sententia, nempè in alijs omnibus feudis fœmininis non obtinere, & ergo in casu, quo simpliciter quis inuestitur de feudo, ita quòd & ad fœminas trãsire debeat, quod tũc masculis non extantibus filiæ succedent, & quòd in illa linea manebit, siue sint filij, vel filiæ, posteà & quod ab vllo alio masculo non excludẽtur, vt in casibus prædictis, per tex. *c.1.§.similiter. de capita. qui cur. vend.* vbi Obertus ita sensit contra Gerardum, & benè, vt mox dicam (Communẽ sententiã solidis argumentis defendit D. Hartmã. Pistorius *nu.20.& sequen. suprà citato capite.* & ad rationes autoris *nu.24.*

nu.24.& seq. respondet.) † Nam cùm semel matribus ius acquisitum est plenè in istis feudis, hoc sine suo facto liberis auferri non debet, nisi aliter in prima inuestitura cautum esset, *vt in alio textu erat, in d.c.1. de eo qui sibi vel hæredib. suis.* Quid enim matri imputari possit partu quod masculum non edidit, cùm maximè contrariante natura voluisset? accusent potiùs naturam, quàm matrem, ꝙ nō totos masculos procrearit, vt vnde generentur masculi nō essent, *l. maximum vitium. C. de libe. præter.* Atque ita haud dubiè suspicor etiam Obertū sensisse in suo casu, *in d.c.1.§. similiter. de capita. qui cur. vend.* contra Gerardū, qui putauit simpliciter semper in feudis fœmininis fœminam per masculū excludi. Et ratio, quare moueor, vt illius sim sentētiæ, prima illa est: nā si voluisset perpetuò Obertus obseruari generalē regulam, positam in d.c.1. de eo qui sibi vel hæred. non magis contraxisset in vno casu, d.c.1.§. similiter. de capita, qui cur. vend. quā alio, vt in d.c.1. de eo qui sibi vel hæred. Varietas etiam inuestituræ facilè differentiā inter hos casus esse demōstrat, quia verba inuestituræ aliter fuerunt concepta ibi, aliter hîc: ibi enim, in d.c.1. de eo qui sibi vel hæred. fuerunt ita concepta, vt sibi feudum haberet, vel hæredes sui masculi, & his deficientibus, fœminæ: hîc verò, in d.c.1.§. similiter. de capita. qui cur. vend. ita tantùm, vt simpliciter ad fœminas transiret, quæ formæ verborum differunt, & sunt consideranda: quare putauerim etiam regulam illā in textu positam (vt videtur) & ab omnib⁹ Doct. approbatam, c.1. de eo qui sibi vel hæredib. suis. in qua omne fundamentum ponūr, pro regula non habendam. Nam regula ibi se non extendit ad omnes casus, vbi per pactum fœminæ quoque veniunt ad feudum, sed solùm ad illum casum ibi expressum, in d.c.1. de eo qui sibi vel hæred. suis, & similes. Inquit enim ibi textus, quod non patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus. Ecce demonstratiuū, Hoc, frustrà non fuit appositum. Nam restringit hunc casum, ac impedit, quominùs regula dicatur: quasi diceret, in hoc feudo sic

accepto, vt is vel sui hæredes masculi, vel, his deficientibus, fœminę succederent. In hoc (inquam) feudo locus fœminæ non erit, donec masculus superest ex eo, qui fuerit primò inuestitus. Secùs in alio casu, quando quis simpliciter feudũ acquirit pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, vt alio casu, c.1. similiter. capi. qui cur. vend. Nam nisi verbum, hoc, aliquid operari deberet, frustrà esset appositum, quia eo neglecto, verba idem importarent, veluti si dixisset, non patet locus fœminę in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui
144 primus de feudo fuerit inuestitus. † Nõ ergo potest dici regula, quia illa plures sub se diuersi generis casus nõ complectitur, *l.1.ff.de reg.iur.* quod hic non fit. in d.c.1. de eo qui sibi vel suis. Tertiò, moueor ex eo, quòd masculus totum suum fundamentum posuit, in d.c.1. de eo qui sibi suisque hæredibus super prima inuestitura, allegãs hoc solùm, quòd hæres masculus esset primo inuestituram accipienti, qui ita acceperat, vt ipse vel hæredes eius masculi haberent, & his deficientibus demùm, fœminæ, quasi nullo modo voluerit ad fœminas pertinere, quandocunque masculi superuenirẽt, fœminis nondum inuestitis. Sed in dicto casu, d.c.1. de eo qui sibi suisque hæredibus masculis. iam erat, nec fœmina inuestita. Ergo feudum rectè ad eum deuolui debere ex vi primæ inuestituræ, quia masculus iam supererat: verba enim, vt his deficientibus, frustrà nõ fuerunt in textu ibi. in d.c.1. de eo qui sibi. posita, Quare non parum etiam ibi operantur, & si nihil operarentur ampliùs, nõ malè dici posset superfluè in textu apposita: quia etiam si reliquisset seu neglexisset, æquè tamen ex natura feudi masculus regulariter præpositus fuisset fœminæ, *per d.c.1. de feud. fœminæ. c.1. §. filia. de success. feud. cum similibus.*
145 † Nec obstabat, quod semel ad fœminam legitimè deuolutum fuerat feudum, nempè ad auiam, etiam deficiẽtibus masculis. in d.c.1. de eo qui sibi, vel hæred. quia hoc non considerabatur in illo casu, sed solùm qua origine & principio constitutum esset primi vasalli volun
146 tate. † Prima enim inuestitura vt radix & fundamen-
tum

tum est omnium sequentium: ita quoque solùm illa ibi inspiciebatur(quæ semper inspicienda etiam est,(vt suprà docuimus.)*argum.l.qui id quod.ff.de donatio.* Præterea nō parùm demonstrat speciale esse principium textus. in d.c.1.de eo qui sibi,vel hæredibus,vbi ita inuestitura cōcepta fuit, nempè sibi vel hæredib⁹ suis masculis, & his deficientibus,fœminis. Illa enim verba,vel hæredibus suis masculis,nisi hoc indicarent, quòd primus per pactum perpetuò voluisset prospicere masculis, illa verba quoque rursum superfluè fuissent apposita. †Quia 147
qui sibi simpliciter & fœminis feudum acquirit,is tacitè semper quoque masculis hæredibus primò acquirit, etiā neglectis illis verbis, vel masculis suis hæredibus, *per c.1.in fin.in quibus cau.feud.amitt.c.1.§. quin etiam. Episcopum, vel Abbatem, c.1.§.filia.de success.feud.c.1.de feu.fœminæ,& similia.* Frustrà ergo apposuisset, nisi aliquid operarentur, nec opus fuisset,quòd masculis totum suum fundamentum posuisset,in illis verbis, quòd esset masculus hæres solùm,in d.c.1.de eo qui sibi,vel suis hæred. Quartò moneor,quod nusquàm in iure feudali ita verba concepta sunt de fœminis succedendis, atque ibi, in c.1. de eo qui sibi,vel hæredib.neque alibi inuenitur,quod vasallus primus ita feudum acquisiuit, nimirum, sibi vel hæredibus suis masculis,vel his deficientibus fœminis, quàm in dicto textu,in d.c.1.de eo qui sibi,vel suis hęre. †Quare rectè etiam ibi glossa dicit, textum illum benè 148
notandum, quia plures contrarium putarent. Nec obstat alibi text. in c.1.de duobus fratr. à capitan. inuesti. vbi verba similiter concepta fuêre, vbi tamen filia patruum excludit,& sic masculum: quia intelligetis idem obtinere ibi in descendēti linea, quod iam diximus obtinere in nostro casu,in d.c.1. de eo qui sibi, vel hæred. Et ergo licèt ibi filia vnius fratris excludat patruū suū in linea collaterali: tamen si filia illa susciperet ex marito filium & filiam, rursum filius excluderet sororem: sic quoque si susciperet duos filios, & alter filiorum filium, alter filiā suscitaret: hîc rursum filius ex filio totū auferret feudū ex primo pacto inuestituræ,vt in præce-

dentibus diximus. Cæterùm quod filia fratris excludit ibi patruum, hoc ideo est, (vt text. etiam ibi dicit) quia quisque in qualibet prouisione vel contractu præsumitur semper prospexisse priùs suis hæredibus descendentibus, *l. si pactum. ff. de proba.*
149 † Licèt ergo eo tenore feudum esset acquisitũ, in d. c. 1. de duobus fratr. à capita. inuest. vt quamdiù ipsi vel eorum hæredes masculi viuerẽt, & masculis deficiẽtibus, fœminæ haberent: illa tamen inuestitura hoc solùm voluisse eos præsumitur, quòd ante omnia primus descendens succederet, siue filius, siue filia, ac tum demùm in descendentibus ex illis vt pactũ obtineret, semper præponi masculum fœminis, vt iam diximus antè. Si verò nec filius, nec filia, nasceretur ex altero, vt tum ad fratrem fratris pars deuolueretur ex pacto *secundùm d. c. 1. de duobus fratr. à capita. inuestit.* Quintò, moueor ex eo, quod inquit text. in d. c. 1. de eo qui sibi suisque hered. ibi, inter Sapientes fuisse vrgentem de ea re quæstionem. Nam si perpetuò ista regula in feudis fœminarum locum habuisset, haud dubiè in alijs etiam multis locis, vbi de fœminarum feudis quoque tractauit, hac de controuersia saltem mẽtionem alibi fecisset, quod tamen nusquàm fecit, quod maximum signum est in alijs istam regulam locum non habere. Sextò & vltimò, moueor ratiõe, videlicet, quod in feudo, quod quis ita accepit simpliciter, vt etiam ad fœminas transeat, per masculos perpetuò fœminæ non excludantur, (*vt putant Doct.*) quia omninò est verisimile, quòd contrahentes hoc primò non voluerint. Nam per hoc semper fluctuaret feudum in tali casu.
150 † Nam ponamus, quod quis feudum eo modo accepit simpliciter, vt dictum est, in d. c. 1. § similiter. de capitaneo, qui curi. vendi. nempè, vt masculi & fœminæ succederent (non ea forma qua antè diximus.) in casu d. c. 1. de eo qui sibi. & reliquit duas filias, ad quas feudum mortuo patre deuolutum fuit, quæ rursum reliquêre ex se, altera filium, altera filiam, vt in c. 1. §. similiter. de capitaneo. qui curi. vendi. hic filius natus ex filia acciperet feudum, exclusa filia materteræ. Sed pone, quòd rursum iste filius susciperet

solùm ex vxore filiam, & filia materteræ posteà filium: hìc nũc rursum fluctuare deberet de vno in alium, quia is rursum masculus iam ex primo superesset, quòd esset valdè absurdum, vt etiam consuetudo, quę optima legũ interpres est, non approbat, & indies obseruat. Verisimile certè non est, quòd vnquàm dominus & vasallus à principio hoc cogitauerint, aut mẽtem fuisse primi vnquàm vasalli acquirẽtis quòd feudo semel ad fœminas deuoluto ex illa linea rursum abiret per masculum ex altera fœmina superueniente. Fieret enim magna lis sæpè & discordia per hoc, & confusio: quare istud nõ cogitasse eos facilè præsumimus, nisi expressè constet contrahentes primò ita voluisse, vt in alio casu, d.c.1. de eo qui sibi suisque hæred. Paucis ergo concludendo, tota quæstio & difficultas, d.c.1. de eo, qui sibi vel hæred. super illis verbis, nẽpè, *heredibus masculis, vel his deficientibus, fœminis, consistebat*: Nam nepos super illis verbis se solùm fundabat, quòd solus masculus hæres inueniretur: tum quòd voluntati primi acquirentis satisfieri posset: atq; ideo sententia ètiam iudicum, in d.c.1. de eo, qui sibi vel hæred suis. super eo se fundabat, quòd in hoc feudo locus fœminæ non esset in successione, quãdiù masculus superesset ex eo, qui primus de hoc feudo fuerat inuestitus. quæ causa fuit, quare pro masculo etiam pronunciabant, in d.c.1 de eo, qui sibi vel suis hæred. Et hactenùs ea de re satis. Sed quæret aliquis, quid in casu, cùm quis feudum accipit pro se & filijs suis, an etiam filiabus acquisiuisse censebitur? †Certè dicendum, quòd de 151
iure communi, licèt filij appellatione veniant simul & filiæ, *l. iusta interpretatione. ff. de verbo. sign.* & masculinum & fœmininum concipiat, *l. si ita scriptum. ff. de lega. 2.* tamen in feudis contrariũ obtinere, ex natura feudi, quæ nõ patitur illã interpretationem, ideo, quod regulariter absq; filiabus in feudo masculi solũ succedunt, *c. 1. de success. feud. c. 1. de nat. succe. feud. & simil.* Sed quid in casu, cùm pro se vasallus, filijs & filiabus accepit, an iam etiã feudum trãsmitteretur ad nepotes ex filio vel filia? Certè q̃a ius feudale nihil de eo disponit, inspiciendũ fuerit, q̃d ius ciuile

de eo admitteretur, *argum. c. 1. §. strenuus. de feud. cog.* Et profectò videtur, quòd nepotes excluderentur, per §. fin. Institu. qui testa. tuto. da. poss. Sed prædictis rursum obstant ex diametro alia responsa, *in l. filij. l. iusta. l. liberorum. §. sed & Papyrius. ff. de verb. sign.* vbi dicitur, quod appellatione filij
152 venient nepotes. Quid ergo dicemus? † Paucis (vt hæc antinomia soluatur) dicendum, ex propria significatione verbi filij & filiæ, nepotem vel neptem non venire, *per d. §. fin. Instit. qui testam. tuto. dare poss.* sed plerunque ex similitudine iuris vel causæ extensionem admitti, ratione hoc suadente, veluti, lex ait filiofamilias pecuniam mutuanti citra patris consensum, obstare exceptionem
153 S.C. Maced. *l. 1. ff. ad Senatusconsult. Macedo.* † quid ergo, si nepoti credit, an iam obstabit? & certum est, quod sic, *l. filium habeo. ff. eod. titu.* quia vtrobique eadem ratio est: nam vterque parenti mortem æquè minitari posset, quæ causa, *d. l. 1. ff. ad Senatusconsf. Macedo.* prohibitionis fuit: ita secundo tutori & eius filio inhibitum est ducere pupillam vxorem, quã sub tutela habet, *l. non matrimonium. ff. de ritu nupt. l. 1. C. interdict. matrimo. inter tuto. & pupil.* an etiã nepoti? dicẽdum, quòd sic, *l. Senatuscon. ff. de ritu nupt.* quia est ea-
154 dem ratio. † Nam vt per filium pater tutor à reddẽda ratione per hoc liberari posset, *l. libertus. ff. de ritu nupt.* ita
155 quoq; per nepotem: † secus tamẽ esset, si suo pupillo tutor propriam filiam in vxorẽ daret, *d. l. libertum. §. tutor. ff. eo.* quia hîc cessat ratio. Nam pupillus, vt caput vxoris facilè rationem exigit, tutela deposita, quod in casu prædicto, verecundia & mariti seueritate obstante, pupilla
156 facere nõ auderet. † Rursum lex disponit, quòd milites nullius pupilli tutores esse debent, nisi filiorum commilitonis, *l. sed & milites. ff. de excusat. tuto.* an ergo nepotis commilitonis tutor esse debet? & certè hîc dicendũ, ꝙ non cũ non sit eadem ratio: nam quòd filij cõmilitonis tutor esse debet, ideo est, quia pater miles fuit, sed nepotis paganus: ergo ad illum hoc priuilegium non extendetur: sic iterum, vbi præsumptio est, quod is qui de filio aliquid disposuit, idem de nepote disposuisset, si cogitasset: certè hoc casu iterum rectè ad nepotes extendetur:

detur: veluti, si quis instituisset filios, & si non essent hæredes, substituisset extraneum aliquem, cùm tamen nepotes haberet ex filio: certè hic satis præsumptio est, quòd extraneum proprio sanguini præponere non voluerit, *l. Lucius, ff. de hæred. instit. argum. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* Et ergo nepotes adhuc excludent substitutum. Iusta ergo † interpretatione, filij appellatione venient 157
nepotes (non tamen propriè) ita loquuntur textus supra citati, *d. l. filij, l. iusta interpretatione, l. liberorum, §. filij, ff. de verbor. significat.* quod indicat satis textus alibi, *ird. l. liberorum. §. filij.* dum inquit, filij appellatione sæpè & nepotes contineri, quasi diceret, non semper. Nunc ad propositum: Si vasallus sibi & suis filiis & filiabus feudum acciperet, censetur quoque & nepotibus, & neptibus accepisse, propter similem præsumptionem, eandemque rationem: nam non præsumitur, quòd vasallus non mallet suum nepotem esse, quàm redire ad dominum, *ex supradictis, vt quoque tenet Alcia. alibi, in l. filij, appellatiõe. ff. de verb. sign.* Si † tamen quis solùm feudum sibi, & filiabus acce- 158
pisset, hoc casu dicerem filios non venire, quia fœmininum nusquam concipit masculinum, per suprà citatas leges. Postremò, † præmissis nunc omnibus, quæ ad 159
successionem pertinent, non malè in fine hìc quæri posset, an prædicti vasalli, seu vasallæ, semper in feudo succedere possunt, siue parentum, siue agnatorum accipiant hæreditatem, vel non. Nam certum est, contingere posse, subinde hæreditatem vasalli non esse soluendo, vbi tamen feudum est. Præterea, quemlibet hæredem, imò filium, patris hæreditatem damnosam repudiare posse. §. sui, versic. sed his prætor. Instit. de hæred. qualit. & different. An verò repudiare possent seruato sibi feudo? Et paucis dicendum, filios, vel descendentes regulariter non posse feudum acceptare, repudiata hæreditate, sed vel vtrumque acceptare, vel dimittere debere, *c. 1. an agnat. vel filius, vbi latè Doct. c. 1. §. similiter, versic. filius, de capitan. qui cur. vend.* (Est tamen eorum numerus haud mediocris, qui c. hoc de hæreditario feudo interpretati sunt, quod ad filios sine paterna hæreditate peruenire

non posse concesserunt, affirmantes interim, in feudo simplici, & in eo, quod ex pacto & prouidētia, est aliud ius obtinere, quoniam hæc repudiata patris hæreditate à filiis accipi possint, *Fridericus Schenck in d. c. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in verb. itaque ipsi inuestiti. Zasius in Epito. feud. tit. de success. feud. 4. conclusio. Hannetorius de iure feud. lib. 2. cap. 3. in fin. & cap. 6. Iulius Clar. lib. 4. sent. §. feudum, quæst. 76. num. 3. Salicet. l. 2. de libert. & eorum libe. Curtius de feud. prima parte. 8. quæstio. num. 19. & seq. Paulus de Castr. in l. pro hærede, §. si quis tamen. Matth. de Afflict. d. c. 1. an agnat. vel filius, nu. 13.* Eos verò, qui consulendo eandem sententiam defenderunt, cumulatè refert Arius Pinellus *in l. 1. de bonis mater. part. 3. num. 84.* Et D. Hartmannus Pistorius *in 2. lib. prima parte quæst. cap. 2. num. 2.*

Eos verò qui authoris sententiam amplectentes etiam feudum simplex & ex pacto vel prouidentia, nō nisi adita paterna hæreditate, à filiis accipi posse statuerūt, studiosè collegit, magnaq; iudicij dexteritate discreuit & discussit D. Hartmannus Pistorius, dicto loco, nu. 6. & sequentibus. vbi hanc sententiam accuratissimè defendit. Collaterales verò feudum antiquum, seu paternum, licitè acceptare, hęreditatem verò repudiare posse, *d. c. 1. & ibi glos. an agnat. vel filius.* Si tamen fructus sunt in feudo, qui defuncto competebant (secundùm distinctionem, quam in parte sequente ponemus) illi certè agnato repudianti hæreditatem detrahentur, vt inde debitum defuncti exoluatur aliis ab hæredibus, *d. c. 1. an agnat. vel fil.* & rationem dant Doct. quare agnati possunt hæreditatem repudiare seruato feudo, non descendentes.

160 tes. Quia aiunt, † agnatum feudum istud neque ex vasalli mortui beneficio habere, nec mediante sua persona, sed ex primi domini concedentis beneficio & liberalitate, quod putant in filiis vasalli non ita esse, quasi hi mediante patris persona feudum habeant, sed certè, si benè inspexeritis rem ipsam, idem erit in filiis & nepotibus in feudo saltem antiquo, seu paterno, ad patrem à maioribus deuoluto, in quo non distinguit text. *in c. 1. an agnat. vel fil.* quia nec ipsi tum ex patre habent, sed ex superiore primo, *vt etiam videtur sentire alibi glos. verb. repudiari, d. c. 1.*

c.1.an agnat. vel fil. Quare, relictis Dd. variis opinionibus, paucis, quid ego sentiam, subiiciam. Rationem † ita esse 161
puto, quò minus filius patris hæreditatē repudiare possit, quòd filij seu descendentes strictius tenentur parentum defendere honorem quàm agnati seu collaterales: habent enim esse suum à parente, eademq; cum iis sunt quasi persona, *l. vlt. C. de impub. & alijs subst.* habet quoque necessariò parens illis ad minus quartam partem bonorum suorum relinquere, velit nolit: quę omnia in agnato non inuenies. Non igitur mirum, si aliquātò strictiùs in hac parte rursum coangustentur quàm agnati: hinc est, quòd de iure etiam ciuili suus & necessarius hæres habetur, & velit nolit hæres esse debeat, etiamsi damnosissima foret hæreditas, *§. sui. Instit. de hæred. qual. & different.* quod sine ratione veteres Philosophi non ita constituêre, quanquam Prætor hodie mitigauit d. §. sui. Nā in omnibus æqualitatem & æquitatem inspiciebant, considerantes, filios benè patri succedere, opulentissima si esset hæreditas: æquum igitur videri, si fortuna cōtrariante minùs, quam essent soluendo, relinquerent. Rursum † parentum manes vt ab iniuria defensarent, *ar-* 162
gum. §. 2. in fin. Instit. quibus ex causis manumit. non licet. Et quanquam inter duos longè videatur melius, defunctum contumelia affici, quàm viuum, *vt vult alibi Theophilus in d. §. 2. Institut. quibus ex causis manumit. non licet.* cùm alter iniuriam sentiat, alter minùs. Tamen obiici huic rursum † posset, alterum onere debiti tempore fortè pos- 163
se liberari, defunctum minimè, nec parua profectò ignominia est filio parentis bona sub hasta à creditoribus diuendi, quæ omnia saluari per filium fortè possent, cùm beneficium habeat primò cessionis bonorum, *toto titul. C. qui bonis ceder. possunt.* vel quinquennale indultum, si petit, *l. quoties, & ibi Doct. C. de precib. Imperat. offerend.* Nec etiam inuenir etur certè creditor tam durus, qui ob hæc & similia non mitiùs cum eo ageret: Cùm ergo plura pater filio debet, quàm extraneo, hoc est, collaterali agnato, ac rursus filius plura parenti, quàm extraneo, vel agnato (tenetur enim pater filium alere) & vi-

& viciſſim filius patrem, *l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſc. l. fin. §. ipſum autem, C. de bonis quæ liber.* item captiuum patrem redimere, & econtra, *l. ſi captiui, C. de Epiſcop. & cler.* item bona patri acquirere, *l. placet. ff. de acquir. hæred. l. cùm oportet, C. de bonis quæ liber.* rurſum, adminiſtrare patrem filij bona, *l. 1. C. de bonis mater. l. fin. C. de bonis quæ liber. per totum.* rurſum hæredem facere filium, velit nolit. *§. 1. Inſtit. de exhæred. liber.* Et econtra filius patrem, *l. nam & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam. §. 1. & 2. in Authen. de hæred. ab inteſta. venient. & his ſimilia.* ad quæ extraneo non tenentur, vel agnato. Rectè ergo ſtrictiùs vt pater filio: ita rurſum filius patri obligatur, quàm agnatus defuncto, & econtra: & hanc puto eſſe rationem noſtri textus *in d. c. 1. an agna. vel fili.* Voluerunt enim maiores, quòd filiis perſona patris ſemper eſſet ſancta & honeſta. Sed iam videamus, anne aliquo modo etiam agnatus quoque alterum ſine altero repu-
164 diare poteſt. Et paucis, † putant Doct. *in d. c. 1. an agnat. vel fil. (Vide dominum Hartmannum Piſtorium capite 2. parte prima, lib. 2. quo in loco hanc, & ſimiles quæſtiones, exactiſſimo iudicio examinauit.)* quòd ſic, in caſu quo quis ſcilicet primò accipit pro ſe feudum, & ſuis hæredibus, *ita Bald. Andr. de Yſer. Aluarot. & alij in d. c. 1. an agnat. vel fil.* Sed ego de eo dubito, & puto verum non eſſe, de quo etiam dubitat Zaſius *in ſua 8. parte feud. fol. 37. mihi.* Nam qui ſimpliciter ſibi feudum acquirit ſolùm, nulla facta mentione hæredum, cenſetur quoque & hæredibus accepiſſe, *in c. 1. in fin. in quib. cauſis feud. amit. & c. 1. de duob. fratr. à capit. inueſtit. l. ſi pactum. ff. de prob.* Videretur ergo, ſi Doct. opinio vera eſſet, quòd nunquam agnatus repudiare poſſet hæreditatem, retento feudo, quod tamen eſt expreſſè contra textum d. c. 1. an agnat. vel filius. Admitterem tamen facilè, Doct. opiniones poſſe obtinere, ſi ita feudum acquiſiuiſſet expreſſè primus, vt nemo feudum haberet, niſi qui hæreditatem adiret, aliàs non: & puto nullam vim eſſe ponendam, etiam quo ad filios vel deſcendentes, in illis verbis, [pro ſe, ſuiſque hæredibus, ſiue pro ſe, & filiis, ſeu deſcendentibus: quia ſemper qui pro ſe acquirit tacite quoque deſcendentibus accepiſſe cenſetur, *per*

c.1.in fin.in quib.causis feud.amit. quicquid Doct.dicant in d.c. 1.an agnat.vel filius. Videamus † iam, AN NE FILIVS ALIQVO MODO HAEREDITATEM REPVDIARE POTEST, SERVATO FEVDO. Et primò dicetis, 165 quòd sic, & quòd FALLAT in casu, scilicet, quo patris hæreditas benè soluendo est. Nam tunc cessat ratio textus in d.c.1.an agnat.vel filius. Sed dicet aliquis, requiritur quod vtrunque acceptet, vel vtrunque dimittat in d.textu. Certè licèt textus hoc videatur velle: tamen in altero tantùm verificari intelligetis. Nam licitè etiam posset damnosam hereditaté patris adire, & relinquere optimum feudũ, *arg.c.1.de vasal.qui contra Constit. Lothar. reg. feud.alien.* quare ergo non posset hìc opimam satis hæreditatem relinquere, & feudum acceptare? Intelligetis ergo d.c.1.loqui, quòd feudum non posset acceptare relicta damnosa hæreditate patris: secùs econtrà, *ita etiam Bald.& Mart.Landen.in d.c.1.an agn.vel fil.* SECVNDÒ FALLIT, si pater filium præteriit, quem in potestate habet, & præteritioni patris acquieuit (quod potest) *l.filio præterito,ff.de iniust.rupt.& irrit.fact.testam.Bald.in d.c.1. an agna.vel fil.qui allegat l.non tantùm,ff.de bonor.possess.cont.tabul.* quod hactenus verum puto, dum nec pater hoc, nec filius, in fraudem creditorum faciat. Nam alias semper faceret ita pater vasallus, vbi se esse non soluendo sciret. TERTIÒ fallit, † si pater filium iniustè exhæredauit, & 166 filius patientia testamentum patris honorare, quàm iudicio conuellere, sanctiùs putat, vt Aphronia pulchrè apud Valer.Max. *lib.7.cap.8.* QVARTÒ idem dicetis, si iustè exhæredauit: hoc casu etiam iam feudum habere eum posse dicetis, relicta hæreditate (quanquam Zasius videtur velle *in 8.parte feu.tractatus,fol.36.mihi.* neutrum habere tum posse *ex c.1.§.prædictis modis. quæ fuit prima causa benefic.amit.*) quia filius, licèt in patrem peccauit: non tamen in dominum deliquit, quod textus requirit in d.§. prædictis. nec pater potest filium priuare feudo, etiamsi vellet: nam hoc facere deberet per testamentum: sed iam certum est, quòd patris ordinatio, quo ad feudum, in testamento nullius momenti est, *c.1.de feud.succes.* Loquitur

quitur ergo text.ille d. §. prædictis. in casu, quando vasallus in dominum ex illis causis deliquit, ex quibus filius exhæredari possit, non quando in patrem filius, vt rectè intuenti clarè satis patebit. Nam, quid si patri graue damnum intulisset, ex quo licitè exhæredari possit, *§. aliud quoque, in Authent. vt cum de appellat. cognosc.* non tamen dicendum, ergo posse feudo priuari, cùm dominum nõ concernat. Si tamen ex tali causa à patre exhæredaretur, ex qua etiam feudo priuari posset, iam quidem certum est, non solùm hereditate priuari, sed etiam feudo: sed tum non posset esse fallentia ad nostrum casum, d. c. 1. an agnat. vel fil. *vt Zasi. vult d. loco.* QVINTÒ FALLIT, si filius, consentientibus agnatis, de patris feudo, tanquam nouo, rursum inuestiatur, *per text. in d. c. 1. an agna. vel fi.* Sed quid si hic filius posteà sine liberis decesserit, an tum dominus succedet, vt in nouo feudo, an verò agnati, qui ante consenserunt? Certè dicendum, quòd agnati illi excludentur, nisi aliter sibi prospexerunt, *gloss. in d. c. 1. an agnat. vel fil. in verbo, de nouo.* Videntur enim per hoc iuri suo renunciasse: quia qui alij consentit, iura sua perdit, *l. cùm quidam, C. de administrat. tutor.* Sed rursum dicet ali-
167 quis, † quid si dominus, non consentientibus agnatis, hunc filium de nouo beneficio inuestiret, antequam repudiasset hereditatem, anne hoc facere posset. Certè respondet glossa d. c. 1. an agna. vel filius. dubitatiuè, quòd sic, nempè quòd possit illi gratiam facere, *argum. c. 1. quemadmodum feud. ad filiam pertineat.* quod puto verum ante repudiationem, secùs si iam repudiasset, & sic ius quæsitum agnatis esset. Nam quòd filius feudum acceptare non possit, repudiata hæreditate, hoc non tam concernit agnatos, quàm dominum ipsum. Vt ergo feudum licitè alienari possit cum consensu domini, etiã non consentientibus agnatis, *vt infrà in 13. parte docebimus.* (quia solùm domini contemplatione alienatio prohibita est.) ita quoque existimarem hîc posse, per d. glos. c. 1. an agnat. vel fil. quanquam Doct. quasi communiter eam reiiciunt. SEXTÒ FALLIT in casu, cùm pater aliũ instituit hæredem, & filio reliquit legitimã titulo institutionis.

Illo enim casu posset filius habere feudum, eo non existente hærede, *Mart. Laud. in d. c. 1. an agnat. vel fil. argum. l. quoties, C. de hæred. instit.* quæ tamen semper hactenus vera puto, cum absque fraude fiunt. SEPTIMÒ FALLIT in casu, quando filius viuente patre iuramento renunciauit hæreditati paternæ, ita Baldus *in d. c. 1. an agnat. vel filius.* qui dat cautelam, vt filius, vbi scit patris hæreditatem non esse soluendo, tum iuramento renunciet in vita: quam cautelam etiam Doct. communiter confirmant, *Aluarot. Schenck, & alij in d. c. 1. & Zasius in 8. parte, fol. 36. mihi.* Sed certè,† vt illa est deceptiua & ad delinquendum allectiua: 168
ita puto etiam eam non sequendam. OCTAVÒ FALLIT,† si filius beneficio inuentarij patris hære[illegible] 169
adiit, *secundùm l. final. C. de iure deliberan. ita Aluarot. & c. 1. an agnat. vel filius. quos sequitur Zasius in dicta, ita octa[illegible] parte.* de quo tamen maximè dubito: Nam per hoc ca[illegible] non est sublata, *text. d. c. 1. an agnat. vel filius.* quæ vult, quò[illegible]tum patris soluere debet, certè per hoc semper [illegible] fraus dictæ constitutioni d. c. 1. an agnat. vel fil. Et [illegible]go non ita simpliciter puto sequendum. Alia enim ratio est inuentarij, de quo in d. l. fin. C. de iure deliberan. alia hîc in d. c. 1. an agnat. vel fil. Nam inuentarium super dubia fit hæreditate adeunda, at ita in casu isto non est. Nam textus clarè præsupponit, damnosam esse, & tamē vult vt adeat, & hoc ideò, quòd ex feudo fortè creditum solui possit. Ad quid enim hic inuentarium faceret, vbi certum est hæreditatem esse damnosam? Similiter quoque puto posse refutari, quod Doct. in eodem loco volunt *in d. c. 1. an agna. vel fil.* nec tunc obtinere, vbi pater nihil in bonis reliquit præter feudum, quo casu putant quoque licitè posse filium feudum retinere, relicta hæreditate, quia hoc esset clarè iterum contra verum textum, & mentem constitutionis, d. c. 1. an agna. vel fil. Nec obstat, quòd dicunt communiter Dd. hoc esse cōtra omnem æquitatem, quòd filio minus consuleretur, quā agnatis, in hoc casu. Quia respondeo esse æquissimum, quòd filius defuncti patris manes ab omni iniuria liberat, *argument. §. 2. in fin. Institut. ex quibus causis manumittere*

non licet. quod facere fortè posset per feudum, *vt suprà alibi docuimus.* quæ fuit vera ratio, etiam quare magis grauârunt filium, quàm agnatum, *in d.c.1. an agnat. vel filius.* Et hæc de successionis materia hactenùs dixisse sat fuerit: nunc alteram partem: nempè decimam, aggrediamur.

PARS DECIMA, QVID IVris vasallus per feudi acquisitionem consequatur.

SVMMARIA.

…minus non potest directum dominium feudi in alium transferenti o vasallo.

2 …minu delinquendo aduersus vasallum dominio directo feudi …prop. ietate, priuatur.

3 …allus habet vtile dominium in feudo.

…udo euicto à vasallo, an dominus teneatur illi dare aliud eius…em bonitatis.

5 Mansus quid sit.

6 Feudi incrementum cui cedat.

7 Breue testatum quid sit.

8 In casu subinfeudationis cui cedat feudi incrementum.

9 Quosnam fructus feudi vasallus lucrifaciat, & ad hæredes etiam adhuc pendentes transmittat.

10 Plus iuris habet vasallus in fructibus feudi, quàm vsufructuarius in re vsufructuaria.

11 Vina & oliuæ decerptæ ante Martium mensem, cuius sint, mortuo vasallo in Septembri?

12 Vasallo mortuo ante Martium, qui hyeme præcedenti seminauerat, hæredes fructus quidem ex eo fundo habebunt, sed impensas, per defunctum factas, in agro recuperabunt.

13 Dominus vbi semel vasallo concessit feudum, eidem id tradere tenetur, nec liberatur præstando interesse.

14 Dominus potest feudum à vasallo possessum, alteri promittere, quo tempore vacabit.

15 Episcopi, Abbates, aliæque Ecclesiasticæ personæ idem hoc in feudis Ecclesiasticis promittere cum effectu non possunt.

16 Va-

16 *Vasallus feudum sibi concessum, vel totum, vel eius partem, potest alteri liberè subinfeudare, etiam sine domini consensu.*

17 *Vasallus cum domino litigans, quare de calumnia iurare non tenetur.*

HACTENVS qualiter feudum constituatur, & acquiratur, satis enucleatum putamus. Nunc restat, his cognitis, intelligere, quid iuris vasallus per feudi acquisitionem consequatur, quod docebit breuiter decima ista pars. ET PRIMO † hoc acquiri per vasallum feudi acquisitione dicendum, quod, postquam inuestituram habet, nō posset dominus feudum in aliū (inuito vasallo) transferre, text. *in c.1.§.ex eadem, de leg. Conrad.* & glossa *in l.inuitus, ff. de fideicommiss. liber.* vbi expressè ait, dominum non posse ius feudi in alium alienare inuito domino. Hostiens. & cæteri *in c.dilecta, de maior. & obed.* Bald. *in c.1.circa fin. versic. extra quære, de restitut. spoliat. & in c.generali, num.2.in fin. si de feud. defunct. controuer. sit inter dom. & agnat.* & idem Bald. *in l.in testamento, circa med. C.ad leg. Falcid.* vbi inquit, vasallos non posse cogi habere emptorem in dominum, & propterea eos remanere vasallos venditoris. *Idem voluerunt Salic. Castr. Alex. & Rom. l.debitorum, C.de pact. Iason in l.filiusfamilias, §.diui, colum.4.in 1. lectur. colum.2. in 2.lectur. de legat.1. Felin. c.ad audientiam, in col.2. de rescript. cum cæteris per firma relatis in repert. in verbo, Rex. Corneus cons. 321. nu.3. lib.4. Guid. Pap. quæst.239. num.1. Crotus in d.§. Diui, num.11. Ruinus consi.1. num.5. Corseius tract. de potestate regia, quæst.4. in fin. Marsi. l.1.§. cùm quidam. colum.2. in princ. ff. de quæst. Socin. consi.39. num.6. Curtius iunior tract. feud. parte 6. quæst.2. num.3. Ignæus in l. donationes, quas diuus, colum.10. versic. quartò induco, & colum.12. versi.11. induco, C. de donat. inter vir. & vxor. Clarus in §. feudum, quæst.28. Ioan. Cephal. lib. 4. Respon. consi.549. num.123. qui cum his omnibus plures alios congessit.* Latissimè autem omnium, & ad satietatem vsque quamplurimos collegit Ant. Gabr. *inter suas conclusiones, tit. de iure quæsito non tollendo, conclus.8.* Sunt tamen qui de generali consuetudine id non procedere, & dominum liberam alienandi facultatem, etiam inuitis vasallis, habere affirmant, quos in vnum collectos inue-

nies à Ioanne Cephalo *lib. 4. consi. 549. nu. 38.*) quo iure et-
iam vtimur, neglecta consuetudine Mediolanensium, *de
qua in d. c. 1. §. ex eadem.* Et ratio est, quia vasallus per huius-
modi alienationem directi dominij teneretur agnosce
re alium dominum, ad quod cogi nō debet, *c. 1. §. præterea
ducatus, in fin. de prohib. feud. alie. per Fred.* Interest enim maxi-
mè subditorū seu vasallorum, nō mutare bonum domi-
num, *d. argum. d. c. 1. §. ex eadem, & ibi Aluar. de leg. Conrad.* SE-
2 CVNDÒ, hoc † iuris vasallus consequitur, quòd ex om-
ni delicto contra se commisso à domino, à quo ipse va-
sallus feudo priuaretur, rursum feudi proprietatem lu-
crifaciat, non habita etiam ratione, an vasallus iuratus
an non iuratus sit, ex inuestitura, *c. 1. §. domino, si de feud. de-
funct. content. sit, c. 1. qualiter dominus proprie. feud. priuet. de quibus
infrà in 12. & 13 parte dicemus latiùs. Curt. iun. in tract. feud. 6. parte
principal. fol. 316. nu. 1.* Molyneus *consuet. Paris. tit. 1. §. 2. nu. 10. &
11.* contra Aluarotum disputat, etiam in feudo nouo id
iuris obtinere, vt patruus non in quemuis delinquen-
do, sed in eum tantùm, in quo vasallus offenditur, pro-
3 prietatem feudi amittat. TERTIÒ, † hoc iuris conse-
quitur vasallus, quod simulatq; feudum habet, acquirat
vtile dominium, *c. 1. §. 1. de inuest. de re alien. fact. c. 1. §. 1. & ibi
gl. & Aluar. de cap. Conrad.* imò contra ipsum dominū, *arg. l.
1. ff. si ager vect. vel emphyt. pet. Zasius in 6. part. Aluar. Præpos. in c. 1.
4 de inuest. de re alie. fact.* QVARTÒ, † hoc iuris consequitur,
quòd feudo euicto contra dominum agere poterit ad il-
lud præstandum eiusdem bonitatis feudum, si feudum
alienum esse ignorauerit, cùm inuestiretur, *c. 1. de inuestit.
de re alien. fact.* Et hoc, si domino litem denunciauit, *c. 1. si
de feud. vasal. ab aliquo interpel. fuer.* hoc enim tenetur facere,
si vult aliud eiusdem bonitatis & qualitatis habere. *Mar-
ti. Laud. & alij Dd. in d. c. 1. de inuest. de re alien. fact.* Si verò hoc
non curat, potest tamen licitè super feudo absq; denun-
ciatione litigare, & etiam amittere in præiudicium do-
mini, vel super eo transigere, & sibi ex eo aliquid lucri-
facere, *c. 1. § si vasallus, versic. si vasal. si de feud. defunct. conten. sit,
c. 1. de conten. inter vasal. & alium de feu.* Idem erit in casu, quo
rem alienam à domino sciēs in feudum accepisset, spe-
cialiter

ciuiliter tamen pacto sibi de euictione prospexisset: eo enim casu æquè dominus tenebitur ad feudum aliud eiusdem bonitatis, *d.c.1. de inuest. de re alie. fact.* In inuestiente verò domino non distinguitur, sciuit an ignorauit rem esse alienam, vt in vasallo, *d.c.1. in fi.* QVINTÒ, hoc iuris habet, quòd aliquando non solùm feudũ concessum, verumetiam incrementum per alluuionem vel simile consequitur, veluti si dominus vasallo mansum (dicitur † enim mansus fundus, qui duobus bobus ad laborandum die sufficit.) *gloss. c. 1. extr. de censib. (Baldus in c. cæterùm, in fin. Curt. iun. in verfic. secundò pro limitatione. Felinus in c. quæ in Ecclesiarum, num. 69. Socin. sen. consi. 256. colum. 2. in fin. volum. 2. Ruinus in consi. 1. num. 50. Latißimè Francis. Dec. consi. 101. nu. 31. 32. vbi plures citat. Molynæus in consuet. Parisien. §. 1. glos. 6. nu. 2. 3. & 4. Multis etiam autoritatibus confirmat Bursat. consi. 50. nu. 6. & consi. 150. nu. 63.)* in feudum concesserit, vel aliud quidpiam simile, & dominus nihil sibi reseruauerit in illa Curte, hoc est, sub illa Curia. Certè † iam vasallo competit omne incrementum, & non domino. Si verò dominus seruauerit ibi sibi partem, & vasallus dicat sibi feudum concessum cum incremento, tunc vasallus hoc probare debet per Curiæ pares, vel breue testatum, (hoc † est publicum instrumentum) inuestituram quoque de incremento fuisse factam, nisi in possessione incrementi vasallus fuerit, *hæc omnia probantur in d.c.1. §. si quis de manso, si de inuestit. feud. content. fuerit.* & cum hac distinctione, si fortassis insula nasceretur circa mansum, adiiceretur vel vasallo, vel domino. 5 6 7

8 Si † tamen vasallus cum omni incremento feudum accepisset à domino, & is vasallus rursum alium subinfeudasset de eodem feudo, & posteà aliquid incrementi accessisset, certè hoc accedet illi vasallo, & lucrifaciet, à quo iste vltimus accepit vasallus: Si verò & iste primus vasallus immediatus dominus subinfeudati sine hærede decederet, iam feudum, cum omni incremento tamen, post obitum immediati sui domini, ad primum dominum reuerteretur, *d.c.1. §. final. si de inuestit. feud. controuer. fuerit. latè de his tractauimus infrà in decimaquinta*

9 *parte, vbi clariùs hæc explicantur.* SEXTÒ, † hoc iuris consequitur, quòd omnes fructus rei feudalis suos facit, hoc est, natos post calendas Martij (etiam pendentes) vsque ad Septembrem, quos liberè moriens ad suos quoslibet etiã hæredes transmittet, vbi aliàs feudum ad dominũ post mortem suã reuertitur, cùm fortassis feudũ nouũ est, & decedit sine liberis, *tex. in d. c. 1. §. si consequenter, hîc finitur lex deinde consuet. reg. incip.* Non obstat, quòd instar vsufructuarij vasallus habetur, *c. 1. in fin. in quib. causis feud. amit.* & quòd ergo, vt fructuarius fructus pendentes non lucrifaciet, *§. is verò, Instit. de rer. diuis. l. qui fit, ff. de vsufruct.* quia dicendum, hoc speciale in feudis esse, etiam fructus pẽdentes lucrifacere, *d. c. 1. §. his consequenter, hîc finitur lex deinde consuet. reg. incip.* Habet † enim plus iuris in feudo vasallus, quàm vsufructuarius in re vsufructuaria. Nam vasallus habet vtile dominium, *c. 1. de inuest. de re alien. fact.* vsufructuarius vix naturalem possessionem, *l. naturaliter, ff. de acquir. possess.* Rursum, vsusfructus non transmittitur in hæredes, *§. finitur, Inst. de vsufruct. d. §. is verò, Insti. de rer. diuisio.* feudum maximè, *c. 1. in fin. in quibus causis feud. amit.* Et vt aliquid de his fructibus intelligatis, distinguite, an vasallus decesserit post Martium, ante tamẽ Septembrem: an verò post Augustum, ante tamen Martium, hoc est, vel in mense Septembri, vel aliis sequentibus, vsque ad Martium. Primo casu, si moritur post Martium, tunc omnes fructus iam nascituros, etiam pendentes, hæredes vasalli, qualescunque fuerint, lucrifacient, d. c. 1. §. his consequenter. non obstante fine, d. §. quem multi Doct. etiam sequuntur. Et ergo, si vasallus moreretur primo die Martij, eius tamen heredes, etiam vsque ad primum diem Septembris omnes fructus percipient. Cùm verò moritur post Augustum, tunc quicquid posteà nascitur ad dominum reuertetur, si nouum feudum fuerit, vel si antiquum, ad agnatos suos in feudo successores. Et ratio est, quia in Martio semina proiici in terram plerunque incipiunt, & fructus pullulascere, & nasci, si qui ante sati sũt, cuius rõne statim vasallus sibi ius acquiret

11 ad Septembrem, quasi semel cœptum deberi. Et † quòd ad

10 (margin number beside "de consuet. reg. incip. Habet † enim")

ad Septembrem vsque obtineat, ideò videri potest, quòd tum ferè fructus, hactenus nati, iam collecti sunt: quod tamen non obtineret in vinis & oliuis, quæ mense Septembri vix tum aliquando maturuêre, sed in his quoque hæredes succedere putamus, excluso domino vel agnatis, etiamsi vasallus moreretur in Septembri, propter eandem rationem. Esset enim iniquum, quòd vasallus, qui hactenus expensas fecit, excluderetur, vel eius hæredes à domino vel agnatis, vt etiam benè Andreas de Ysern. Aluar. & Laudens. tenent, *in d.c.1.§.his consequenter.* constituerunt enim secundùm id, quod regulariter fit, *argum.l.iura. cum sequent. ff. de legib. & Senatusconsult.*
12 Sed dicet aliquis, † quid si vasallus ante Martium in hyeme seminasset, vt ferè fit, & ante Martium decederet, anne iam dominus fructus lucrifaciet, exclusis hæredibus vsalli? Dicendum, quòd sic: sed iam dominus restituet hæredibus vasalli impensas factas à vasallo in serendo, *ita Doct. in §. his consequenter. vbi pulchrè Andreas de Ysern. & Aluarot.* Nam licèt hyeme semen iactum est: istud tamen ante Martium natum quodammodò non censetur, & ideò dominus, vel agnatus, cum suo feudo sibi vendicat. Et hæc de fructibus feudi. Aliter fit diuisio fructuum inter maritum & vxoris mortuæ hæredes, *de quibus in l. diuortio, ff. solut. matrim.* & quomodo inter beneficiati mortui hæredes, & successorem beneficij, diuisio fiat, habetis alio loco *in c. si propter tuas, & c. statutum, extr. de rescript. & c.2. extr. de pec. cler.* Rursum quomodo de vsufructu, quo ad pensionē, diuisio fiat, alibi *in l. defuncta, ff. de vsufruct. & quemadmodum quis vtatur & fruatur.*
13 SEPTIMÒ, † hoc iuris vasallus per feudi acquisitionem seu concessionem accipit, quòd dominus statim, fidelitate præstita, vasallo inuestituram realem tenetur tradere, *c.1. in fin. de noua forma fidelitatis.* aliàs si differret, omnem illi vtilitatem præstare teneretur, *d.c. 1. in fin.* nec interesse præstando liberaretur, cùm in dando consistat, *c.1.§. si facta, si de feudo defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasal.* OCTAVÒ, si sub conditione, vel ex die dominus vasallo feudum concessisset, veniente die

vel tempore, aut conditione, inuestituram vel ipse, vel eius hæredes, implere tenentur, *text. in c. 1. qui success. teneantur.*
14 Potest † enim dominus feudum ab vno possessum alteri ex tempore, quo vacabit, promittere, & tenebitur vocationis tempore promissionem vel ipse, vel eius
15 hæres implere, *d. c. 1.* Quòd tamen † fallit in successoribus Abbatum, Episcoporum, vel similium Ecclesiasticarum personarum, qui non tenentur promissionem prędecessoris adimplere, cùm hi proprio, non hæreditario iure, succedant, *d. c. 1. & ibi Doct.* NONÒ, hoc iuris habet, quòd alteri cuicunque, etiam sine consensu domini, feudum subinfeudare possit, siue totum, siue partem, iisdem tamen conditionibus, quibus ipse habet, dummodò tamen citra domini damnum faciat, & tali, qui sibi est æqualis quo ad seruitia præstanda domino, concedat, *c. 1. qualiter olim pot. feud. alien. iuncto c. 1. §. similiter. de leg.*
16 *Conrad. de quibus infra in 13 part.* DECIMÒ, † hoc iuris habet, quòd vasallus feudum acceptum, quandocunque lubet, domino, vel descendentibus, vel agnatis, si feudum paternum est, inuito etiam domino, refutare possit, *c. 1. de vasal. qui contra constitut. Lothar. Reg. feudum aliena. c. 1. de alienat. feud. patern.* Nouum tamen non, nisi in descendentes, qui in eo solùm succedant, vel in dominum refutatur, *d. c. 1.* VNDECIMÒ, hoc iuris accipit, quòd iudex esse possit in causis feudalibus, *c. 1. §. præterea, de probib. feud. alienat. per Freder. c. 1. apud quem vel quos, quæst. feud. c. 1. de leg. Conrad.* DVODECIMÒ hoc iuris accipit, quòd dominus nec eum accusare, nec testimonium contra eum dare potest, nec, vt de calumnia iures, compellere, *c. 1. §. in quibus, de consuetud. rect. feudi.* Quod vltimum de calumnia verum censeo, si iuratus vasallus est: secùs si dominus præter iuramenti præstationem illi feudum plenè dedisset, *ita Aluarot. in d. §. in quibus.* Nam ratio, quòd de calumnia non iurat, est, quia semel domino fidelitatem iurauit, quam non præsumitur velle violare: sed istud cessat in vasallo, cui remissum fuit iuramentum. Et hæc quo ad hanc suffecerint partem. Nunc ad vndecimam partem transitum faciamus, nempè ad quid vasal-

vasallus domino rursum pro beneficio isto collato teneatur. Nam beneficium beneficio compensari debet, vt ait ille.

PARS VNDECIMA, AD QVID vasallus domino rursum pro beneficio collato teneatur.

SVMMARIA.

1 *Fidelitatis iuramentum præcedere ne, an sequi inuestituram debeat?*

2 *Inuestitura etiam per procuratorem acquiri potest.*

3 *Forma iuramenti fidelitatis.*

4 *Vasallus in fidelitatis iuramento semper Imperatorem, vel Regē, suum Principem, vel priorem dominum excipere debet, si habeat.*

5 *Intra quod tempus vasallus inuestituram facere debeat, cum fallentijs, nu. 19.*

6 *In nouo feudo concesso vel tradito, non est vasallus certus terminus præscriptus ad inuestituram petendam.*

7 *Miles in feudo antiquo inuestituram petere debet intra annum & mensem.*

8 *Vasallus dominum requirere debet, & non contrà.*

9 *Paganus intra annum & diem petere inuestituram debet.*

10 *Vasallus infra terminum petendæ inuestituræ æquè domino seruire tenetur, nec posset interim in dominum delinquere.*

11 *An tempus petendæ inuestituræ sit vtile, an continuum.*

12 *An hæres defuncti, qui infra terminum petendæ inuestituræ decessit, à nouo plenum terminum habebit anni & diei, an verò id temporis solùm, quod defuncto, cum moreretur, restabat.*

13 *Si plures hæredes sint vasalli in feudo, tunc singuli tenentur domino fidelitatem iurare.*

14 *Feudum an ex diuisione fratrum ad vnum sine consensu domini peruenire possit.*

15 *Ciuitatis Syndicus, vel alius ad hoc deputatus, nomine ciuitatis inuestituram petet, & iurabit.*

16 *An mortuo domino, relictisq́; pluribus hæredibus, vasallus à singulis inuestituram petere teneatur.*

17 *Vasallus iurans domino suo & eius successoribus, an tunc, mortuo domino, eius successoribus iurare teneatur.*

18 *Vasallus pro suis successoribus iurare non potest.*

19 *Vasallus licèt mortuo domino pluribus illius hæredibus singulatim iurare teneatur: non tamen tenebitur nisi vni ex illis seruire.*

20 *Quibus ex causis excusatur vasallus, quòd intra terminum à iure feudali præscriptum, inuestituram non petierit.*

21 *Filius, vel agnatus, si iustè ignorant, excusantur si intra terminū præscriptum inuestituram non petierint.*

22 *Minor annis quatuordecim non tenetur neque per se, neque per procuratorem inuestituram accipere. Maior verò factus annis quatuordecim tenetur.*

23 *Tempora belli excusant, si intra legitimum tempus inuestitura nō petatur.*

24 *Ob inuestituram non petitam tempore legitimo in feudo exigui pretij, feudum non amittitur.*

25 *Quando vasallus dominum suum iuuare tenetur.*

26 *Vasallus domino iniustè bellanti opem vel seruitium præstare nō tenetur.*

27 *Vasallus dominum excommunicatum vel bannitum iuuare non tenetur.*

28 *Vasallus excommunicatus æquè dominum iuuare non tenetur.*

29 *Quandiu vasallus dominum in bello iuuare tenetur.*

30 *Vasallus dominū in bello relinquere non potest, quandiu mortuus, vel lethaliter vulneratus non sit.*

31 *Quis censetur lethaliter vulneratus.*

32 *Vasallus ex bello fugiens, ac dominum relinquens, licèt dominus victoriam nihilominùs obtineat, feudum tamen amittet, contra Zasium.*

33 *Vasallus non tenetur salutem domini suæ saluti præponere, licèt seruus ad id teneatur.*

34 *Contra quos vasallus dominum iuuare non tenetur.*

35 *An vasallus dominum contra patriam suam iuuare teneatur.*

36 *An vasallus dominum contra patrem suum iuuare teneatur.*

37 *Refutatur opinio Specul. & aliorum Dd. & nu. 39.*

38 *Patrem, patriæ vel principis proditorem, interficere licet.*

40 *Iuramentum non debet vinculum iniquitatis esse.*

41 *Vasallus dominum contra seipsum iuuare non tenetur.*

42 *Va-*

PRIMÒ ergo & ante omnia, concesso FEVDO NOVO à domino, vasallus ad hoc tenetur, quod inuestituram petere debet cum honoris præfatione, *vt pulchrè glo. fin. in c. 1. per quos fiat inuestitura.* atque hoc facto ad iuramentum fidelitatis præstandum se offerre: † debet 1 enim inuestitura verbalis, seu abusiua, præcedere fidelitatis iuramentum, *c. 1. quid præced. debeat.* & realis inuestitura, hoc est, possessionis ipsius traditio, tũc statim post sacramentum fidelitatis sequi, *c. 1. §. inuestitura. de noua forma fidelit.* Et hactenùs de nouo feudo acquisito: IN FEVDO verò ANTIQVO (in quo non datur secundo possessio, sed potiùs renouatio per confirmationem, mortuo primo vasallo) inuestituræ renouatio, seu confirmatio præcedere debet iuramentum: quia dominus tanquàm caput iam ex parte sua prius implere habet inuestituram. ita intelligetis, c. 1. quid præced. debeat. Tenetur ergo, vt diximus, vasallus, accepta inuestitura, domino fidelitatem iurare, aliàs si recusaret, realem traditionem dominus negare posset, *text. in c. 1. versicu. nulla. per quos fiat inuestitu.* Nam feudum à fidelitate dicitur, quæ

per iuramentum promitti domino debet, *d. versicu. nulla.*
2 † Inuestituram tamen non semper per se accipere vasallus, sed etiam per procuratorem poterit, *c. 1. §. personā. per quos fiat inuestitu.* Videamus ergo, qualiter vasallus domino fidelitatem iurare debet, & certè hæc forma pulchrè præscribitur in tribus titulis, nempè, qualiter iurare debet vasallus dño fidelitatē. Secundò, in titulo de forma fidelitatis. Tertiò in titulo de noua forma fidelitatis. de quibus etiā anteà meminimus in nona parte, vbi de acquisitione per inuestituram tractauimus. † Et potest paucis hoc modo fidelitatem iurare: Ego Petrus,
3 aut Paulus, iuro sanctè, quod perpetuò ero fidelis tibi domino meo contra omnes, sicut debet esse vasallus suo domino, neque id, quod sub nomine fidelitatis mihi comiseris, pandam alicui alij in tuum detrimētum, me sciente. Hæc forma habetur in c. 1. qualiter iura. debet vasal. domin. fidelitat. Et sub illis verbis, scilicet: *Ero tibi fidelis, sicut vasallus esse debet domino suo*: comprehenduntur omnia, quæ diffusiùs in sequentibus duobus titulis sequuntur. Diffusa enim illa forma pro rudioribus posita est, qui nihil, nisi quod auribus percipiunt, intelligunt, *vt alibi habet textus in c. 1. in princip. de noua forma fidelitatis.* Sub dictis enim verbis comprehenduntur potissimum sex, nempè INCOLVME, TVTVM, HONESTVM, VTILE, FACILE, POSSIBILE, *c. 1. de forma fidelitatis.* quæ vasallus perpetuò habere debet in memoria, si vult dignus haberi beneficio. *d. c. 1. in fin. de for*
4 *ma fidelitatis.* † Excipere tamen debet vasallus semper in inuestitura Imperatorem, vel Regem, vt suum superiorem Principem, & si quem antiquiorem dominum haberet, nominatim, *c. 1. de noua forma fidelitatis. c. 1. §. fina. hic finitur lex. c. 1. §. fina. de prohibiti. feud. alienat. per Fredericum.* Et si non faceret seu celaret, tenetur posteà huic domino ad interesse, *de eo Aluarot. in c. 1. §. contra omnes. hic finitur lex.* Nam si fortè sciuisset dominus iste, vasallum habere alium dominum, non dedisset feudum.

Hactenùs, quia docuimus, vasallum domino teneri, vt cum honoris præfatione petat inuestituram, & posteà

posteà fidelitatis iuramentum offerat, operæprecium
iam est scire, intra quod tempus inuestituram petere
debeat, & fidelitatis iuramentum præstare, tum à quo
accipere necesse habet. † Et paucis, distinguetis feu- 5
dum nouum ab antiquo. Primò, dicetis iam secundò
ad hoc teneri vasallum in nouo feudo, quòd inuestitu-
ra abusiua facta, statim citatus a domino, vel curiæ pa-
ribus, vt fidelitatis iuramentum præstet, venire debeat,
aliàs feudo priuabitur. Et hoc etiam, si dominus illi
tradidisset sine iuramento prius præstito, *text. est in §. est*
& alia. quæ fuit pri. caus. benefic. amitt. vt in parte sequente docebi-
mus, in secunda conclusione, in principio. & sic eousque liberè
vasallus expectare poterit, absque requisitione: † quia 6
in nouo feudo nullus est vasallo terminus præscriptus
ad petendam inuestituram. *Aluarot. post Bald. in c. 1. quæ*
fuit pri. caus. benefi. amitt. † Si feudum antiquum fuerit, 7
iam distinguetis militem à pagano: si miles est, mor-
tuo vasallo, à domino, vel eius hærede renouationem
inuestituræ intra annum & mensem petere debet. Ia-
cob. Beluis. Bald. Nicol. de Neapol Aluarot. & commu-
niter omnes *in c. 1. quo tempore miles.* quicquid Andr. de
Isern. dicat, *in d. c. 1. quo tempore miles.* † Et sic illi domi- 8
num requirere, & adire, seu insequi debent, non domi-
nus illos, *text. est in d. c. 1. quo tempore miles, & c. 1. de capit.*
Conrad. in principio. (vt tamen apud plerosque consuetudo
est.) Et si dominus abesset, ita vt eius copia haberi non
posset, iam requirendus erit eius vicarius, vel procura-
tor ad hoc dimissus. *ita Bart. Cassan. in Comment. consuet. Burgun.*
in §. 1. in verbis, ou a la personne, in titu. de fidel. † Si verò paga- 9
ni vel priuati fuerint, tunc intra annum & diem, *c. 1. quæ*
fuit pri. cau. benef. amitt. c. 1. de cap. Conra. c. 1. §. præterea primus, de
prohib. feud. alien. per Frede. c. fin. de feu. alie. per Lotha. & hoc e-
tiam citra moræ purgationem, *per ea quæ alibi Aluar. notat.*
in c. 1. quæ fuit pri. cau. benef. amit. † Et quanquàm ante annũ & 10
mensem, vel annum & diem, inuestituram petere à do-
mino compelli nequeant: tamen interim, si dominus e-
geret illorum seruitio, deberent seruire: nec putet etiã
vasallus, interim licitè dominum posse se offendere,

quia

quia hoc si faceret, non priuaretur minùs feudo, ac si iam fidelitatis iuramentum domino præstitisset, *ita pulchrè Aluarot.post Iacob.de Beluis. & Nicol.de Neapol.in d.c.1.in fin. quæ fuit prima causa,& sequitur Bart.Cassan.in §.1.in verbis,dedens lan.in titu.des fiedz.* Hæc tamen tempora currere illis non ante scientiam intelligetis. Quomodo enim peteret, quod nescit? Non enim incusari posset negligentiæ seu incuriæ ille, qui ignorat, *text.in d.c.1.§.prætereà primus,de prohib. feud.alien.per Frede.* Nihil enim fraudis inter dominum &
11 vasallum esse debet, *c.fin.de prohib.feud.alie.per Lothar.* †Sed iustè dubitari hîc posset, an tempus istud vtile erit, an continuum, hoc est, an curret tam feriatis (vt vocant,) quàm non feriatis diebus? *de quibus alibi.in l.fin. de tempo.in integr.restitu.* Certè diceretis continuum, si nihil impedimenti intercesserit. Si verò impedimentum intercederet (de quo posteà in fallentijs) iam esset vtile, *ita Præpositus,& Mart.Landen.in d.c.1.quo tempo.miles. quem sequitur Zasius*
12 *in 7.parte,fol.26.*† Sed quid si vasallus, qui obijt, ipse inuestituram non petijsset, & intra præscriptum tempus decessisset, an iam heres eius, hoc est, filius vel agnatus, iterum integrum tempus vnius anni & vnius diei, vel mensis, habebit, an solùm istud, quod defuncto deerat? Profectò in hoc casu volunt Doct. si feudum est antiquum, quod integrum tempus habebunt, & tempora, quæ defuncto decurrerunt, ei non nocere. *Ita Iacob. de Beluij.& Aluaro.in d.c.1.quo tempo.miles, vbi etiam glo.* Si verò nouum esset, iam tempora defuncti connumerari, & solùm in tempore superfluo filiũ petere posse, cùm in nouo feudo filius personam patris refert, *vt vult Aluar.& Præpos. in d.c.1.quo temp.miles,& Iacob.de Beluis.quos sequi videtur Zasius in 7.part.fol.27.& Franc.Curt.in 4.par.nu.23.fol.342.quæ benè notanda essent,si vera forent.* Sed certè admodũ dubito de illo passu. Nam si agnatus ex integro suos dies habet, non intelligo, quare etiã descendentes habere non debeant. Illa quam dant, rationem, quod agnatus vel descendentes in antiquo feudo magis alterius beneficio habent, quã beneficio immediati prædecessoris: in feudo verò nouo magis ex persona patris, mihi satis non placet

Nam

Nam quid si pater per annum nō petijsset, & statim moreretur, essétne iniquum, quòd intra vnum diem, qui deest, excluderetur? Et ergo in dubijs puto semper sequendum, quod humanius & æquius est: quia ergo communiter Doctores in antiquo feudo integrum tempus largiuntur, puto quoque concedendum in nouo, *l. in ambiguis. l. benignius. ff. de legib. & hoc argument. l. 1. versic. quibus, ad finem. ff. de success. edict. vt etiam simpliciter tenere videtur Ioan. Andr. ad Specul. in titu. de feud. in §. quoniam, versic. 17. & Iacob. de Ardiz. in titu. quibus mod. feud. acquir. argum. l. si iudex. ff. de iudi. & ita de consuetu. Burgun. seruari author est Bart. Cassan. in tit. des fiedz. §. 1. in verbis, dedens lan.* quanquàm nō malè etiam dici posset, in omni feudo tempus superfluum relinquendum, *argum. l. in antiquioribus. C. de iure delib.* Nam quid si bis térve agnati discederent intra annum, fortè, vltimo die, iam certè in infinitum extenderetur, quod non ita æquum est: putarem tamen Ioan. Andr. sententiam & Speculatoris veriorem & potiùs sequendam, cùm per hoc nullis interim seruitijs fraudatur dominus, vt antè docuimus. † Rursum quæret aliquis, quid si plures hæredes essent vasalli defuncti, an omnes, hoc est, singuli, fidelitatem iurare debent: dicendū quod sic, † nisi ex diuisione ad vnum solùm peruenerit: tunc enim solus ille iurabit & seruiet, *text. est in c. 1. §. omnes. si de feud. defunct. content. sit, c. 1. §. 1. prætereà 2. de prohibit. feud. alien. per Freder.* Potest enim ad vnum ex diuisione feudū peruenire, etiam citra domini consensum, *dd. cc. & c. 1. de natur. success. feu.* in casu tū, vbi diuisio nō est facta, vt caput vnum esset, hoc casu, si volunt, possunt vnum eligere ex omnibus, qui omnium nomine petet inuestituram, & iurabit, ita Aluaro. *in d. §. omnes. si de feud. defunct. &c. & est text. in c. 1. §. personam. per quos fiat inuestitu.* (Præpositus, Afflict. Alexand. *in d. § omnes.* Iacob. de sancto Georgio *in verbo, qui quidem inuestiti præstiterunt, versic. nunc quæro.* Chassan. *in consuetud. Burgund. §. 7. nu. 3.* Zasius *in tract. feud. parte 7. versi. possunt tamen.* Refutat tamen hos omnes Molinæus *in consuetud. Parisien. titu. 1. §. 2. num. 37.* ex ea ratione, quod fidelitas, quæ in iuramēto debetur, à singulis debeatur, & à singulis etiam iuranda sit. Hanc

13 (margin, beside "mus. † Rursum")
14 (margin, beside "tem iurare debent")

Moli-

Molinæi sententiam illustrat & confirmat D.Hartman. Pistorius *in suo tractatu quæstionum feudalium, parte priore, lib.2.quæstione 47. nume.12.* Fatetur tamen Molinæus *dicto loco, num.38.* Syndicum vniuersitatis vel ciuitatis nomine iuramentum fidelitatis rectè præstare, & diuersitatis ra-
15 tionem ibidem adducit.) † Eodem modo ciuitas, quæ feudum habet, vel alia vniuersitas, vnum ex ciuibus e-
16 ligere potest, vel Syndicum, secundùm prædicta. † Sed quid è diuerso, si domin⁹ moriatur, relictis multis prolibus, an vasallus iste ab omnibus ei⁹ hæredibus tenetur separatim rursum inuestiturã petere? dicite quòd sic, *per c.1.quo tempore miles. & ibi Doctores.* (Singulis etiam fidelitatem iurare tenetur, *vt infrà tradit author num.18. glossa in L.vsusfructus legatus, in princ. in verbo, oportet. de vsufructu. Bartol. in l.cùm vnus, in princip. de alimentis & cibarijs legatis. Bald. in l.1. quæstione 22. de rerum diuision. Angel. in l.loci corpus. §. si fundus. ff. si seruitus vindicetur. & in l.2. §. ex his, & ibi Ludouic. Roman. colum.3. de verbor. obligat. Ioan. de Imola in l. 4. in fin. princ. eodem titu. Iason in l. de pupillo. §. si plurium, colum. 3. 4. de operis nou. nunciat. Aluaro. in §. omnes si de feud. defunct.* Contra verò vni tantùm ex hæredibus iuramentum fidelitatis præstandum esse existimarunt multi. *glossa in d. §. omnes, in fin. Andr. de Isern. Iacob. de Beluis. & Baldus ibi, Hostien. in summa, titu. de feud. §. fina. Speculat. in titu. de feudis, §. 1. quæstione 29. ibi Ioan. Andreas, Albericus in l. cùm vnus, in fin. principij. de alimentis & cibarijs, & in l. de pupillo. §. si plurium, l. stipulatio. §. quæsitum. de operis nou. nunciat.* plures citat in hanc & superiorem sententiam D.Hartmannus Pistorius *parte posteriore, lib.2. quæstionum, cap. 47. nu.21. & 22.* Ipse verò mediam sententiam approbat, & eleganter defendit, vasallum non separatim singulis ex communi suffragio cæterorum cohæredum ad id destinato iurare debere. Vide rationẽ huius sententiæ diligenter apud eundem expositam, *d. loc. nume.24. & 25.*) Sed cum distinctione, nempè, si feudum istud à domino mortuo, vt feudũ, ab alio domino fuit acquisitum, & sic iam rursum subinfendatum ab eo, tunc vasallus à filijs, seu masculis eius hæredibus, tantùm inuestiturã petet, relictis filiabus. Si verò tale est,

quod

quod dominus mortuus primò ex suis allodialibus bonis constituit, iam non solùm à masculis hæredibus, sed etiam à filiabus seu fœminis recognoscet. Et hoc, quia respectu omnium est patris patrimonium, in quo simul succedunt tam fœminæ, quàm masculi, *text. est in c. 1. de eo qui sibi vel hæredib. suis.* Et idem dicetis obtinere in isto casu, si nullis relictis liberis extraneos instituisset hæredes, quibus singulis iterum fidelitatis iuramentum præstandum erit, nisi vni eorum separatim ius feudi assignasset. Prædicta tamen vera, nisi iste vasallus suo domino, & suis successoribus iurasset copulatiuè. † Illo 17
enim casu, domino suo mortuo, non teneretur hæredibus domini sui secundò iurare, *text. in c. veritatis, ext. de iureiuran. Aluar. & alij Doct. in c. 1. in princ. quæ fuit prim. caus. benefi. amit.* Licet autē non teneatur: habet tamen æquè necesse inuestituram petere. *Aluar. in d. c. 1. in prin. quæ fuit prima caus. benefi. amit.* Si tamen vasallus iurasset simpliciter domino suo, non facta mētione successorum, tunc si sub nomine dignitatis iurasset illi, æquè nō teneretur successori iterum iurare, alias secùs. ita pulchre Panor. *in d. c. veritatis.* intelligit, & benè. † Pro successoribus verò suis vasallus 18
iurare nō potest. *Alua. d. loco, & alij.* Rursum quæret aliqs, quid si vasallus ex inuestitura domino iurare solùm tenetur vno equo, & nūc sunt plures hæredes domini, an omnibus seruiet vno equo, hoc est, separatim singulis?
† Paucis dicite, quod licèt omnibus fidelitatem iurare 19
teneatur: tamē nō teneri separatim singulos iurare, sed debent ex omnibus vnum eligere, cui seruiet, *c. 1. §. præterea. 2. in fi. de prohib. feud. alienat. per Freder. argument. l. ne in plures. ff. de exercito. actio.* Et si de eo conuenire non poterunt, nulli eorum interim seruire tenetur, *ita Zasius post alios. in 7. par. arg. l. æquissimum. & l. quotiens. ff. de vsufr. de qua re etiā infrà adhuc aliàs tractabimus.* Nunc ad rē redeamus. Prædicta quæ diximus, nempè vasallum intra annum & diem, vel annum & mensem, in antiquo feudo inuestituram petere debere, fallunt in aliquot casibus. † FALLIT PRIMÒ, 20
si iusta causa interueniret, veluti mortis, tam extranei alicuius, quàm domini, vel vasalli, *c. 1. quo tempore miles,*

vbi

vbi Aluarot. (idem esset, si propter morbum sonticum, vt pestem, domini ciuitatem vel domum adire non auderet. *Mart.Lauden.in c.1.quo tempore miles*) vel capitalis inimicitia inter vasallum & dominum (sine culpa tamen vasalli) vel inter vasallum & extraneum, talis tamen, ob quam sine periculo ad dominum peruenire nequiret. *Aluarot.in d.c.1.* Et quæ dicatur capitalis inimicitia, docet alibi glossa, *in l.licet.ff.de arbitr.* Bartol. *in l.3.§.fina.de adimen.lega.* glo. *in c.per tuas,extr.de simonia.* Bald. *in Authen.si dicatur.C.de testibus.* & multos effectus inimicitiæ videre licebit apud Hippolytum de Marsilijs, *in l.1.§.prætereà.ff.de quæstio.* Sed quid si intra tempus legitimum inimicitia sopita esset, an iam vasallus solum tempus reliquum habebit ad inuestituram petendam, an verò iterum tempus integrum? tenet Aluarot. quod integrum tempus dabitur à tempore compositionis inimicitiæ, *in c.1.quo tempore miles.* & benè. Sed quid si intra tempus legitimum non sopiretur inimicitia, anne iam perpetuò durabit excusatio inimicitiæ? Certè non, sed primo legitimo tempore elapso, tenebitur ante finem secundi legitimi temporis, vel per se, vel per procuratorem, petere inuestituram, aliàs feudo priuaretur. *ita Andr.de Isern.in c.1.quo tempore miles.* FALLIT SECVNDÒ, si iusta causa absentiæ excusaret, *d.c.1.quo tempore miles.* Et quæ sunt iustæ causæ absentiæ docentur latè satis à Iureconsultis alibi. *toto tit.ex quibus cau.maior.ff.* quo fuerit recurrendum. Sed quærit gloss. *in d.c.1.quo tempore miles.* an excusabit absentia, si reliquit procuratorem, per quem potuisset petiuisse inuestituram? Certè primò putat non excusandum, postea putat excusandum, sub dubio relinquens studioso inuestigandam huius rei veritatem. Sed relictis ambagibus, puto eum semper excusandum siue procuratorem reliquerit, siue non, *per textum apertum in l. sed & si per prætorem.§.fin.& l.nec non, & ibi glo.verbi, defuncto, in princ.ff.ex quibus causis maior.* (Hanc disputationem diligenter & exquisitè tractauit, Duaren. in tit. ff. ex quibus causis maiores. quo in loco hanc sententiam approbat & multis rationibus defendit. Vvesenbecius sequitur in paratitlis.

ex quibus causis maiores,nu.5. Neque enim magis fauendum est negligentibus, quàm his, qui rerum suarum curam habent,administrationi eorundem procuratorem præficere. Neque stulti melioris conditionis, quàm sapientes esse debent.) Non obstat his responsum Iurisconsulti alibi,quod huius contrarium sentire videtur,*in l. is qui reipub.ff.eod.ex quibus caus.&c.* quia ibi præsens non auditur contra absentem Reipublicæ causa, si reliquerit procuratorem absens,quem potuisset præsens commodè conuenisse, *vt gloss.secundùm vnam solut.in d.l. is qui reipub. quam sequitur ibi Bart. & probat hoc text.in l. item ait prætor,versi. nam si fuit procura.ff.ex quibus caus.maio. & sequitur Aluarot.in d. c.1.quo tempore miles.* (Hanc interpretationem reprehendit Eguinarius Baro. *in explicatione Tituli,ex quibus causis maiores.* & adducit duas rationes, quem sequitur Pacius *in notatis ad marginem eiusdem legis,in corpore iuris à se edito.* Duarenus autem *in titu.ff. ex quibus causis maiores.* contra impugnationem Baronis luculenter hanc interpretationem defendit.) secùs econtrà, per leges citatas. † FALLIT TERTIÒ, si filius,vel agnatus,iustè ignoraret esse feudum, quia fortè exteris in locis hactenùs versatus mor tuo patre accitus,allodialia esse putaret, *argu.c.1.§.si vasallus.versic.vasallus.si de feud. defunct.conten.sit.l.qui in alterius. ff.de regul.iur.* † FALLIT QVARTÒ, si minor quatuordecim annis, siue doli capax, aut proximus pubertati, aut non,vasallus factus fuerit, etiamsi tutorem habeat, *per c.1.§.si quis per triginta,versic.si minori.vbi Aluarot. cum §.sequenti.si de feud.defunct.conten.sit.* Si tamē adultus esset,quatuordecim annos natus, iam intra dictū tempus petere debet,aliàs feudum amittit, *c.1.§.prætereà.1.de prohib.feud. alien.per Frede.* Restitueretur tamen in integrum,si læsus esset.*ita Aluaro.Præpo.Mart.Laud.in d.c.1.quo tempore miles. Zasius in 7.parte.Curt.in 4.parte,fol.338.* de quo tamē dubito nōnihil,propter expressum dictū.§.prætereà. & maximè, cū in delictis restitutioni locus esse nō soleat. *l.si ex causa.§.nunc videndū.ff. de mino.l.1.& 2.C.si aduer.deli.* (His nihil obstātibus pro defensione cōmunis sententię dici potest, ex d.§.prætereà, hoc tantū colligi, quòd minor ob non

21 (beside "defendit.) secùs econtrà... FALLIT")
22 (beside "ff.de regul.iur. † FALLIT QVARTÒ")

petitam inuestiturā feudum amittat, nō autem, quòd in integrum non restituatur. Nam & alibi minorem rem suam amittere scriptum est, neq; tamen ex eo quis rectè cōcludat, à restitutionis beneficio eiusdē excludi. Amittunt etiā rem suam vsucapione, nihilominùs tamen ad eam recuperandam restituuntur. C. si aduersus vsucapi. Nec obijciat quis cū effectu verba accipienda esse in d. §. prætereà. Satis enim cum effectu accipiūtur, si minor ipso iure feudum amittit: nec obstat, quod minores aduersus delicta non restituuntur. Id enim de delictis, quę in negligendo consistunt, & sine dolo admittuntur, accipiendum non est, *argu. l. 2. C. si aduersus delictum. Notat Castr. & Doct. ibidē.*) Si ergo culpa curatoris adulti tempus istud præterijt, ad eum poterit recursum habere, *argu. l. 2. C. de fund. patri. & argu. §. studium verò, versi. si verò lis agatur. in Auth. de trient. & semiss. argu. l. 3. §. penul. ff. de reb. eor.* & inuenio post multa ita tenere Bart. Cassan. *in §. 2. ibi, & ita dicēdum, in tit. des fiedz.* FALLIT QVINTÒ, si duo domini de feudo litigarent, & dubitaretur vter eorū esset dominus: hoc casu protestando, quòd peteret inuestituram, si certū dominum cognosceret etiā excusabitur, *ita Oldrad. in consi. 22. quem sequitur Zasi. in 7. par.* FALLIT SEXTÒ, nempè quòd feudū non amittit in casu, vbi tempore elapso adhuc inuestiret dominus sciens, & seruitia acceptaret, Nam per hoc videtur renunciasse iuri suo. *glo. in d. c. 1. & ibi Doct. quo tēpore miles, & Bal. in c. 1. quæ fuit prima cau. bene. amit.* FALLIT SEPTIMÒ, in casu, quando dn̄s tertio alicui concedit feudū, vasallo alio adhuc feudum verè possidente. Hoc enim casu, *c. 1. qui success. teneant.* licèt feudi concessio seu abusiua inuestitura facta est: non tamen iurabit fidelitatem ante traditionē realem. *ita Curt. in 4. part. nu. 23. fol. 343. Aluar. in c. 1. quæ fuit prima causa benefi. amit. Andr. de Isern. in c. 1. de*
23 *capi. Conrad.* † FALLIT OCTAVÒ, si tempore belli, quo tutò venire non licuit, non petierit inuestiturā. *text. in l. in causis. §. vasalli. de pace Constant. & ibi eleg. gloss.* † FALLIT
24 NONÒ, si feudum esset exiguum: Illo etiā casu non amittitur, si intra tempus legitimū inuestitura petita nō sit: ita Ludo. Roma. *singulari suo 118. incipiente, Tu qui habes feudū.*
Et

Et refert alibi Aluaro.*in c.1. §.nulla.per quos fiat inuesti.* Iacobum de Ardizo. ita tenere, quod est notandum, quia apud nullos alios inuenio, & feudum magnum vel exiguum cognoscetur ex qualitate personæ vel rei, *vt Roma. dicto loco.* FALLIT DECIMÒ, si defuncto & suis successoribus iurasset, & inuestituram accepisset. *ita Bald. in c.1. quæ fuit prima causa benefi. amitt. c. veritatis, extr. de iureiuran.* FALLIT VNDECIMÒ, si ignorauit prædecessorem obijsse, vel dominum: nam, nisi à tempore scientiæ, tempora prædicta non currunt. *glo. Aluar. & communiter Doct. in c.1. quo tempore miles.* Postremò, quia iam docuimus vasallum domino suo, eiusq; hæredibus, teneri, vt intra tempus legitimum fidelitatis iuramentum præstet, iurando dominum iuuare contra omnes, excepto Imperatore, Rege, & antiquiore domino.

Nunc videamus, QVANDO, & QVAMDIV, CVIVS SVMPTIBVS, & QVO IN LOCO, iuuare debeat. † Quoad primum, quando iuuare debeat, dicetis 25
non anteà, quàm requisitus à domino fuerit. Et ergo etiamsi dominus per centum annos staret, quòd super seruitijs vasallum non requireret: per hoc tamen non punietur, nec feudo priuabitur, *c.1. §. licet. si de feud. defunct. content. sit inter domi. & agnat. vasal. c.1. §.1. hic fini. lex, in c.1. §. fin. an ille, qui interfec. frat. domini sui.* Et hoc verum dicetis, nisi dominum obsideri sciret, cùm nunciare posset, aut ingens periculum ei inscio imminere, tunc etiam non requisitus seruitium præstare debebit, *text. est in d. §. licet. & in c.1. §. 1. hic finitur lex, deinde consuetu. reg.* Secundò etiam tunc iuuare dominum debet, cùm belli iustam causam fouet, vel saltem de eo dubitatur, iusta sit an non. *c.1. hic finitur lex, deinde consuet. reg. &c.* nec in talibus exquirendis curiosus vasallus esse debet, *d. c.1. hic finitur lex.* † Cæterùm si iniustam causam dominum fouere sciret, certè 26
iam non teneretur vel corpore, vel consilio, iuuare, si vult: ad defendendam tamen domini personam iuuare debet, sed non ad offendendum alium, *d. c.1. in princip.*
† Sicut nec eo casu, quo esset dominus excommunicatus, vel bannitus, & nondum restitutus, *d. c.1. in fin.* 27

hic finitur lex, deinde consuetu. &c. † Sed dicet aliquis, si econtrà vasallus esset excommunicatus, an is etiam domino opem ferre teneatur? Paucis dicendum, quòd sic, *argum. c. cùm inter, de except. & c. intelleximus, extr. de iudi. Præpos. in c. 1. de alien. feu.* & ratio esse potest, quia aliàs per excõmunicationem alienarentur, qui maximè grauari debẽt, quò citiùs ad gremiũ Ecclesiæ reuertantur. ita est mens d. c.
29 cùm inter, &, c. intelleximus. † Nunc ad alteram partem quandiù scilicet iuuare dominum debeat, transeamus.
30 † Et paucis dicetis, quòd dominum suum non possit relinquere in prælio, quamdiù mortuus non est, aut non lethaliter vulneratus, *text. est in c. 1. quibus modis feud. amitt.*
31 *tit. 1.* quæ duo æquiparantur. † Sed cùm hîc dubitari posset, quando censeatur lethaliter vulneratus, dicetis ex Baldi sententia, tunc demùm, cùm secũdùm medicinæ regulas, & peritos in ea arte, non posset euadere, vel admodum difficulter: quod puto verum. *argum. c. ex literis, de frigi. & malefi.* Magistris enim in arte credendum est, *l. 1. ff.*
32 *de vent. inspici.* † Sed dicet aliquis, quid si vasallus dominum dimiserit, absque tamen incommodo eius, quia fortassis æquè superauit hostem, quo casu non interfuit domini aufugisse, vel non. Paucis dicetis, per hoc æquè feudum amitti, quia sola fuga ad hoc sufficit, text. *d. c. 1. quibus mod. feud. amit.* vbi Bald. & Aluaro. quos sequor. Zasius tamen putat *in 10. parte, fol. 61. in princ.* pèr hoc non amitti: sed malè. Non enim alijs pessimo exemplo esse debet, fugæque exemplum præstare, *argu. l. omne delictum, versi. qui in acie. ff. de re milita.* Et quàm grauiter desertores hi olim à Romanis puniri soliti sint, alibi pulchrè refert Dionisius Halicar. *lib. 9. antiquitatum.* Rursum, quæret aliquis, quid si vasallus amputatis brachijs, & sic nõ lethaliter vulneratus, aufugeret, relinquendo dominum, nec mortuum, nec lethaliter vulneratum, an hoc poterit? Hanc quæstionem mouet glo. *in d. c. 1. quibus modis feud. amitt.* & concludit, quòd sic, quia nihil interest domini, iam ibi manere vasallum, cùm eum iuuare non posset: quod facilè verum puto, nisi alijs membris adhuc domino suppetias ferre posset, veluti clamore similibusq;

acti-

actibus.Tũc enim si abscederet, æquè feudo priuaretur, vt quoque Baldus voluisse videtur, *in d.c.1.argum.l.1.§.occisorum.versi.potuisset.ff.ad Silla.* †Cæterùm si vasallus ipse lethaliter vulneratus esset, vel mortem sibi imminere videat, tunc vitam suam vitæ domini præferre posset, & liberè decedere, *ita intelligo.c.1.quibus mod.feud.amit. ad quod facit.c.1.de feudo sine culpa non amit. & glo.quam sequitur Aluarot. in d.c.1.quibus modis feud.amitt.* licèt seruus hoc non posset, *d.l.1.§.occisorum, versic.serui quoties.ff.ad Sillan.* vt de Pauepionis seruo apud Valer. *libr.6. capite 8. legimus.* † Finaliter, quia anteà diximus, vasallum domino teneri, vt eum contra omnes iuuet, exceptis personis enumeratis, non absonum fuerit hîc declarare, & subijcere, an contra patriam propriam, proprium patrem, filium, vel fratrem, iuuare teneatur. Et primò videtur quòd sic, *per c.1. §.fin.hîc finitur lex, dein.consuetudi.reg.incip.* Sed paucis, † Primò, quoad patriam, dicetis contrarium, text.elegans ad hoc.& vnicus in l.in causis.§. vasalli, versicu. vasalli, & ibi quoque gloss. de pace Constan. quod est notandum. † Secundò, quoad patrem & filium, etiamsi contra eos textus est apertus, quem Aluar.& alij Doct.sequuntur, in c.1.§.fina.hic finitur lex, deinde consuetu. &c. quem Aluaro.& alij Doct.sequuntur.existimarem tamen contrarium potiùs tenendum, & legem talem nullo modo seruandam, cùm contra præcepta sit diuina, patrem offendere, quæ præcepta Christi haud dubiè pluris sunt facienda, quam priuatè illæ consuetudines seu leges. Sunt enim abominabiliter iniquæ, quę non solùm apud Christianos, verum etiam apud ethnicos, contra pietatem parentibus ex natura debitā sceleratissimè pugnāt. Quid enim fœdius, periclitante patre vasalli, cum domino pugnante, partibus domini assistendo, impiè paterno sanguine madefacere manus? Quis vel ethnicus istud probaret? † Prætereà, cùm quis contra patriā propriam pugnare non obligatur cū domino (vt suprà probauimus, quod omnes etiam Doct. sequuntur) quare id non ratione eadē in patre admittunt? cùm pater patriæ sit præferendus, vt in Decalogo seu quarto præcepto

33 34 35 36 37

Christi cõstat: Nec obstat quod Speculator patrem pro
38 patria interfici posse adfert. *in §.quoniam,in tit.de feud.* † & sic patriam patri præferendam. *ex l.minimè.ff. de religio. & sumpt.fune.* quia dicimus illud nõ esse simpliciter verum, nisi in casu speciali, vbi pater proditor patriæ est, aliàs secus. Et ergo, licèt in vno illo casu præferatur: non tamen sequitur quòd ergo in omnibus in genere obseruetur. Malè enim ab vno particulari ad vniuersale arguitur: & quod hic diximus de patre, idẽ intelligimus de filio, cùm natura hoc quoque prohibet, quę immutabilis est:
39 † Nec obstat Doctorum in ea parte ratio, qui aiunt, vasallum patri & filio solùm obligari vinculo naturali, domino verò vinculo iuramenti, atque ideo strictiùs teneri. *Doct.in d.c.1.§.fin.hic finitur lex, deinde consuetu.*
40 *reg.imp.* † quia respondeo, iuramentum non esse debere vinculum iniquitatis, nec esse obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, *c.non est obligatorium. de regu.iur.in 6.* Quis enim diceret hunc obligari, qui promitteret patrem occisurũ, vel simile? Nemo certè. Nam non posset sine detrimento salutis æternæ seruari, nec fieri: non ergo ligat: *c.cùm contingat, extr.de iureiurand.c.2.de pactis, in 6.* De fratre verò aliqualiter admittere possumus, in quo non ita ius naturale stringit, secundùm illud: Fratrum quoque gratia rara est. Et prædicta quoque tenet Zasius *in septima parte, fol.29.mihi.* quem sequor.
41 † Rursus, quæret aliquis, quid si vasallus ipse controuersiam cum domino habeat, an dominum contra se iuuare debeat? Paucis dicite, quòd non: nam in omnibus pactis seu contractibus in genere initis persona loquentis semper excipitur, *gloss.in c.petitio.de iureiuran.text. & quæ ibi notantur, in l.inquisitio.C.de solut. & Docto.in c.1.§.fina. hic fini. lex, &c.* Ordinata enim charitas à seipsa incipit. *c.si non licet.23. quæst.5.* Quare si domino promisit castrum vel arcem contra quemcunque defendere, tamen contra seipsum non tenebitur, *d.gloss.c.petitio, & Doct.in d.§.contra omnes. hic finitur lex.*
42 † Postremò, quid si dux Brabantiæ, si fortè vasallus sit Regis Franciæ, respectu Flandriæ, petitus à Rege Angliæ, vel simili pro ope ferenda contra Fran-

Francum feudi dominum, an per hoc feudum Flandriæ amittet, pugnando contra dominum suum pro Anglis, vel similibus? Breuibus videtur, quòd non. Nam cùm plura habeat territoria Dux Brabantiæ, quàm Flandriam, per se, vel ab alio, in feudum, respectu aliorum territoriorum, poterit semper licitè alium quemlibet iuuare contra proprium etiam dominum: quòd secùs esset, nisi illud vnum territorium Flandriæ haberet. Ita pulchrè dominus Præses tenet in loco suo legali, à tanquàm, vbi limitat ita generale dictum, nempè dominum offendere, nec contra eum delinquere posse, quod benè notandum, & mente tenendum foret, verum si esset.

† Nunc restat videre, cuius sumptibus seruire domino debeat, eum iuuando. Et paucis, si instrumento inuestituræ de sumptibus cautum est, res non habet dubium. 43
Si verò nihil cautum, sed consuetudine modus præscriptus est, iam rursum dubitatiõis nihil res habet. Tertiò verò, si nihil horum est, tunc puto distinguendum, an feudum sit satis opulentum & pingue, an minus: si pingue satis, iam puto suis proprijs sumptibus inseruire debere, *argum. l. suo victu. de ope. liber. & ita tenet Specul. in titu. de feud. §. quoniam, versicu. 22. Bald. in c. 1. de capita. qui cur. vendi. & alij Doct. Aluarot. in c. 1. de noua forma fidelitatis, circa finem.* Si verò nõ pingue feudũ sit, tunc puto domini sumptibus seruiendum, vt quoq; tenere videtur Zasius *in 7. par. fol. 31.* & Aluar. *in d. c. 1. de noua forma fidelitatis.*

† Postremò, iam videamus, quo in loco seruire domino debeat: relictis ambagibus dicetis, non solùm in territorium domini, sed etiam extra territorium: hoc tamen casu, cùm extra territorium pergit, domini sumptibus seruiet. *Aluarot. in c. 1. de noua forma fidelitatis, qui allegat in argument. l. cùm sæpè. C. de erogatio. milit. annonæ. libr. 12.* Si tamen nimis remotè extra territorium ducere vellet, & vagari latiùs, quàm æquum est, hoc casu etiam licitè vasalli recusare poterũt, maximè si nouas ibi acquirere terras affectauerit: secùs, si in locis remotis iam terras habeat. Pro illis enim defendẽdis debebunt seruire. 44

ita Aluarot.in c.1.quibus modis feud.amitt.titu.1. Prædicta vera sunt, nisi vasallus duceretur in exercitum Imperatoris, dum pergit Romam pro suscipienda corona, *c.1.§.similiter.de capit.Conrad.c.1.§.vt autem.de allod.* Item si domini vasallorum contra hostes Imperij Romani proficisci cogerentur. His enim casibus debebunt comitari, etiamsi longiùs extra territorium domini ducti fuerint. Et illi, qui olim dominum non concomitabantur ad expeditionem in hostem, vel ad suscipiẽdam Romæ coronam, dabãt pro modio fructuum in Lombardia 12. denarios: in Alemania verò tertiam partem fructuum eius anni, quo expeditio fieret, *d.c.1.§.similiter.de capit. Conra.d.c.1. de allod.in fine.* Hodiè verò alio iure vtimur: Nam vasallus hodie vocatus, vt dominum comitetur, aut ipse venire, aut alium æquè habilem, & domino acceptabilem, mittere debet, quod si non fecerit, dimidium fructuum feudalium rerum illius tunc anni subministrare debet, alioqui feudum perdet, *text.in c.1.§.firmiter, de prohib.feud. alien.per Freder. & d.c.1. de allod.*

45 † Et quanquàm in aliquibus prædictis casibus diximus, vasallũ teneri suis sumptibus domino seruire: creditoribus tamẽ pressum dominum, æreque alieno grauatum subleuare, vasallus necesse non habet, nec dominum pro debitis carceratũ liberare, *ita Aluarot.in §.licet,si de feud.defunct.content.sit, vbi plura ad hoc allegat. & est glossa, quæ expressè hoc habet.gloss.c.1.§. non est consuetudo.de alien.feudi paterni.*

46 † Hinc quoque consequens est, quod vasallus neque alere dominum cogi posset. *ita Bald.in l.1.§.sed scimus.C.de lati.liber.tollend.* quanquàm patronum libertus alere tenetur.

47 † Vult tamen Speculator vasallum suppetias ferre debere domino in subsidium pro filia nuptui danda, *in titu.de feud.§.quoniam ad finem,* quem sequitur Hostien.*in sua summa,de immunit.Eccles.in §.1.* quem sequitur Zasius *in septima parte, fol.31.* & dicit consuetudine confirmari. Sed certè equidem de iuris rigore contrarium putarem verius: nam si non tenetur inopem alere dominum, in quo omnes consentiunt Docto. & ipse Zasius, quare diuitis, vel etiam pauperis, teneretur dotare filiam? cùm maximè dos detur pro sustentan-

stentanda familia. Quid enim aliud est filiæ dotem dare, quàm alimoniam subministrare? si ergo filiæ teneretur, vtique & ipsi domino negare non posset, cùm filia melioris conditionis esse non debet, quàm ipse dominus: respexit enim (vt opinor) Zasius, ad ea quæ habet Dionys. Halicarnas. lib. 2. antiquitatum de clientibus & patronis, à quibus sumpsisse feuda originem, in prima sua parte protulit: sed nihil est, vt in nostra prima parte de origine docuimus. Erat enim † ibi alia causa, vt ibi 48
diximus, non etiam ignoro, Præposit. idem de dotanda filia, non solùm ad legitimam filiam, sed & ad filiam spuriam extendere, *in c. 1. §. similiter, de capit. Conrad.* sed vt primū absurdū satis probaui, ita multò magis absurdū in ista parte existimo, vt dignum nō sit, vt hoc refutem. Et hæc suffecerint. Nunc ad rem redeamus. Tertiò, † ad 49
hoc etiam vasallus domino tenetur, quòd accusare eum non potest, nec testimonium contra eum dicere, nec cū eo litigando efficere, vt de calumnia iuret. *text. est in c. 1. §. in quibus, de consuet. rect. feud.* neque interdictum vnde vi erga eum intentare, *argum. l. 1. §. interdictum, ff. de vi & vi armat.* actionem ergo simplicem in factum, & nullam famosam in eum producet, *glos. in c. 1. §. de milite vasal. qui contum. est, vbi Aluarot. quem sequitur Abb. in c. ceterùm, de iud.* An † sine 50
venia in ius vocare possit dominum, dicta glossa dubitat: & tandem putat nō posse, sicut nec libertus. In qua sententia etiam est Alexan. *in l. generaliter, ff. de in ius vocand.* Quartò, † rursum vasall⁹ ad hoc domino tenetur, quòd 51
feudi conditionem non deteriorem, sed meliorem facere, vel saltem salua substantia relinquere debet, *glos. in c. 1. de alien. feud. pater. argum. l. æquissimum, versic. fructuarius, ff. de vsufruct. & text. apert. in c. 1. §. econtrariò, de inuestit. de re alie. fact.* Et ergo vasallus non incidere arbores frugiferas poterit, *argum. l. æquissimum, ff. de vsufruct.* nisi consuetudo admitteret. Est enim quodammodo instar vsufructuarij, *c. 1. §. quamuis, de inuestit. de re alien. fact.* Nec seruitutem † impo- 52
nere rei feudali in domini præiudicium debet, in suum tamen præiudicium posset. Et ergo ille quandiu possidet, manebit quidem seruitus, eo verò decedente, nulla

etiam obstante præscriptione, dominus rem suam liberam reuocabit, *text. [illegible] in c. 1. §. quid ergo, de inuestit. de re alien. fact.* quod tamen verum hactenus putarem, nisi dominus sciens in [illegible] [illegible] non prohibuisset. Hoc enim casu [illegible] [illegible] existimarem, *argumen. l. qui tacet, ff. de regul. iur. & similiter argumen. c. 1. §. præterea, quibus modis feud. amit. tit. 1. iuncta l. si quis diuturno, ff. si seruit. vendic.* Quintò, ad hoc vasallus domino tenetur pro beneficio semel accepto, quòd etiam si rursum domino refutauerit (quod possit) tamen æquè cauere debebit, ne in veterem dominum committat, text. est elegans, *in c. 1. in fin. de vasal. qui contra constit. Lothar. feudum aliena.* & ibi elegans gloss. quæ docet, memoriam prioris beneficij non debere aboleri, *argum. l. fin. C. de decurio.* Et ergo, si contra fecerit, egregiè extraordinariè punietur, *gloss. in d. c. 1. vbi Doct. de vasal. qui contra constit. Lothar. Regis, &c.* Et hæc quo ad partem vndecimam suffecerint, nunc duodecimam arripiamus, quæ est elegans.

PARS DVODECIMA, QVOmodo feudum acquisitum amittatur.

SVMMARIA.

1 *Septem modis potissimum feudum amittitur.*

2 *Quomodo vasallus ingratitudine per contemptum feudum amittat, per sex conclusiones cum suis fallentijs.*

3 *Vasallus non petens inuestituram infra tempus legitimum, feudum amittit.*

4 *Dominus, si vasallo petenti debito tempore inuestituram neget, feudi proprietatem amittit.*

5 *Vasallus à domino euocatus ad expeditionem pro se substitutum, & [illegible] æquè [illegible] potest.*

6 *Vasallus non excusatur per substitutum, si alteri corpore seruire velit.*

7 *Vasallus licèt contra suum patrem, vel filium, dominum iuuare non teneatur corpore: fructus tamen feudi medios domino mittet.*

8 In-

8 *Impubes an teneatur domino seruire euocatus per se, vel substitutum ante pubertatem.*

9 *Vasallus an semper euocari debeat, & non vltrò aliquando venire.*

10 *Quomodo vasallus ingratitudine merè delinquendo feudum amittit.*

11 *Lethaliter vulneratus quis dicatur.*

12 *An vasallus dominum extra prælium cum hoc, vel illo, pugnantem iuuare teneatur.*

In dubio præsumitur dominus ex lethali vulnere decessisse. ibidem.

13 *Vltimò vulnerans pro homicida habetur.*

14 *Vasallus dominum in pugna deserens cadit feudo, etiamsi mox redeat.*

15 *Vasallus dominum de periculo quamprimùm certiorem reddere debet.*

16 *Vasallus cum vxore domini adulterans, feudo cadit.*

17 *In pœnalibus non debet fieri extensio.*

Vbi verba clara sunt, non est locus diuinationi. ibid.

18 *Sponsa dicitur sæpè vxor.*

19 *Vasallus matrem domini stuprans, an cadat.*

20 *Vasallus concubinam domini stuprans cadit.*

21 *Vasallus Prælati cum domini concubina rem habens, non cadit.*

22 *Vasallus cum pedissequa domini concumbens, an cadat.*

23 *Vasallus non ex omni periurio priuatur.*

24 *In maleficijs tam voluntas, quàm effectus, inspicitur.*

25 *Ludus in delictis non intelligitur.*

26 *Osculum & amplexus vxoris domini, an priuent vasallum.*

27 *Vasallus internuncius inter vxorem domini & adulterum, priuatur.*

28 *Vasallus domini filiam, neptem, nurum, vel sororem stuprans, an priuetur feudo.*

29 *Nefanda in domo domini perpetrata, ad maiorem iniuriam spectant domini.*

30 *Videre filiam vel sororem stuprari, grauius est viro cordato, quã occidi.*

31 *Vasallus dans operam, vt cum domini filia, nepte, nuru, vel sorore concumbat, an cadat.*

53 *Proditoriè quemcunque interficiens vasallus, cadit.*
54 *Vasallus fratrem domini interficiens, quare non priuetur.*
Dominus fratrem suum proditoriè occidens, vel alium, an perdat suum dominium, ibid.
55 *An vasallus ob adulterium vel simile crimen cadat.*
56 *Vasallus si sibiipsi mortem inferat, cui cedat feudum.*
57 *Vasallus incestas contrahens nuptias, cadit.*
58 *Accursius notatus.*
59 *Vasallus ita incestum committens, vt eius bona iure ciuili veniat confiscanda, cadit suo feudo.*
60 *Vasallus filium, vel domesticos suos, domino per eos grauiter offenso, non reconcilians, aut saltem abdicans, cadit.*
61 *Vasallus vasallum suum, domino grauiter offenso, reconciliare nolens, cadit.*
62 *Vasallus secreta domini dolosè reuelans, cadit.*
63 *Vasallus quod habet feudum, negans dolosè feudum esse cadit.*
64 *Vasallus canonem ex pacto quotannis domini debitum per triennium non soluens, an cadat.*
65 *Tempus certum contractui adiectum interpellat pro homine, & debitorem in mora constituit.*
66 *Partes ex pacto contractus naturam mutare possunt.*
67 *Vasallus rem feudalem deteriorem faciens, cadit.*
68 *Vasallus contra dominum testimonium dicens, priuatur, cum fallentijs.*
69 *Confiscatis omnibus bonis vasalli, an feudum quoque perdatur.*
70 *Quomodo quasi contemnendo, nempè alienando, feudum amittatur.*
71 *Consuetudines olim diuersæ circa feudi alienationem.*
72 *Feudum libellario nomine alienatum.*
73 *Alienatio feudi hodierna, & circa illam obseruatio, cum suis fallentijs.*
74 *Scriba instrumenti alienationis feudalis, sine domini consensu, quomodo puniendus.*
75 *Emptor feudi, si malæ fidei sit, perdit rem & pecuniam.*
76 *Fiscus malè acquisitorum successor est.*
77 *Bonæ fidei emptori vasallus feudum sine domini consensu alienans, pecuniam cum interesse reddere tenetur.*

Ratio

Ratio quare feuda nullo alienationis titulo à vasallis sine dominorum consensu alienari possunt. ibid.

78 *Partem feudi alienans, eam duntaxat perdit.*

79 *Feudum an filiæ in dotem dari possit.*

80 *Vxor manet domina dotis.*

81 *Vxor potest marito feudum in dotem dare, sed non æstimatum.*

82 *Feudum an sine consensu domini in emphyteusim dari posit.*

83 *Feudum locare an liceat.*

84 *Locatione per longum tempus transfertur vtile dominium.*

85 *An per vltimam voluntatem super feudo vasallus disponere possit.*

86 *Ius canonum iura feudalia sequi non dedignatur.*

87 *Vasallus factus religiosus, an feudum amittat.*

88 *Rei legatæ, cuius commercium non habetur, nec eius æstimatio debetur.*

89 *Vasallus super feudo cum voluntate domini disponens, non præiudicat vasalli hæredibus.*

90 *An feudum pignorari posit sine domini consensu.*

91 *Subinfeudatione per ordinem in diuersos facta, cuius consensum vasallus vltimus in casu alienationis requirere debet.*

92 *Vtile dominium à pluribus sæpè in solidum possidetur.*

93 *Vasallus alienans sine consensu tam mediati, quàm immediati domini, ad quem eorum nunc reuertetur feudum.*

94 *Alienatio feudi in agnatum vel descendentem, an permissa sit sine domini consensu.*

95 *Consuetudo loci specialis derogat constitutioni generali, quando non est consuetudinis derogatoria.*

96 *Limitatio ad id, quod dicitur contra vtilitatem publicam, consuetudinem non valere.*

97 *Vasallus defendens proprietatem feudi, vel de ea transigens, an præiudicet domino.*

98 *Vasallus est quasi procurator in rem suam.*

99 *Alienatio non dicitur ante traditionem.*

100 *Omnis oppignoratio feudi prohibita, cum limitationibus aliquot.*

101 *In fauorem facta, non sunt in odium torquenda.*

102 *An vasallus fructus feudi, quandiu voluerit, vendere posset.*

103 *An feudum in vsumfructum dari posit.*

104 *Vsufructuarius alteri cedendo vsumfructum, perdit illum.*

105 *Domi-*

105 *Dominus ex feudo, à vasallo oppignorato, fructus lucratur, aliud autem creditor non, sed computatur in sortem.*

106 *Vasallus post venditum feudum, si alleget se ignorasse feudum fuisse, quid iuris.*

107 *Non debemus esse authores periurij.*

108 *Vasallus dicens se ius feudale ignorasse, non audietur.*

109 *Miles & fœmina non tenentur tam strictè iura scire.*

110 *Emptor feudi ignorante domino, vasallo ne, an domino illud reddere teneatur.*

111 *Rem & pretium simul tenere, contra bonam fidem est.*

112 *Contra feudum illegitimè emptum restituere nec domino nec vasallo volenti, quomodo procedendum.*

113 *Refutatione quando feudum amittatur.*

114 *Vasallus an domino etiam inuito feudum refutare possit.*

115 *Obligatio certorum seruitiorum, an magis stringat, quàm incertorum.*

116 *Generis obligatio non nisi in specie solui potest.*

117 *Quando vasallus inuito domino refutare non posset.*

118 *Vasallus quibus [illegible] feudum refutare possit.*

119 *Quando agnatus agnato, vel pater filio feudum refutat, accipiens infra legitimum tempus inuestituram capere debet.*

120 *Habens vnam partem feudi, & reliquam emptione vel refutatione accipiens infra tempus capiendæ inuestituræ, vnica inuestitura totum accipiet.*

121 *Feudum accipiens donatione, reseruato donatori vsufructu, an donatarius inuestituram infra legitimum tempus accipere debeat.*

Quæ vis, & quis sit effectus refutationis. ibid.

122 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.*

123 *Refutatio domino facta, non mutat qualitatem feudi respectu aliorum, quorum interest.*

124 *Vasallus subuasallos habens, si feuda sua refutarit domino suo, an subuasallis teneatur de euictione.*

125 *Subuasallus quomodo feudum à domino suo superiori domino refutatum seruabit.*

126 *Vasallus subinfeudans, quare sui similem infeudare teneatur.*

127 *An mortuo subinfeudante hæredes eius subinfeudato aut feudum relinquere, aut æquiualens tradere teneantur.*

148 *Feudum datum laico ad tale seruitium, quod tam clericus, quàm laicus, aut sæcularis præstare posit, id clericus factus retinebit.*
149 *An filia habens feudum, & monasterium intrans, per substitutum domino in bello seruire posset.*
150 *Quando feudum præscriptione amittatur.*
151 *In præscriptione non solùm requiritur titulus, & bona fides, sed etiam quòd res sit præscriptibilis.*
152 *Quæ res præscribi nequeant.*
153 *Feudum eo ipso, quòd alienatur, vitio afficitur.*
154 *Furti species est, de alieno largiri.*
155 *Res feudalis domini, non vasalli est.*
156 *Accipiens feudum à vasallo inscio domino, an illud præscribatur 30. vel 40. annis.*
157 *Conradi Imperatoris constitutio de feudis in futurum non alienãdis.*
158 *Lotharij Imperatoris constitutio, quid Conradi constitutioni postea adiecerit.*
159 *Friderici Imperatoris constitutio, quid superioribus duabus, scilicet Conradi & Lotharij constitutionibus addiderit.*
160 *Vbi in casu speciali prohibita est præscriptio, ibi l. cùm notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. annor. non habet locum.*
161 *Ratio, quare Imperatores, Conradus, Lotharius, & Fredericus alienationes feudorum tam strictè prohibuerint.*
162 *Glossa ordinaria in dubijs firmißimus testis.*
163 *A verbis textus non esse recedendum, etiamsi mille glos. & Dd. contrarium teneant.*
164 *Præscribere allodium, vt fiat feudum, & præscribere feudum, vt fiat allodium, sunt multùm diuersa.*
165 *Feudum contra dominum non præscribitur, etiam centum annis, nisi dominus sciens & præsens illud patiatur.*
166 *Malæ fidei emptor, nullo tempore feudum præscribit.*

QVANQVAM profectò causæ amissionis feudi sub certa regula, aut definitione rotunda, comprehendi non possunt, *vt ipse testatur Obertus, in c. 1. in quibus causis feudum amittat.* tamen pro modulo ingenij nostri, (quantum possibile fuerit) principaliores quoque nos enucleabimus causas, per certas cõclusiones. † Pau- 1

cis igitur dicendum, SEPTEM MODIS FEVDVM A-
2 MITTI. Primò, † ingratitudine, contemnendo dominum. Secundò, merè delinquendo. Tertiò, quasi contemnendo, nempè feudum alienando. Quartò, refutando. Quintò, ex defectu. Sextò, præscriptione. Septimò, morte.

3 PRIMÒ itaque † ingratitudine CONTEMNENDO vasallus amittit feudum, non petendo à domino, vel hæredibus, (si paganus est) intra annum & diem: sin miles, intra annum & mensem inuestituram, præstando fidelitatis iuramentum, *c.1. quæ fuit prima causa benef. amit. c.1. de capit. Conrad. c.1. quo tempore miles inuestit. petere debet.* nec sufficiet, si hæres vasalli domino indicaret mortem vasalli tantùm intra tempus legitimum: quia oportet, quòd instet & petat inuestituram, *ita Aluarot. in c.1. quo tempore miles inuestit. petere debet. post Andream de Ysern. & est gloss. in c.1. quæ*
4 *fuit prima causa benefic. amit.* Econtrà verò, † si dominus illi negaret inuestituram, rursum per hoc vasallus proprietatem lucrifaceret, *ita Aluar. in d. c.1. quo tempore miles, & communiter Doct. in c.1. quæ fuit prima causa benef. amit.* Hæc conclusio prædicta multas habet fallentias, verùm cùm hanc partem cum suis fallentijs in parte præcedente tractauimus, hìc actum agere opus non est, supersedebo igitur. SECVNDA conclusio est, si vasallus verbaliter seu abusiuè inuestitus de feudo nouo, & interpelatus è domino, vel à paribus Curiæ legitimè, vt præstet fidelitatem domino offerenti realem inuestituram, contumax extiterit, rursum & ingratus feudum amittet, *text. est in c. 1. §. est & alia, quæ fuit prima causa benefic. amit.* FALLIT hæc conclusio in feudo, quod non requirit iuramentum, (quod fieri pacto potest) *d. c. 1. §. est & alia, quæ fuit prima causa benefic. amit. & c. 1. §. 1. versicul. nulla autem, in fin. per quos fiat inuestit.* TERTIA conclusio est, si vasallus à domino & curia interpellatus seu citatus, vt de culpa illi à domino imposita se exponeret, non veniret tertia vice, vt contumax feudi possessione priuabitur, *text. in c. 1. de milit. vasal. qui contu. est.* si tamen intra annum venerit se defensurus, solutis tamen priùs expensis litis, *l. sancimus, C. de iudic.* hoc casu

casu restituetur illi possessio: si verò vltra annum distulerit, plenè vtili dominio priuabitur, *d. c. 1. de milit. vasal. qui contumax est.* Et quantum dierum singulis citationibus dabitur, alibi docetur, *text. in d. c. 1. vbi elegans quoque glossa, quàm pulchrè docet citationis huius practicam.* quanquam nō malè hoc iudicis arbitrio committi possit, *Aluar. & Doct. dicto loco.* QVARTA erit conclusio, si vasallus, euocatus ad expeditionem à domino, spacio competenti temerè venire supersederit, rursum feudum amittet, *text. est in §. firmiter. de prohib. feudi alienat. per Freder.* dixi spatio competenti, quia vt qualitas temporis & personæ inspici vbique debet, *argum. l. continuus, §. cùm ita, de verbor. obligat.* sic quoque ratio itineris haberi debet, *l. 2. & 3. ff. si quis cautio.* aliud quoque tempus dabitur, quo poterit commodè sibi necessaria ad expeditionem comparare, vt equos, arma, & similia, super quibus iudex solers, si quæstio de eo fieret, secundùm personæ qualitatem, itineris, & aliorum, arbitrabitur: nam omnia ad nutum vasalli non habent euocari. *Aluarot. in d. §. firmiter, de prohib. feudi alienat. per Freder.* Et quando iudex omnia dispicere habet, pulchrè docet alibi text. *in c. 1. §. ad hæc, hìc finitur lex, deinde consuetu. regni incip.* FALLIT hæc conclusio, † si vasallus pro se sibi æqualem, & domino acceptabilem miserit, *d. §. firmiter, iuncto §. similiter, de lege Conrad.* si tamen vasallus esset vir prudens, prouidens, & circumspectus in re bellica, hoc casu mittendo æquè strenuum, non tamen æquè prudentem & prouidentem, non excusaretur, si modò dominus personale suum officium pro consilio simul exegisset, *ita Andre. de Ysern. quem sequitur Aluarot. in d. §. firmiter.* Nam differentia est inter artifices, *l. inter artifices, ff. de solutionib.* His verò cessantibus, † dominus nimis delicatus & curiosus esse non debet, in inquirenda æqualitati substituti: nec vasallus esse nimis sordidus, in mittendo vilem aliquem, aut se minùs idoneum: quæ omnia bonus iudex, si quæstio super eo fuerit, facilè dirimet: si tamen alteri seruire vellet vasallus corpore cōtra dominū suum, iam dico quòd nō excusaretur per substitutū, sed quod in persona adesse deberet, *ex d. §. firmiter, in verb.*

5

6

temerè. FALLIT secundò, si medietatem hodie fructuũ illius anni mittere velit, *text. est in d. §. firmiter.* licèt olim aliter fuit cautum *in d. §. 1. §. similiter, de capit. Conrad.* TERTIÒ fallit, si palàm est, dominum irrationabiliter & iniustè bellare, hoc casu excusabitur, nec feudum amittet, *text. in c. 1. hic finitur lex.* debebit tamen hanc prius exceptionem domino insinuare. FALLIT quartò, si dominus contra patriam seu ciuitatem vasalli bellare velit, *textus elegans & vnus in l. in causis. §. vasalli, versicul. si vasalli, vbi*
7 *gloss. de pace Constantiæ.* Idem putarem, † si contra patrem vel filiũ, secundùm ea quę in parte proximè pręcedente diximus. sed hoc, nisi proditor patriæ, vel Christianæ religionis insectator esset, *argum. l. minimè, ff. de relig. & sumptib. funer.* fructuum tamen mediam partem hoc casu mittendam existimarem. FALLIT quintò, si duo hæredes domini litigarent de feudo, & alter euocare vellet. Certè iam non teneretur venire, nisi suum verum dominũ agnosceret, secundùm ea quæ in parte præcedente di-
8 ximus. FALLIT sextò, † si impubes vasallus fuerit. Vt enim ante pubertatem inuestituram accipere non tenetur, ita quoq; nec seruitium præstare neque per se, neq; per substitutum, *text. est expressus in c. 1. §. si quis decesserit, si de feud. def. contro. fit inter dom. & agnat. vasal.* in his & his similibus fallit hæc conclusio, & ergo vtitur text. verbo, temerè, in d. §. firmiter. Fallit quoq; in casu, vbi contra Imperatorem suum vel Regem bellum moueret, vel antiquiorem dominum, *argum. §. fin. in fin. de prohib. feud. alie. per Fred. §. fin. in fin. hic finitur lex, deinde consuet. reg. incip. c. 1. de noua*
9 *forma fidel.* Rursum dixi, † euocatus à domino, hoc enim requiritur, nam si dominus nunquam euocaret, & vasallus nunquam veniret, tamen feudum non amitteret, *§. licèt, si de feud. defunct. content. fit, & in c. 1. §. & hoc, hic finitur lex.* nisi sciret dominum ita obsessum, quòd nunciare non posset, vel domino sciret imminere grande periculum, cùm dominus hoc ignoraret, *d. §. licèt, versic. si tamen. hic finitur lex.* secùs, si sciret dominus sibi quoque magnum imminere periculum, & vasallum non euocaret, tunc enim sibi imputare potest, quòd à vasallo suppetias non petiit,

petiit, *c. damnum, de regul. iuris. in 6.* QVINTA conclusio erit, si vasallus spontè recusauit domino præstare seruitium, propter quod illi fuit concessum feudum, certè cùm non possit esse iustior causa amittendi, quàm vbi recusat id facere, propter quod illi datum fuit, meritò feudum amittet, contemnendo dominum, *text. est in c. 1. §. item qui dominum, versic. sed non est alia, quæ fuit prima causa benefic. amit.* potest enim feudum ad certum dari officium, *c. 1. in fin. in quibus causis feud. amit. c. 1. §. similiter, de Capita. qui cur. vend.* SEXTA conclusio erit, si vasallus domino suo iustitiam facere noluerit, vel ius dicere, feudum amittet, *c. 1. §. item qui dominum, versic. illud tamen, quæ fuit prima causa benefic. amit.* Et intelligetis illud generaliter, in vasallo iudice, non administrante domino iustitiam, siue in causa feudali, siue alia ciuili, siue alia criminali. Cùm enim indistinctè & generaliter loquatur textus, ergo generaliter intelligi debet, *c. quia circa, de priuileg. l. generaliter. ff. de legat. præstand.* quòd & Andreas de Ysernia probat, quem sequitur etiam Fredericus Schenck, *in dicto versic. illud tamen.* licèt Aluarotus & alij aliter intelligant, *in dicto versicul. illud tamen.* Si ergo † vasallus administrare illi iusti- 10
tiam detrectat, meritò vt ingratus (dominum contemnendo) feudum amittet. Sic quoque, si inter dominum & vasallum lis oriatur, & vasallus vt paris Curiæ iustitiam illi administrare nolit, certè rursum feudum amittet, *per suprà dicta.* Rursum si filius vasalli dominum patris offendit. Et vasallus requisitus, vt deducat filium ad dominum, vt satisfaciat, si id facere nolit, recusans domino facere iustitiam (contemnendo) feudo rursum priuabitur, *§. insuper, de prohibit. feudi alienatio. per Fredericum.*

Et hactenus, quomodo, contemnendo dominum, vasallus feudo priuatur: nunc quomodo ingratitudine MERE DELINQVENDO amittat. PRIMA ergo huius partis erit CONCLVSIO, si vasallus dominũ suum, cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitantem dimiserit, per hoc vt ingratum feudo priuari, *c. 1. §. item qui domin. quæ fuit prima caus. benef. amit.* Idem est etiam, si in bello

eum dimiserit tantùm, non etiam periclitantem, cōtra Præposit. & Martin. Laudens. qui putant duo hæc requiri simul, vt amittat, scilicet, & quòd dimiserit, & quòd simul periclitauerit, *in d. §. item qui dominum.* sed falluntur, per text. in c. 1. quib. modis feud. amit. tit. 2. Nec obstat, quòd alibi text. vtitur verbo, periclitantem, in d. §. item qui dominū. Quæ fuit prima causa. in quo vim ponunt: quia semper qui est in acie, periclitatur. Idem quoque
11 esse dicetis, † si in pugna campestri dominum, non mortuum, sed lethaliter vulneratum reliquerit, *text. est in c. 1. quibus mod. feud. amit. tit. 1.* Et lethaliter vulneratus dicitur, cùm difficilis, medicorum opinione, sit curatio, *argum. c. ex literis, extr. de frigid. & malefic.* neque solùm ad hoc, quòd non amittat feudum, requiritur non dimittere dominum, sed necessarium etiam est, vt cum domino laboret, hoc est, cum eo pugnet. Non enim inspector pugnæ, sed propugnator esse debet, aliàs rursum feudum amit-
12 tet, *text. est elegans in c. fin. de feud. sine culpa non amit.* Sed † cùm hîc dicatur semper de pugna, quæ fit campestri prælio, & in acie, an idem erit, si dominum viderit periclitari contra paganum quemlibet quolibet modo: Et certè videtur, quòd tunc non tenetur iuuare, cùm semper loquatur de prælio, acie, & pugna campestri. Sed paucis dicetis, quòd æquè iuuare debet, si feudum retinere desiderat, per textum apertum *in c. licèt, versicul. si tamen, si de feud. defunct. content. sit.* vbi simpliciter dicitur: si vasallus videt magnum periculum domino imminere, quòd debet opem præstare, etiam non requisitus, aliàs perdet feudum, nec distinguit inter prælium campestre, seu militare & priuatum. Secundò, satis patet ex forma fidelitatis, vbi iurat se dominum adiuturum contra omnes, qui domino affectant inferre damnum, *c. 1. de forma fidel. & c. 1. de noua form. fidel.* FALLIT primò, quo ad secundam partem, nisi resciuerit in acie prius dominum iniustam causam fouere, & pugnare, *c. 1. hîc finitur lex, deinde consuetu. regni incip. & est gloss. in c. 1. quibus modis feud. amit. titul. 1. vbi Iacob. de Beluis. Andr. de Ysern. Aluarot. & alij.* Sufficit enim, si in paucis domini rebus præfuit, *l. tutori, C. de negot. gestis.*
secùs

secùs esset si antè vasallus sciuisset, nec sine eo dominus prælium acceptasset. Nam tunc dominum relinquere non debet: Potuisset enim dominus sibi de alio prospexisse, vel non acceptasse, nisi hic operam addixisset, *ita Baldus in d.c.1. quibus modis feud. amit. titul.* 1. Nam beneficiis iuuari, non decipi nos oportet, *l. commodati, §. sicut, ff. commodati.* Et quando iniustum bellum mouet, vel iustum, docet alio loco Aluarotus, *in c.1. hîc finitur lex, & de eodem textu in c. iustum, 23. quæst. 2. & gloss. in c.1. 23. quæstione 2.* FALLIT secundò, si non potuerit iuuare vllo modo dominum, etiam clamore, brachiis abscissis, *per text. in c. 2. de feud. sine culpa non amit. argum. l. 1. §. 1. versic. potuisse, ff. ad Senatusconsult. Sillan gloss. in c.1. quibus mod. feud. amit. tit.* 1. FALLIT tertiò, nisi ipsemet periclitaretur de vita: hoc enim casu non tenetur præferre salutem domini suæ saluti, *gloss. in c.1. quibus modis feud. amit. tit. 1. & gloss. in c.1. §. non est consuetudo, in verbo, potuerit, de alienat. feud. patern. quod Aluar. Bald. & alij sequuntur in d.c.1. quibus mod. feud. amit.* secùs est in seruo, qui tenetur *l. 1. §. hoc autem, versic. serui, ff. ad Senatusconsult. Sillani.* Quæ omnia etiam in parte præcedente diximus. FALLIT quartò, si mortuum, vel lethaliter vulneratum, reliquerit, *c.1. quibus modis feud. amit. titul.* 1. A contrario † & Baldus 13
inquit, ex vulnere qui decessit in prælio, in dubio præsumi ex lethali vulnere decessisse, *Bald. in d. c.1. quibus mod. feud. amit.* hoc certè conseruaret vasallo feudum, si aufugisset, quod est benè notandum: sequitur etiam Martin. Laudens. *dicto loco*: quod adeò verum putãt, vt etiam obtineat, si post aufugiũ, domino adhuc viuente, aliud vulnus superadditum fuisset, ex quo citiùs mortuus esset, cùm † aliàs regulariter vltimus pro homicida tantùm 14
habeatur, *l. huic scripturæ. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Sed quæret aliquis, quid si dominum deseruit, putãs lethaliter vulneratum, telo transfixum, cùm tamen lethaliter verè vulneratus non fuit omni iudicio posteà medicorũ, an iam etiam perdet feudum? Baldus *in c.1. quibus mod. feud. amit.* tenet, quòd non, quem ibi Martinus Laud. sequitur: quod puto verum, nisi supina admodum esset credulitas vasalli. Adfert quoq; Baldus eodẽ loco aliam fallentiam,

nempè ſi duo fratres in prælio cum domino fuiſſent, &
vnus aufugiſſet, alter verò dominum ab hoſte defen-
diſſet, iam fratrem, qui aufugit, non priuari feudo:Sed
puto contrarium verius, pro ſua illum parte priuari, vt
etiam benè ſentit Martinus Laudenſ. *d. c. 1. quibus mod. feud.
amit. titul. 1.* Dixi tertiò, etiamſi ſolùm dimiſerit. Quæ-
ret hic aliquis, quid ſi dimiſerit, & ſtatim redierit, an
feudo priuetur? Et putat Baldus *in d. c. 1. quibus modis feud.
amit. tit. 1.* quòd non: Martinus Lauden. ibi contrà, qui pu-
tat momentum conſiderandum, quem ſequitur etiam
Curtius *in quarta parte tractatus feud. quæſtio. 7.* & benè: nam
textus ſolùm requirit, quod dimiſerit. Potuiſſet enim
dominus interim occidiſſe. Idem dicetis, ſi dimiſerit, &
dominus æquè victoriam obtinuit: nam illa fuga mali
exempli aliis eſt, *l. ſi quis aliquid, §. abortionis, & l. circa, ff. de pœ
nis.* & ergo priuari debet, *argument. l. omne delictum, §. qui in a-
cie, & §. final. ff. de re milita. idem tenet Bald. in d. c. 1. quibus modis
feud. amit. quem ibi ſequitur Aluarot. & Laudenſ.* SECVNDA
15 CONCLVSIO erit, † ſi vaſallus ſciuerit periculum im-
minere domino, ſiue circa perſonam eius, ſiue bona,
debet (quam primùm poteſt) dominum de eo certio-
rare, aliàs vt ingratus, feudo priuabitur, *c. 1. §. item qui do-
minum, verſicul. præterea, quæ fuit prima cauſa benefic. amit. §. ad
hoc, verſic. tu tamen, hîc finitur lex.* Nec requiro hîc ſolùm,
quòd doloſè, vel fraudulenter non certiorauerit, ſed e-
tiam ſi negligens in certiorando fuit abſq; dolo, *tex. eſt
in d. §. prætereà.* Cæterùm quo ad bona requiritur, quòd
domino immineat grandis iactura, aliàs ſi non ita gran-
de damnum immineret, & non denunciaret, non per
hoc priuaretur feudo, *arg. à contrario d. §. prætereà, & ibi gloſ.
quam ſequitur Aluarotus & alij.* Et quando grandis iactura,
vel non grandis, habeatur, committetur iudicis arbi-
trio, *ita Aluarot. in d. §. prætereà.* Sed dicet aliquis, quid ſi
certiorare non poſſet, ſed benè periculo obſiſtere: dice-
tis hoc caſu, ſi non obſteterit, æquè per hoc amitti feu-
dum, *ita gloſ. in d. §. prætereà, & ibi Aluar. & eſt text. apertus in d.
§. licèt, ſi de feud. defun. cont. ſit inter dom. & agn. vaſal. & in d. §. ad
hoc, verſ. tu tñ, hîc finitur lex, §. itē ſi delator, q̄ fuit pri. cauſ. ben. amit.*

TER-

† TERTIA CONCLVSIO est, si vasallus domini vxorem adulterauerit, vel saltem adulterare tētauerit, aut turpiter cum ea luserit, feudum amittet, *text. in c. 1. §. item si fidelis. quibus mod. feud. amit. tit. 1.* Et hæc vera intelligetis, siue vxor volens, siue nolens admiserit, *l. 1. §. vsq; ff. de iniur.* viuente marito domino, siue eo mortuo, ipsa existente in viduitate, *argum. glo. in l. sororem. C. de his qu b. vt indign. l. 3. §. fi. ff. de adimen. lega. ita Aluarot post Andr. de Isern. in d. §. item si fidelis.* Secùs si transiuisset ad secunda vota. ita Andr. de Isern. quem sequitur Aluarot. *in d. §. item si fidelis. quib. modis feud. amit. tit. 1.* (*Idem sentit Nicol. de Neapol. Præposit. in c. 2. de feudo sine culpa domini non amittendo. & videtur sequi Alexand. in l. sororem, colum. 1. C. de his quibus vt indign. Ioan. Garo. in l. 1. C. de secund. nuptijs. dicit hanc esse magis communem, Clarus lib. 4. senten. §. feudum, quæst. 48. Matth. de Afflict. in §. item si fidelis, quibus modis feudum amitta. vbi refert & sequitur Andr. de Isernia: Zasius in Epitome feud. parte 10. conclusione 5.* Et facit quod vult gloss. *in l. sororem. C. de his quibus vt indignis.* quòd hæres, mortuo defuncto, violans eius viduam facit se indignum hæreditate, & ab eo aufertur & applicatur fisco, quam glossam Barto. Ioan. Faber, Baldus, Paulus Castren. Alexan. Iason, & omnes sequuntur. Et quod legatarius ob candem causam amittat legatum, affirmat glossa *in l. fideicommissum, in fin. ff. de Senatusconsul. Syllan.* Sed & ob vitium enormis ingratitudinis post mortem donatoris in eundem commissum, vel ob atrocem iniuriam cadaueri eiusdem illatam, reuocari ab hæredibus donatio posset. Nec obstat l. 1. & vltima. C. de reuocandis donationibus, quæ loquuntur de ingratitudine viuo donatore commissa, & silentio eiusdem vel taciturnitate sopita & remissa: nō autem de ingratitudine post mortem donatoris superueniente. Quamobrem cùm iura feudalia, quoad illud fieri potest, saluis & integris textuum verbis, cùm iure communi concilianda sint, tentádum, num vel hac ratione id commodè fieri possit, vt dicamus: Textum c. 2. de feudo sine culpa non amittendo, in genere affirmare, ob stuprum viduæ prædefuncti mariti à vasallo illatum, feudum non amitti. Quod ita generaliter tra-

ditum ex iuris ciuilis rationibus suprà cum adductis ita temperandum sit, nisi videat illius, à quo primò feudum acquisitum fuit, vasallus se commiscuerit. Et sanè quæ supra ex iure ciuili adduximus, de reuocatione loquuntur, ob iniuriam quæ beneficium primò concedenti illata est. Et hac ratione cum iure feudali ad concordiam redigi posse videtur, quoniam in toto iure generi per speciem derogatur.) Sed certè putauerim contrarium verius, si mortuo marito demùm fecerit, per textũ expressum, qui requirit, vt domino viuente istud fiat, in
17 c. si quis miles, in fin. de feud. sine culpa non amit. † In pœnalibus enim parùm aut nihil extendi debet, *l. interpretatione. ff. de pœn. & idem sentit Bald. in d. c. 1. §. item si fidelis.* Vbi enim verba clara sunt, locus ibi non est diuinatio-
18 ni. † Quæ diximus de vxore, obtinebunt quoq; in sponsa domini, quæ nondum ducta est, cùm non rarò & illa vxor dicatur, eademque sit ratio. *ita Iacob. de Ardizo. argum. §. si vxor. Instit. de nupt. & facit ad hoc l. si quia. §. inter me & spon-*
19 *sam. ff. de ritu nupt.* † Idem vult obseruari in matre domini Iacob. de Ardiz. *in d. §. item si fidelis. vbi Aluarot.* & mortuo etiam filio domino, nisi ad secunda vota transuolauerit, *argumen §. sin autem. in Authen. de consulib. argument. l. fina. C. de priuileg. schola.* Sed paucis, putarem mortuo domino, siue ad secunda vota conuolauerit, siue non, nihil tamẽ obesse vasallo, per ea, quæ suprà diximus in vxore propria, quæ propinquior est, *ex d. c. 1. si quis miles, in fin. de feud. sine culpa non amitt.* Si tamen viuente filio fieret in matre eius, iam aliqualiter admitti possent authoritates Doct. in quo tamen pedem figere non auderem. Primò, quia pœnalia non extenduntur, *l. interpretatione. ff. de pœn.* Secũdò, quòd nullam in iure feudali, nec ciuili, verbum de eo nac: non [illegible] herè ergo talia fuerint extendenda.
20 † Sed quæret hîc aliquis, quid si cognouisset concubinã domini secularis, an per hoc feudum amitteret? Paucis dicetis, quòd sic, per ea, q̃ habentur in text. *l. itẽ legato, §. itẽ interest, vers. parui autem refert. ff. de leg. 3.* vbi dicitur, nihil interesse inter vxorem & concubinam, nisi quoad dignitatem. Sed contrà tenet Mart. Laud. *in c. 1. §. 1. quib. mod. feu. amit.*

amitt. motus primò, quia sumus in materia pœnali, & ergo non extendenda, *d.l.interpretatione.ff.de pœnis.* Secundò, quia non est eadem ratio in concubinis, quæ in vxore, quando dignior sit vxor, quàm concubina, & alteri in iure magis fauemus, *d.l.item legato.§.parui refert.ff.de legat.3.* Sed nihil est: Nam eius assertio vnico argumento refutari possit, quia negari non possit ex omnibus causis, ex quibus filius exhęredari posset, feudum debere amitti. *§.prædictis, quæ fuit prima causa benefic.amit.* Sed iam certum est, si filius concubuerit concubinæ patris, per hoc posse exhæredari, *§.causas, in Authen. vt cùm de appellat.cognos.* Ergo quoque & hic feudum amittit, quod etiam tenet Baldus, quem sequitur Aluarot. *in d. §.item si fidelis.* (Ab hac opinione dissentiunt Mart.Lauden.*in c.1.§.1.infra, quibus modis feud.amitta.* Molinæ.*in consuetud.Parisiens.titu.1.§.30. quæstio.38. nume.140.* eam tamen approbat Præpositus. Et Baldum sequuntur Ioan. Raynut. *in l.imperialem.§.fina. char.penult.de prohibita feud.alien.* Francisc. Curtius *in 4.parte feud.nume.21.* Zasius *in Epitom.feudali parte 14. conclusione 5.* Et horum rationi ab exhæredationum causis ductæ respondet eleganter Molinæus, *suprà citato loco.*) † Sed quid 21
de vasallo Prælati, cuius concubinã vasallus cognouit? Certè hîc putarem non amitti, cùm vtrobique sit delictum, *argum.l.vbi autem, & l.penult.ff.de condictio.ob turpem causam, & idem tenet Zasius in prima sua parte feudali.* †Sed quid de 22
pedissequa domini dicemus, si vasallus eam cognouit. Certè videtur prima facie, quod feudum amittet: nam vasallus ea facere debet, quę sunt ad honestatem domini, si vult dignus feudo videri, *c.1.de forma fidelita.* & nihil inhonesti facere in domo domini, vult gloss.*in c.de forma 22.quæst.5.in decret.* Sed paucis, putauerim contrarium verius esse, nam licèt per hoc vasallus in periurium cadat ex præstito iuramento super honestate domini conseruanda, tamen ex tali inhonestate non amittet feudum, nisi factum in personas fuerit prohibitas, vel eas saltem, in quibus eadem vel maior ratio est. *§.sed quia, quæ fuit prima caus.benefic.amitt.* † Non enim ex omni causa, ex 23
qua vassallus incidit in periurium, feudo priuatur.

elegans

elegans text. *in §. illud enim, quae fuit prima caus. benefic. amitt.* qui benè notandus in causa feudali. Secundò, quod diximus suprà, vasallum etiam feudo priuari, si saltem ad concubendum seu adulterandum se exercuit, ita demũ verum esse intelligetis, si ad actum peruenerit: aliàs, si animo tantùm voluit, vel etiam auspicatus est ire eam ob causam, sed antequàm ad actum peruenerit, pœnitentiam potest adhuc licitè pœnitere, nec feudo priuabitur, *argum. l. cogitationis pœnam. ff. de pœnis, facit c. 1. §. si voluerit, in verbo, sed non laborauerit, de capita. qui cur. vend. vbi etiam elegans glo.* si verò fecit quantum potuit, sed impossibilitate repulsus, iam priuabitur, *glo. in verbo. exercuerit, in d. §. item si fidelis, & ibi Aluar.* Et ratio est, quare perinde puniatur vasallus, si se saltem exercuerit, atq; si verè fecisset,
24 † quod in maleficijs tam voluntas quàm effectus inspicitur, *l. 1. §. diuus ff. ad leg. Cornel. de sicarijs.* Tertiò suprà diximus, feudum amitti, si turpiter cum ea luserit, quod intelligetis, manum in sinum eius inferendo (vt Terentianus ille Clitipho) aut mamillas, aut fœmora attingen-
25 do, *glo. verbi luserit, d. §. item fidelis.* † Non enim propriè ludus dici debebit, in quo culpa est: quis enim ludos appellet, ex quo crimina & flagitia oriantur, *l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. Imperat. in proœmio. ff.* si tamen vasallus turpiter & inhonestè cum domina loqueretur, nec tamen conrigerit eius personam, hoc casu non priuaretur: quia non tam turpe est colloquium, quàm tactus, & maximè cùm pœnalis hæc causa sit. Quare non ita extendenda, *d. l. interpretatione. ff. de pœnis, vt vult quoque Andr. de Isern. in d. §. item si fidelis.* nam aliquid fieri oportet in personam mulieris vt perdatur feudum, scilicet turpis lusus cum tactu inhonesto: quanquàm autem in his non posset priuari feudo, non tamen eò minùs dominus cum eo actione iniuriarum contendere posset, *l. item apud Labeonē. §. si quis vir-*
26 *gines, versi. qui turpibus verbis, ff. de iniur.* † Osculum & amplexus quoq; possent esse causæ amissionis feudi, quod secundùm loci consuetudinem & facti qualitatem distinguendum existimo, ex quibus turpe an honestū sit con-
27 siderabitur, *de quo alibi Aluar. in d. c. item si fidelis.* † Finaliter, quid

quid si ipse vasallus nõ cõcubuit, vel se exercuit ad hoc, sed adiutor alterius in ea re fuerit, veluti intercessor, internuncius, seu quasi proxeneticus, an iam etiam per hoc feudo priuabitur? dicetis paucis, quod sic. *ita Bald. in d. §. item si fidelis, qui allegat ad hoc l. & si amici. ff. de acu te. & l. sepè. ff. de verbo. signifi.* Author enim & fautor eadem pœna plectendi sunt. Et certè probari satis puto, per illum textum, per §. præterea, quæ fuit prima causa benefic. amitt. vbi si domino periculum vel damnum graue imminens denunciare desinit, feudo priuatur. Sed quis hic negare posset, magnum imminere domino damnum vitiari vxorem & constuprari: si ergo amittit non denunciando simpliciter, quantò magis hic si scit, & potest denunciare, sed tamen causa ipse est, quare fiat: meritò ergo amittet, quod etiam in effectu vult Aluar. *in §. item si delator, quæ fuit prima cau. benefic. amitt.* † QVARTA CONCLVSIO est, si vasallus filiam domini, neptem, [n]urum, sororem stuprauerit, per hoc feudum etiam a[m]ittet, *text est in §. rursum, quæ fuit prima caus. benefic. amit. & in [§.] item si fidelis, quibus mod. feud. amit. titu. 1.* De sorore tamen [h]oc verum intelligetis, si cum domino habitet, & sit ad[h]uc in capillo, hoc est puella, *ita interpretatur Iacob. de Bel[uis]o, Aluaro. in d. §. rursus, & sequitur Zasius in 10. parte, fol. 61. mi[...]* Idem obtinere putat etiam Aluarot. *dicto loco,* si vidua [ve]l nupta in domo cum marito domini habitaret, & ibi [a v]asallo stupraretur. per textum alibi. *in §. item si fidelis. [qui]bus modis feud. amit. titu. 1.* & sequitur Zasi. *in d. 10. parte, fol.* [...] vbi solùm consideratur delictum fuisse commissum [in d]omo domini: sed contrarium putarem verius, pro[pte]r verba expressa, quæ requirunt, sororem esse in ca[pill]o, *in d. §. rursus.* Nam non frustrà verba illa posuit, in [capi]llo, quæ certè superflua essent, si aliorum sententia [ver]a esset, de qua re aliquando magnam fuisse quæstio[nem] in curia Caroli regis refert Iacobus de Beluis. *in d. [§. ru]rsus.* Si verò nõ cohabitaret soror domino, & stupra[retu]r, certè iam non priuaretur feudo. *in d. §. rursus, à con[trario], vbi Doct.* Vxor verò, siue filia, vel neptis, vel nurus, [quoc]unque etiam loco per illum stupratæ fuerint, propter 28

pter

pter hoc feudum amittet: *ita communiter etiam Dd.* Et ratio quare saltem in sorore requiritur factum in domo domini, & non extra, illa est, quia, cùm extra domum domini habitat, non ita est sub tutamine fratris, atque si eius domum inhabitaret. Ita Aluarot. dicto loco, *in d. §.*
29 *rursus, quæ fuit prima causa benef. amit.* † vbi etiam dicit, ad maiorem domini iniuriam pertinere ea, quæ domi suæ nefanda perpetrantur, *glo. 1. in fine, in §. similiter. quibus modis feud. amit. tit. 1. & facit text. elegans in l. quod autem prætor. ff. de adul.* Sed obijciet mihi hic aliquis, quod vasallus nō amittit feudum, etiamsi interfecerit fratrem vel sororem domini sui, *c. 1. an ille qui interfec. fratr. domini sui.* videri ergo, multò minùs amitti debere per hoc solùm, quod soror
30 per eum stupratur. † Paucis respondemus ad hoc, grauius multò esse & ignominiosius viro cordato, videre filiam vel sororem stuprari, quàm occidi: quod claruit in Virgineo, qui interficere filiā maluit, quàm stuprandam Appio Claudio tradere pulchrè Liuius *lib. 3. decad. 1.* Halycar. *lib. 11. antiquita.* Huius quoq; elegans extat exemplum de sorore stuprata apud Baptistam Fulgosium, *in tit. de pudicitia de dictis & factis memorabil.* de quodam Raymundo Græco & Bernardino principe. Et certè exemplum quoq; notum satis est de Dina Iacobi patriarchæ filia, stuprata à Sichemo, & Dinæ fratribus. *Genes. cap. 34.* Sed quid opus fuerit quærere, dum Iurisconsultum Paulum huius authorem habeamus? *in l. isti quidem. §. fin. ff. de eo quod met cau.* & ita hîc à simili. Inspicimus enim naturam & maiorem ignominiam: nam plus ignominiæ est audire, à vasallo suo stupratā sororem esse in propria domo, quàm ab eodem fratrem & sororem domini extra domum interfectam, *vt quoque Aluarot. sensit in §. rursus. quæ*
31 *fuit prima causa benef. amit.* † Dicet aliquis, quid si vasallus ad concumbendum se exerceret cum filia, nepte, nuru, sorore, quemadmodū in vxore suprà diximus, an iam etiā perdet feudum? Paucis puto, ꝙ non, multò minùs, si turpiter cū ijs luserit. Quia textus hoc in illis nō exprimit. In delictis enim nō est facilè aliquid extendendū, vt sæpiùs suprà diximus, *d. l. interpretatione. ff. de pœnis.* Et ita quoque

quoque sentit Schenckius post Baldum, *in c.1. quibus modis feud. amitta. titu. 1.* licèt Martinus Lauden. ibidem in contraria sit sententia, *in c.1. quibus modis feudum amitta. tit. 1.* quē sequitur Curtius *in 4. parte, folio 325. mihi.* Sed quæret hic aliquis, quòd si dominus non esset conquestus in vita de his culpis contra se commissis, an tunc hæredes eius possent conqueri, & vasallum à feudo reijcere? glo. *in §. item si fidelis, quibus modis feudum amittat.* & gloss. *in §. item qui dominum, versi. porrò, in verbo, assalierit. quæ fuit prima causa benefi. amitt.* tenent quòd non, *per l. fina. C. de reuocand. donat. & ibi glossa & Doct.* Sed paucis, illæ glossæ non sunt ita simpliciter veræ. Sed distinguetis, quod aut dominus fuit sciens, & potuit coqueri, sed noluit, hoc casu procedent glossæ: si verò fuit ignorans, vel sciens, sed subitò præuentus morte, antequàm querelare potuit, certè hoc casu benè poterit hæres de culpis querelare, reijciendo vasallum, *argum. l. mater decedens. ff. de inoffic. testa. in l. diuus, in .excipiuntur. §. fin. ff ad Sillan. Et sic videtur quoque tenere Iacob. de Beluis. in d. §. item si fidelis, quem sequitur ibi Aluarot.* Sed quid econtrà, si vasallus, qui has culpas commisit, obijt antequàm dominus querelaret, cùm potuisset aduenisse, an dominus eius filios vel agnatos (vasallo mortuo) priuare poterit? dicetis quod nō. *per d. l. fi. & ibi glo C. de reuoc. donat. & l. his solis, in verbis, nec in hæredem, nec hæredi tribuitur, eod. .quod sequitur etiam Curt. in 4. parte, circa finem.* (Multi tamen hoc indistinctè non admittunt, sed distinguunt, an ipse re feudum admittatur vel non, & primo casu mor- vasalli non extingui reuocationem censent. Zasius *Epitome feudali, parte* 10. Abbas, Cardin. & Barbat. *in c. fina. donat.* Vide D. Hartmannum Pistorium, *lib. 1. quæstio 35.* i plures ex vtraque parte citat, *num. 4. & 6.* Tandem ò *nu. 11.* a Bald. d. opinione non prorsus recedendum uit, eandemq́; conciliat declaratione quadam ex sententia Baldi adhibita. Est enim actio pœnalis, quæ in edem dari non debet, *§. non autem, Instit. de perpe. & temtio.* Secùs existimarem, si ignorasset, vel morte præus querelare non potuisset, *vt suprà dixi.* †FALLIT 32
dicta tertia & quarta cōclusio, si vasallus ignorāter domi-

domini sui vxorem adulteraret, vel eius filiam, nepté, nurum, vel sororem stupraret, reperiendo fortè eas in lecto suo, putans esse vxorem suam, *textus elegans in c. in lectum, 34. quæst. 2 & facit l. penult ff. de adul. argum. l. si quis ignorans. ff. loca.* FALLIT secundò, si vxor domini, filia, vel neptis, aut soror venirent laruatæ in domum vasalli, & is putans diobolare prostibulum, impudicamq; esse, cognouerit, certè iam excusabitur, *argum. l. item apud Labeonem, §. si quis virgines ff. de iniurijs.* sunt enim fuci & ignaui plurimi mariti, qui vbiq; vxores catillatum mittunt, & non rarò talis mali causa existunt: hæc vera, dum nulla suspicio fraudis ex eo haberi possit: nam si malæ essent suspicionis vxor & vasallus, vel filia, neptis, vel similis, quæ coniecturæ ex antè actis haberi possent, hoc casu illo velamine non excusaretur. Cæterùm, vbi etiã nullæ sunt suspiciones, tamen semper à macula iuramento se vasallus purgare debebit, *glo. in d. c. in lectum, 34. quæst. 2.*
33 † Ex prædicta fallentia constat. Nec eũ, qui ignorans cõiugatam alterius cognoscit, pœna adulterij teneri, d. glo. & similiter Bald. in casu, quo quis se moniali commiscet ignorans, non tanquàm stuprum velatæ esse puniendum autumat, *in c. 1. quibus modis feud. amitt. argu. d. glossæ. c. in lectum.* Quæ certè doctrina ad multa similia facinora excusanda accõmodari posset. QVINTA CONCLVSIO erit, si vasallus dominum assalierit, vel vicum vel castrum (in quo est) per vim aggressus fuerit, vel impias manus in domini personam vbicunque ingesserit, vel alias graues seu in honestas iniurias intulerit, vel vitæ eius veneno, gladio, aut aliter insidiatus fuerit, per hoc feudum amittet, *in §. item qui dominum, versicu. porrò. quæ fuit prima causa benefic. amit. c. 1. versi. similiter, quibus modis feud. amitt.* qui casus varijs ex iurium responsis desumpti videntur, *vt ex §. aliud quoque, versicu. causas, in Authen. vt cùm de appella. cog. ex l. fin. C. de reuoca. dona. ex l. consensu. C. de repud. ex §. minores, in Auth. de nupt. vt patet ex d. §. item qui dominum, versic. prædictis, quæ fuit pri. caus. benef. amit.* Summa, ex quibus causis filius exhæredari possit, vxor repudiari (de iure ciuili) donatio reuocari, ex ijsdem causis vasallus feudũ amittet,

tet,etiam naturali hoc suadente ratione. † Diximus primò,si vasallus dominũ assalierit, hoc intelligetis,*d. versic. prædictis, quæ fuit prima cau. benefic.* in personam ipsius domini, siue in terris, siue in mari fiat:& in personam fieri hîc propriè dicitur, cùm personæ se mutuo contingere possunt: quũ verò id fieri nequit, quia fortè alter in castro vel vico est, tunc propriè dicetur assaltus, vel insultus, non tamen in personam, sed in locum, vel castrum, *vt text. alibi satis probat in d. versic. porrò, quæ fuit prima caus. benef. amit.* † Secundò diximus, vel castrum vel vicum, in quo est, per vim aggressus fuerit. Quæret aliquis, quid si in castro nõ esset dominus, nec ipsa vxor, & fecerit insultum, anne feudum amittet? videtur quòd non, nam alibi textus duo requirit, videlicet & quòd dominus ibi sit, & quòd vasallus hoc sciat, text. *in c. 1. §. similiter. quibus modis feud. amit.* iuncto textu *c. 1. versicu. porrò, quæ fuit prima causa benefi. amit.* in verbis, vel vicum, in quo est (per vim aggressus fuerit) qui textus satis clarè videtur hoc probare, & sentit ita glo. prima facie, *in princ. in d. versic. similiter, quibus mod. feud. amit. tit. 1.* Sed paucis puto cõtrarium, & hoc modo capitula prędicta intelligenda: feudum amitti, si dominus fuerit in suo castro, cùm vasallus insultando pro certo habeat, dominum vel dominam ibi esse. Secundò quoque priuari feudo, si dominum ibi non esse sciuerit, compertum tamẽ habeat domini castrum esse, quia per hoc saltem domino suo iniuriam grauem infert, ex quo feudum amittitur, *c. 1. §. porrò, ibi, vel graues iniurias. quæ fuit prima causa benefi. amit.* Nec obstat primus textus in contrarium allegatus. in d. versi. similiter. quibus modis feud. amitta. quia verba, *sciens ibi esse,* interpretatur ibi glossa (maximè) quod etiam Doct. communiter ibi sequuntur. Nec etiam obstat alius textus in d. §. porrò. quæ fuit prima causa benefi. in verbis, *vel vicum in quo est dominus.* quia ibi loquitur, quando dominus est non in suo castro, sed in alieno: Nam nec tunc vasallus, sciens dominum ibi esse, poterit assilire, *gloss. in d. versicu. similiter. quam sequitur ibi Aluarotus.* Tertiò diximus, si impias manus in personam domini ingesserit, vbicunque etiam, per hoc feudũ

34

35

O amit-

amittit: quod verum intelligeris, scilicet vulnerando. *ita tenet glo. in l. fina. C. de reuocan. dona. & sequitur Aluarot. in c. 1. §. porro. quae fuit prima causa benefic. amitt.* Si ergo, digladiando cum domino, non vulneraret, feudum non amitteret, licèt per hoc fieret periurus, ex fidelitate promissa.
36 † Nam non ex omni causa, ex qua opinio vasalli læditur, beneficium statim amittit, *c. 1. §. prædictis, versicu. illud enim. quae fuit prima causa benefic. amitt.* quod est elegans ad hoc, & benè notandum. Sed quid si non ipse in personam, sed per alium hoc fieri fecit, quò magis vulneraretur dominus? Certè dicendum, & hoc casu eum feudum amittere: nam quod quis per alium facit, ipse facere videtur, quod sequitur etiam Andr. de Isern. *in c. 1. §. item qui dominum, versic. porrò. quae fuit prima causa benefi. amitt.* Quartò dixi, si graues, vel inhonestas iniurias, domino intulerit, feudū amitti.
37 † Dubitari posset hìc, quādo grauis esse iniuria censeatur: ad quod dicendū, cognosci debere ex qualitate personæ, ex loco, tempore, & similibus, *de quibus alibi, in §. atrox iniuria, Instit. de iniurijs.* quod tamen iudicis sagacitati discutiendum cōmittitur, *c. 1. §. prædictis, versicu. sed quia natura. quae fuit prima causa.* Quintò diximus, vel si vitæ eius veneno, gladio, aut aliter insidiatus fuerit, feudū amitti: loquitur ergo tantùm hic, qn̄ vasallus
38 dn̄o insidias verè struxerit. † Sed q̄d si animo proposuit insidiari vitæ eius, actuq; aliquo demōstrauit, sed priusquàm insidiaretur re ipsa, pœnitentia ductus, destitit? Certè dicendum tunc non priuari feudo debere. text. elegans & benè in similibus notandus in c. 1. §. si voluerit. de capita. qui cur. vend. quod tamen ita puto distinguendum, an telo alióve instrumento semel iterumq; expectasset dominum, & posteà pœnitētia destitisset, an minùs. Si aliquoties sic expectasset, iam feudum amitti. *argumen. l. is qui cum telo. C. ad leg. Cornel. de sicar.* quia iam cœpit verè insidiari: secùs si primò iam iret telo insidiaturus domino, & in itinere pœnitentia ductus abstineret. ita intelligendus d. §. si voluerit. † Et in prædictis ca
39 sibus, vbi quæstio inter dominum & vasallum de insidijs domino factis, vel iniurijs, mota fuerit, dominus ipse

ipse culpam seu insidias allegans probare debet, *d.c.1.§. si voluerit, in fin. de capi. qui cur. vend.* † Prætereà, licèt ex insidijs factis feudo vasallus priuetur: (vt iam diximus) nō tamen eò minùs lege Cornelia de sicarijs tenebitur, *per d.l. si quis cum telo, & simil. lib. C. ad leg. Cornel. de sicar.* FALLIT 40
ista conclusio, nempè, quòd dñm occidere vel assilire & similia, suprà allata, facere non possit, primò, si hoc ad defensionē corporis sui, vel bonorū, faceret: illo enim casu feudo nō priuaretur: Nam quod quis ad tutelā corporis sui, vel bonorū, fecit, iustè fecisse dicitur, *l. vt vim. ff. de iust. & iure, l.1. C. vnde vi. l.4. ff. ad leg. Aquil. l. vt qui aggressorem. C. ad leg. Cornel. de sicar.* † FALLIT secundò in casu, vbi 41
quis duos vel plures dominos habet, qui inter se bellāt: isto enim casu potest alterū, hoc est, antiquiorē, iuuare contra alterū, assaliendo, occidendo, vel insidiando, *per c.1. §. illud quoq; præcipimus. de prohib. feud. alienat. per Fredericum.* hoc tamen casu requisitus hic vasallus per substitutum, nouo vel recentiori domino ęquè seruire deberet, vel medium fructuum illius anni suppeditare, *ex c.1. §. firmiter. de prohibit. feud. alien. per Frederic.* si verò dubitaretur, quis esset antiquior dominus, volunt tunc Doctores, gratificari posse personæ, cui volet. *ita Speculat. in §. quoniam, versic. 12. & 13. in titu. de feud.* FALLIT tertiò, si dominus contra Regem vel Imperatorem bellum gereret, sub cuius iurisdictione & tutamine vasallus esset: hoc casu putant quoq; vasallū potiùs seruire debere Imperatori, quàm suo domino. *Spec. in d. §. quoniam, versi. 15. & 16.* & benè: nam semper in omni fidelitate Imperator vel rex excipitur, *c.1. de noua forma fidelit. c.1. §. fi. in fi. de prohib. feu. aliena. per Fred.* Prędicta puto vera, nisi tamen Imperator, vel similis, contra patriam domini & vasalli pugnare vellet. † Tunc enim si pars domini iustam quasi causam 42
fouéret, vel non ita iniustam planè, putarem etiam contra Imperatorem (etiamsi vasallus verè Imperatoris esset) se posse licitè & iustè opponere, pugnando pro patria & domino, *arg. l. in causis. §. vasal. vers. vasal. de pace Costan. & ibi elegans gloss. in c. de forma. 22. q. 2.* quæ benè sunt notanda. † SEXTA CONCLVSIO erit, si vasallus amicitias 43
 con-

contraxerit cum inimicis domini, rursum feudum amittet, *text. in c.1. quot testes sunt necessa. ad proban. feud. ingrat. argumen. l. liberi. §. fina. C. de inoffic. testam.* quod limitat Aluarot. *in c.1. quibus modis feud. amitt. titu. 2.* ita demùm verum esse, si in perniciem domini hoc fieret, secùs si innocua sit amicitia & Euangelica, qua cum omnibus pacem habere iubemur: quod quidem admittendum censeo, dum tamen sub vmbra pietatis veneni nil lateat.
44 † Et meliùs certè meo iudicio vasallus faceret, si à tali amicitia abstineret: nam in hac parte sufficiunt (vt videtur) vehementes præsumptiones, *vt satis innuit alibi text. in d. c. 1. quot testes sunt necessa. ad proband. feud. ingrat.* quæ onus probandi contrarium sentire vidētur, *glo. in c. 1. quibus mod. feud. amitt. titu. 2. quam sequitur Andr. de Isern. & Mart. Lauden.*
45 † FALLIT hæc conclusio, si vasallus plures haberet ditiones feudales, seu prouincias, Ducatus, vel Comitatus à diuersis dominis, secundùm ea, quæ pulcherrimè tradit dominus Præses *in locis suis legalibus, in loco suo, à tanquàm*, vbi in specie dicit, quod Comes Flandriæ, & Arthesiæ, qui respectu illius vasallus est regis Frāciæ, & idem intuitu Brabantiæ Ducatus, Comitatus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, est vasallus Imperatoris, quòd accusari non poterit feloniæ, seu perfidiæ ad effectum priuationis, si amicitias contrahit cum Anglo contra Francum, cùm id non facit tanquàm Comes Flandriæ, sed tanquàm Dux Brabantiæ, vel Comes Hannoniæ, Hollandiæ, vel Zelandiæ, quòd benè notandum fuerit: & sic nostra conclusio regulariter sibi locum vendicaret in vasallo solum vnius domini, in quo vix tamē pedem
46 figere audeo. † SEPTIMA CONCLVSIO erit, si vasallus delator domini extiterit, & per delationem dominum graui damno affecerit, vel dominum inclusum si sciuerit & non liberauerit, cùm potuit, feudum amittet. *Probatur hæc conclusio in c. 1. §. item si delator. quæ fuit prima cau. sa b. nefic. amitt.* Et delator hîc propriè dicitur, qui denunciat aliqua bona ad fiscum pertinere, quæ iam à domino possidentur, *de quibus in l. 1. ff. de iure fisci.* Non enim hîc delator pro accusatore accipitur, vt vult Aluarot. & alij,

alij, *in d.§. item si delator.* quanquàm idem sit in delatore & accusatore, vt statim dicemus. †OCTAVA CONCLVSIO erit, si vasallus accusator seu delator domini fuerit, per hoc feudum amittet, *c.1.§.in quibus.de consuetud. rect.feud.* quod Doctores verum esse intelligũt, cum hoc calumniosè & falsò agit: verùm si iustè accusaret, iam non priuari. *Aluaro. & Doctores in d.§.item si delator, vbi etiam glo.quæ fuit prima causa benefic.amitt.* Et hoc ideo, quia peccata nocentium nota esse debent, *l.eum qui nocentem.ff. de iniurijs.* interestque Reipublicæ, crimina non manere impunita, *l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.* Dynus tamen in contraria est sententia, *in l.qui cùm maior.ff. de bonis liberto. per l. seruum domini delatorem.C.de delatori.lib.10.* Et certè licèt Doctores Dyni responsum refellere ea nituntur ratione, quòd de seruis loquatur, quorum præsumptio temeraria magis refrenari debet, quàm aliarum personarum: puto tamen cum Dyno tenendum, quàm deferre, nec ex delicto accusare vllo modo possit: nã debet delectus esse inter dominũ & vasallum magis quàm priuatos. Melius enim fecerit vasallus iste, si alteri accusandum dominum reliquerit, ne quid duriùs sibi inde contingat. *arg.l.tutor.§.libert.ff. de suspect. tutorib. & argum.l.fin.C.de delat.lib.10.* Profectò nisi simpliciter textum intelligi voluissent Obertus & Gerardus, *in d.c.1.in quibus, de consuetud. feud. & c.1. §.item si delator, quæ fuit prima causa benefic.amit.* certo, quòd saltem verbum appotuissent, nempè, *iniustè fraudulenter:* hoc enim verbo omnem dubitationem sustulissent, quod tamen non fecêre vspiam in dictis iuribus. Et certè, si quis rectè perpenderit sensum & verba textus, in d.c.1.§.item si delator. facilè descendet in nostram sententiam: inquit enim, feudo priuari vasallum, per delationem domino graue dispendium sustinere fecerit, quæ præsupponunt dominum culpabilem fuisse, cùm aliàs si non iustè detulisset, nullum dispendium per hoc habuisset: ita quoque à simili hîc in accusatione. Et vtrunque probatur satis, quod nec deferre nec accusare possit simpliciter alio loco, in §.causam Auth. vt cùm de appellat. cogn. vbi propter hæc

duo, filios exhæredari posiit, ergo hic feudo priuari, *per c.1.§.prædictus. quæ fuit prima causa benefic.amitt.* In deferendo tamen dominum, quoad bona (de quibus in conclusione præcedente) quanquàm non priuatur feudo, nisi per hoc graue damnum dominus senserit, d.§. item si delator. in accusando tamen seu deferendo non idem erit, quanquàm Aluarotus hoc putet. in d.§. item si delator. quia textus loquitur ibi solùm de delatore bonorum, vt antè diximus, nō de accusatore, seu delatore, de quibus loquimur hîc. & in d.c.1.§.in quibus, de consuetud. rect. feud. Accusator ergo amittet feudum, etiam si super leuissima causa detulerit dominum. Nam feudum amittit, si super leuissima causa testimoniū saltem contra dominum dederit, *c.1.§.in quibus, versicu. similiter, de consuetud. rect. feud. (in quo etiam Aluarotus ibi consentit)* multò ergo magis si ipse accusauerit. Et sic parui pendēda etiam est ratio illa differentiæ, *posita ab Aluaroto in d.§.in quibus, versi. similiter.* inter testimonium datum contra dominum, & accusationem factam super causa leui, seu modica, quæ

48 meo palato non ita sapit. † Eadem quæ hîc diximus obtinere in accusatore domini, obtinebunt quoq; in vasallo fideiussore, accusantis suum dominum: vel instigatore, vt alius dominū accuset: vel teste, super accusatione facta contra dominum, *glo. in d.§.item si delator, in verbo perdit, per l.post legatum.§. sunt qui putant. ff. de his, quibus vt indign. & d.l.qui cùm maior.§. sed etsi ff. de bonis libe. & Aluarot. in d.§. item si delator.* FALLIT primò hæc cōclusio, si accusaret dominum, quòd Principem, patriam, vel rempublicam prodidisset, *argum.§.causas, in Authen. vt cùm de appellat. cogn.* Nam vt per hoc non potest filius exhæredari, ita nec hic vasallus feudo priuari, *c.1.§.prædict. quæ fuit prima causa benefic.amit.* FALLIT secundò, si vasallus fisci aduocatus, necessitate coactus facere teneretur ex iniuncto officio. *ita Aluaro. & alij in d.§.item si delator, argum.l.post legatum.§.aduocatum. ff. de ijs, quibus vt indign.* secùs si voluntarius esset aduocatus, ita alibi gloss. *verbi perdit, in d.§.item si delator, vbi Aluarot. & alij Docto. per l. qui cùm maior.§. si patroni filius. ff. de bonis libert.* & benè, quæ adhuc alias fallentias recitat,

at, quæ tamen omnes ita ſimpliciter verè non ſunt, are nos aliquot earum hic adferemus. FALLIT ergo tiò, quando vaſallus non accuſaſſet criminaliter, ſed ùm ciuiliter. Ita d.gloſſ. *in d.§.item ſi delator, in verbo, per-* *per d.l.qui cùm maior.§.1.ff. de bonis libert.* quæ ſemper ar- nentatur à liberto ad vaſallum, & econtrà: † ſed cer- 49
llud argumentũ eſt admodum debile, nam vaſallus nagis aſtrictus aliquãdo domino ſuo, quàm libertus rono, & econtrà, vt infinitis exemplis, & iuris texti- probari poſſem, niſi longum foret. Vno tãmen atq; ero contentus ero: Nam libertus ob leuiſſimam cul- n in dominum commiſſam bona amittit, & in ſerui- em reuocatur, *l.1.C.de liber.& eorum libe.* nõ ita vaſallus. *verſi. de illa, in quibus cauſis feud. amitt. c.1.§. item qui dominum,* *icu. illud enim eſt, quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt.* Ita econ- vaſallus contra fratrem alioſque propinquos, imò ntra proprium patrẽ dominũ iuuare debet, aliàs feu- n amittet, *c.1.§.fi. hic finitur lex, deinde conſuetud. reg.* Sic nõ etur libertus patrono. *arg. l.qui cùm maior.§.ſi patris mor-* *ff. de bonis liberto.* Sic rurſum, ſi vaſallus proprium fra- n occiderit, vel extraneum proditoriè, feudum amit *c.1. an ille, qui interfec. fratrem domini ſui.* ita libertus ſua bo nõ amittet reſpectu patroni: nam hoc nullo iure ca- ur. Iterum vaſallus tenetur dominum ad mortem ue iuuare in prælio, ſi feudo priuari nolit, *c.1. quibus* *is feud. amit. tit.1.* nõ ita libertus, *l.ſolo.C.de liber. cauſ.* Pau- rgo in noſtro hoc caſu (meo iudicio) vaſallus feu- amittit, ſi etiam in ciuili cauſa dominum accuſaue- mò ſi ſolùm teſtimonium contra illum dixerit, per *in quibus, de conſuetud. rect. feud.* Et ſic quoque refuto aliã entiam, d.glo. verbi. perdit. quæ vult, vaſallũ poſſe ſare dominum, proſequendo iniuriam ſuorum, *per ui cùm maior.§.ſi patris.ff. de bon. liber.* Nam ſi tenetur do- um iuuare contra omnes, etiam ipſum patrem, *c.1.§.* *fin. hic finitur lex, deinde conſuetu.* nihil ergo pro ijs cõtra accuſando facere poterit. Sic tertiò quoq; puto re- ri poſſe iuſtè, quod alia fallentia, d.glo. inquit, non inere in caſu, vbi de leui crimine accuſaſſet dñm, &

 iudex

iudex pœnam grauiorem irrogaſſet, *per d.l. qui cùm maior, verſicu. ſi tamen, de bon. liber.* Quia ſi ſolum teſtimonium, contra dominum datum, facit eum feudo priuari, *d.§. in quibus, de conſuetud. rećt. feud.* multò magis ergo vbi accuſauit: textus enim d.c. in quibus. (ſi benè inſpiciatur) contentus eſt modica cauſa in accuſatione, vt ſuprà etiam diximus: nō immeritò ergo & illam partem refutamus, licèt Aluarotus quaſi in omnibus illam dićtam gloſ-
50 ſam ſequatur. † Poſtremò quoque refuto, quod vult Aluarotus, *in d.c.1.§. item ſi delator.* viginti quinque annis minorem per accuſationem feudo non priuari, cùm ſit illi ætati parcendum, *per textum in d.l. qui cùm maior. verſicu. ſi verò accuſauerit. ff. de bon. liberto. & argument. l. poſt legatum. §. ætati. ff. de his quibus vt indign.* quia ſi vaſallus annis quatuordecim non petens inueſtituram intra tempus lege præſcriptum feudo priuatur, *c.1.§. præterea. 2. de probibit. feud. alien. per Fredericum.* quare ergo non amittet accuſando: vt enim per hoc delinquit erga dominum: ita quoque ex ſuo delićto non merebitur excuſationem vel reſtitutionem, *per l. ſi ex cauſa. §. inde videndum. ff. de minor. l.1. & 2. ſi aduerſ. delićt.* FALLIT quartò concluſio, ſi accuſaret dominum, ſeipſum vlciſcendo, quia fortè cū eius vxore concubuit, vel ſimile ille perpetrauit, *glo. in d.§. item ſi delator, & per text. elegantem in d.l. qui cùm maior, verſi. ignoſcendum. ff. de bonis libert.* & benè. FALLIT quintò, ſi accuſato quidem dño poſteà, ante ſententiam tamen, deſtitiſſet, per tex. elegantē, *in d.l. qui cùm maior. §. ſi patris, verſ. accuſaſſe, ff. de bonis libert.* qui optimè docet, quando quis accuſaſſe cenſetur, quod tñ intelligendū & diſtinguendū putaı ē, *ſecundū Bald. d.§. item ſi delator, vbi etiam glo.* ſcilicet an iuſtam cauſam foueret accuſandi, an minùs: ſi deſtiterit, cū potuiſſet poſteà probaſſe, obtinere quæ diximus, ſecùs, ſi non potuiſſet, & ſic neceſſitate deſtitiſſet: Curtius tamen ſimpliciter poſſe pœnitere putat, *in quarta parte,*
51 *folio 353. mihi.* † NONA CONCLVSIO erit generalis, quod ex omnibus cauſis, ex quibus filius exhæredari poterit, donatio reuocari, vxor repudiari, & ſimilibus, vel grauioribus cauſis, *de quibus in §. aliud quoque, verſic.*

verficul. causas, in Authent. vt cum de appellat. cognosc. & l. fin. C. de reuocand. donat. & in l. consensu, C. de repud. ex iis omnibus etiam vasallum feudo priuari, dummodò in dominum his peccatũ fuerit, *ita loquitur c. 1. §. his prædictis, quæ fuit pri. causa benefic. amit.* Et dixi, Ex similibus, vel causis maioribus: quia licèt hoc in amissione feudi admittitur expressè: non tamen idem concedi existimabitis in exhæredatione, vel donationis reuocatione, quia ibi Imperator à simili, vel à maiori, non vult argumentari, *vt text. habet expressè in d. §. causas, & l. fin. C. de reuocan. donatio.* quod etiã confirmat clarissimus dominus Doctor & Præsidens Viglius, *in §. mater, vel auus, Instit. de exhæredat. liber.* quanquam bona pars Doctorũ putant ad similia vel grauiora ibi posse extendi, sed falluntur. Debet ergo in causa feudali iste iudex solers & discretus causas à vasallo commissas diligenter dispicere, an similes sint enumeratis, vel grauiores, an minus, *text. in d. §. prædictis, quæ fuit prima causa benefic. amit.* DECIMA CONCLVSIO erit, † si vasallus interfecerit fratrem suum proprium, vel fratris filium, vel aliquem, ex quo parricida dici posset, vt feudum vel solus habeat, vel totam hæreditatem, vel quempiam tradiderit proditoriè, qualis qualis fuerit, feudum amittet, *probatur in c. 1. §. similiter. quib. mod. feud. amit. tit. 1. & c. 1. an ille qui interfec. fratrem domini sui. & c. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amit. in verbis, quod parricidij appellatione continetur.* Sed dicet aliquis, si vasallus domini sui fratrem occiderit. Anne † iam quoq; perdet feudum? distinguendum fuerit, proditoriè ne occiderit, an minùs: si proditoriè, iam feudo priuari, *d. c. 1. an ille qui interfec. fratrem domini, in verbo, tradendo.* si non proditoriè, iam non amitti, *gloss. in d. §. similiter, vbi Aluarot. & Doct. in d. c. 1. an ille, qui interf. vl fratrem domini sui.* Et ratio quare feudum etiam amittet interficiendo aliquem proditoriè, illa est, quia tunc per hoc vasallus sine infamia in curia domini stare non poterit, *Doct. in d. c. 1. an ille qui.* Præterea alia quoque melior ratio dari possit, nempè ideò, quòd feudum propter fidelitatem datur: nam à fidelitate feudum nomen accipit, *vt suprà in definitione diximus:* nunc quia ex proditione quis fidem a-

52 53

mittit, certè dignus non est vt feudum teneat: nihil enim huic secreti dominus committere auderet, neque quippiam constanter cum eo agere, quam etiam in effectu rationem adfert Martin. Lauden. *in d. §. similiter, quibus modis feudum amit. tit. 1.*
54 Sed quęret aliquis rationem, † quare magis vasallus feudum amittat, interficiẽdo fratrem proprium, quàm domini fratrem, cùm videatur magis contrarium admitti debere. Paucis, Aluaro. adfert duas rationes *in d. c. 1. an ille, qui interfecit frat. domini sui.* Prima est, quòd magis delinquit interficiendo proprium sanguinem, quàm alienum, *argum. l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricid.* Secunda est, quia inquit, occidere fratrem suum, non est aliud, quàm proprium sanguinem perdere, *l. vtrùm, ff. eodem tit.* Et ergo, si non parcit fratri proprio, vix suo domino parceret: vbi etiam tertiam adfert ex Baldo bonam rationem, quam ibi videre licet: prædicta tamen vera esse putabitis, dummodò casu, vel simili modo non occidat, nam tunc excusandus veniret, *argum. l. eum qui, C. ad leg. Cornel. de sicar. Aluarot. in d. c. 1. an ille qui interfec. frat. dom.*
55 Quæret aliquis, quid econtrà, si dominus † interficiat proprium suum fratrem, vel aliquem alium proditoriè, an per hoc etiam feudum perdet. Certè Andr. de Ysern. quem sequitur Aluarotus, tenet *in d. c. 1. an ille, qui interfec. frat. dom.* quòd non: nam non interest vasalli, ita proditoriè fratrem proprium esse interfectum à domino suo: quia vasallus non expectat seruitium à domino, sicut econtrà dominus à vasallo. Quod idem putarem obtinere, si fratrem vasalli etiam proditoriè occidisset eadem ratione: hoc tamen commodi vasallus habebit, quòd interim solutus erit debito fidelitatis seruitio, *argum. c. 1. in fin. hic finitur lex, deinde, &c. ita Aluarot. in d. c. 1. an ille, qui interfec. frat.* restituto tamen eo, haud dubiè rursum vasallus seruitio obligabitur, *d. c. 1. in fin. hic finitur lex, deinde consuet. reg. incip.*
56 Quæret rursum aliquis, † quid si quis ex magis ignominioso crimine commisso, vel simili, nõ possit sine dedecore in curia domini stare: veluti, quia damnatus de adulterio, vel crimine simili: an iam quoque amitteret feudum? Iacob. de Ardiz. vult *in d. c. 1. an ille, qui interfec.*

terfec.frat.dom.sui. quòd sic: quem alij, vt Aluar. ibi sequuntur, *argum.l.2.§.miles, ff. de re milit.* Sed paucis, putarem contrarium verius, quamdiu nihil proditoriè egit: nam ob adulterium non amittere, clarissimum est, *in d.c.1.de vasal. qui contra constit. Lothar. Regis feud. aliena.* Prætereà, cùm nusquam in iure feudali de eo expressum est, & sit pœnale, puto non extendendum. *per l.interpretatione, ff. de pœn.* Non † enim hic militat ratio à nobis ante data: nam adulter non amittit fidem vt proditor. Sed quid si vasallus seipsum occidat, an per hoc feudum ita amittatur, vt intra quartum gradum agnatorũ nemo habere possit? *secundùm c.1.§.licèt, versic si vasallus culpam, si de feud.defunct. content.sit inter dom. & agnat. vasal.* & de isto meminit alibi Aluarotus *in §.fin.conclus.4.quæ fuit prima causa benefic.amitten.* Baldus & Doct. *in d.c.1.ãn ille, qui interfec.frat.* & Zasius *in sua 10.part.* Et paucis putauerim distinguendum, an seipsum occiderit, conscius alicuius criminis, ex quo feudum amitteretur, si lata sententia fuisset: an minùs, tædio scilicet vitæ: si cõscius, & certò constat cõmisisse crimen tale, hoc casu & descendentes, & agnatos, ad quartum vsque gradum, priuari dico, *argum.l.qui rei postulati, ff.de bonis eor.qui ante sent.sibi mort.consci.l.1.C.de bon.eorum, qui sibi mort.consci.* Si verò nullius criminis conscius, vitę tædio, sibi vim intulit (accusatus tamẽ) hoc casu ad descendẽtes (si sint) vel agnatos deuolui existimarem, *arg.d.l.qui rei postulati, §. si quis autem tædio, ff. de bonis eor.qui ante sent. iuncta l.eorum qui in reatu, C. de bonis eor. qui mort.sibi consci.* Multò magis ergo, si nullo crimine accusatus vim sibi intulit, transmittet ad descẽdentes vel agnatos: quod etiam obtinebit, vbi statutũ vel consuetudo est taliũ bona confiscari, secũdùm ea quæ infrà dicimus *in parte proximè sequen.* vbi discutim^9, an confiscatis bonis, feudum quoq; confiscetur. VNDECIMA CONCLVSIO erit, † vasallum cõtrahendo incestas nuptias, queq; amittere, *ita Bald. in l.1. versic. 51. ff. de rer.diuis. & qualit. Aluar.in c.1.§.item si fidelis, quib.mod.feud.amit. tit.1. & ibidem quoq; D.Schenck, Zasius in 10.sua par.per c.1.quæ sint regal.argum. §.1.in Auth.de incest.nupt.* Nam cùm talium bona omnia vel confiscãtur, *d. c.1. quæ sint regal.* vel saltem illis adi-

adimuntur, *vt in d. §. 1. de incest. & nefar. nupt.* non dubiũ est, quin feudum quoque amittant. Et adeò vera hæc esse prædicti DD. aiunt, vt etiamsi Papa posteà dispensaret: per hoc tamen feudum (vt semel amissum, & alteri quęsitum) non recuperari, *argum. c. quamuis, d. rescript. in 6.* Andre. tamen de Yiern. (quem sequitur Mart. Laudens.) in effectu contrarium sentit. *in c. 1. de vasal. decrep. ætat.* in casu simili, vbi volunt per restitutionem Principis, in casu, quo feudum propter delictum ad agnatos, vel dominum rediit, ipsi vasallo tamen restituendum, & sic ab agnatis vel domino iterum auferri: certè si hoc Principis restitutio possit, ergo multò magis Papæ dispensatio in nostro casu. Sed paucis, putarem Bald. Zasi. & aliorum sententiam veriorem, *argum. l. nam ita Diuus, ff. de adoptio. & eorum quæ Cynus notat in l. rescripta. C. de precib. Imperat. offerend. de quibus in parte sequent. vbi de confiscatis bonis agimus, latiùs dicemus.* Quæ tamen hîc de incestis nuptiis contractis diximus, intelligimus de iis, quæ iure ciuili incestæ dicuntur, non etiam iure Canonico, *de quibus in c. de incestis, vbi gloss. 35. quæst. 3. cum similibus.* nec etiam de illicitis & aliis iure prohibitis nuptiis, sed de incestis & nefariis contra naturam nuptiis, per text. qui satis clarè hoc probat *in §. 1. versic. sancimus, in Authent. de incest. & nefar. nupt.* licèt Accursius *ibi in glossa* contra sentiat, & textui & Martino glossatori, qui idem nobiscum tenuit, obluctetur. Nam opinio Martini probatur primò per rubricam d. titul. de incest. & nefar. nupt. quæ inscribitur, de incestis & nefariis nuptiis, non etiam illicitis, vt in Cod. tit. de incestis & inutilibus nuptiis. Confirmant etiam Martini opinionem verba textus *in d. §. 1. versic. sancimus, de incest. & nefar. nupt.* quę habent: [sancimus igitur de cætero, si quis illicitas & contrarias naturæ (quas lex incestas, & nefarias, & damnatas vocat) contraxerit nuptias; &c.] quæ verba, benè perpensa, satis hoc indicant: nec obstat verbum (illicitas) in quo vim Accurs. *ibi in d. versi. sancimus, & ibi in glo.* ponit, quasi de oĩb⁹ illicitis & vetitis ibi loquatur. Quia verbum (illicitas) habet coniunctam sibi copulam (ET) quæ coniungit; inquit enim textus, [Si

quis

quis illicitas & contrarias naturæ nuptias cõtraxerit:] quæ duo copulantur: Probatur rursum ex aliis verbis eiusdem textus *in d. versic. sancimus. ibi*, [& egerit quæ impia sunt & scelesta, & talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia admonent animalia.] *de quibus meminit Aristotel. lib. 9. cap. 47. de natur. animal. & Plin. natur. histor. lib. 8. cap. 44.* Certè si tutor hodie cum pupilla contraheret, istud non ita contra naturam esset: nec etiam si præses prouinciæ cum aliqua eius prouinciæ: & sic in similibus, quæ tamen nuptiæ sunt illicitæ & vetitæ, *l. præfectus, l. non est matrimonium, ff. de ritu nupt.* Hi ergo solùm punientur secundùm alia iura, *de quibus in l. qui contra, C. de incest. nupt.* Et hac in nostra quoque sententia est Salicetus *alibi, in Authen. incestas, C. de incest. nupt.* & Faber, *in §. si aduersus. Instit. de nupt.* Secundùm prædicta ergo dicendum, † si vasallus ita incestum committit, quòd eius bona veniunt confiscanda, iam quoque feudum amitti, aliàs non. Et quæ dicantur nuptiæ nefariæ, vel incestæ, alio loco habetis *in §. ergo non omnes. Instit. de nup. in l. fi. l. etiam. ff. de ritu nup. l. penult. & vltim. C. de incestis nupt.* FALLIT hæc conclusio in casu, vbi ignorantes incestas contraxissent nuptias, si statim, recognita, tales vxores reiiciunt, *per l. qui contra, C. de incest. nupt. l. qui in prouincia, §. diuus, ff. de ritu nup. c. 1. & 2. ext. qui filij sint legit.* vel statim dispensationem super eo matrimonio ignoranter contracto obtinent, *argum. d. l. qui in prouincia, §. diuus. de ritu nupt.* DVODECIMA CONCLVSIO erit, † si filius vasalli, vel eius domestici, delinquunt in dominum, vasallus debet eos ad dominum deducere, vt illi satisfaciant: vel si hoc recusent, à se abdicare, & planè reiicere, aliàs feudum amittet, *probatur per c. 1. §. insuper, de prohib. feud. alien. per Freder.* & hoc verũ, dummodò tale sit delictum, ex quo etiam vasallus ipse feudum amitteret, *Aluarot. post Andr. de Ysern. in d. §. insuper:* & benè. Quod de filiis diximus, simpliciter obtinebit tam de emancipatis, quàm legitimis & naturalibus liberis, *ita Andr. de Ysern. in d. §. insuper.* Quæ tamen de abdicandis filiis vel domesticis diximus, in vxore non obtinebunt. Illa enim licèt domino satisfacere nolit offensam: à ma-

59

60

rito

rito tamen abdicari non debet, *Bald. in d. §. insuper, argum. l. manifestissimi, §. fin. C. de furt. quem sequitur Aluarot. in d. §. insuper.* Isto ergo casu de iniuria sibi illata contra ipsammet vxorem vasalli agere poterit. DECIMATERTIA CON
61 CLVSIO erit, † si vasallus vasalli dominũ domini sui offenderit, & requisitus vasallus, vt suum vasallum deducat ad priorem dominum, illíque satisfaciat, & hoc facere vasallus recuset, feudum amittet, *probatur in c. 1. §. illud quoque præcipimus, de probib. feud. alien. per Fred.* FALLIT ista conclusio, si vasallus vasalli offendisset dominum domini sui, iuuando alium suum antiquiorem dominũ, *d. §. illud quoque.* FALLIT secundò, si pugnando pro suo principe, Imperatore, Rege, vel sua patria dominũ domini sui læsisset. Vt enim hæc proprius vasallus absque feudi amissione facere posset, *d. §. illud quoque, iuncto c. 1. §. 1. in fin. de probib. feud. alienat. per Fred.* ita iam quoq; vasallum suum ad dominum deducere non tenebitur, vt offensam satisfaciat: Et hæc fallentię quoque sibi locum vendicabunt in conclusione præcedente. DECIMA QVAR
62 TA erit CONCLVSIO, si † vasallus secretum domini sibi commissum dolosè alicui aperuerit, per hoc etiam feudo priuabitur, *probatur in c. 1. quibus mod. feudum amit. tit. 2.* Ad hoc tamen (vt tenet Aluarot. *in d. c. 1. quibus modis feud. amit. titul. 2.*) duo requiruntur: Primò, quòd secreti manifestatio fiat animo damnificandi. Secundò, quòd damnum sequatur: vbi quoque docet cui probandi onus incumbat animo damnificandi factum vel non factum. Et ratio, quare ex reuelatione secreti feudum amittet, illa est, quia ex eo non potest dici fidelis: nam reuelando secretum fidem amittit, ob quam dominus feudum concessit, vt ante in decima cõclusione diximus. DECIMA-
63 QVINTA CONCLVSIO erit, † si vasallus dolosè inficiatur domino feudum esse, quod in feudũ accepit: per hoc quoq; dicendum feudo priuari debere, *text. in c. 1. §. si fuerit. de leg. Conrad. c. 1. §. si vasallus, versi. vasallus, & §. vasallus, si de feud. defunct. content. sit.* secus si ignorans inficiatur, *d. cc. citatis.* Et non mirum: nam in multis iuris partibus inficiator pœnam meretur, *l. fin. ff. de rei vend. l. 2. l. contra negantem,*

rem,C.ad leg.Aquil.Authen.contra qui propriam,C.de non num. pecu. l.1.§.interdum,ff.si quadr. paup.fecis.dic. l.si dubitetur,§.ita demùm. ff.de fideiuss.l.sed hoc ita.§.quod autem,ff.de re iud. & c.1. 32.quæst. 2.per totum. Et docet pulchrè Aluar.*in d.§.si vasallus,si de feu do defunct.content.sit inter dom.& agnat.vasal.* si aliquandiu do mino seruitia præstitisset quis vt vasallus, & posteà seruitium denegaret, inficiando esse feudum, quid fieri iã debeat. DECIMASEXTA CONCLVSIO erit,† si vasal lus triennio cessauerit soluere canonem ex pacto promissum feudi nomine,rursum feudum absq; interpellatione etiã amittet,*ita Curtius in quarta parte,fol.362.Innocent.in c.ad Apostolicam,de re iudic.in 6.Bald.in c.quæ in Ecclesiarum, extr. de constit.& hoc per c.1. §.item qui dominum, versic.sed non est alia, quæ fuit prima causa benefic.* In contraria opinione tamen est Martinus Laudẽs.*in c.1.de ijs qui feud.dare poss.*& Speculator *in §. nunc aliqua, versic. 85. in titul. de feud.* qui tenent, non amitti feudum, etiamsi non satisfaciat. Et hoc ideò, (vt volunt) quia nullo iure feudali probatur non soluentem cadere feudo,& ergo recurrendum ad ius commune, quod requirit interpellationem, *l. mora, ff. de vsur.* quod etiam ex textu feudali alibi probari existimant,*in c.1.§.licèt,si de feud.defunct.content.sit.* vbi vasallus, si à domino interpellatus & requisitus non fuit, vt seruiat,& cẽtum annis expectaret, non tamen feudo priuatur, sic quoque hîc à simili. Et ergo Ioannes de Imola *in c.2.extr. de feud.* etiam voluit, quòd non amittet, etiam si mille annis cessaret soluere non interpellatus, quem sequitur alio loco Ludouicus Romanus *in l. 1. §. 1.ff.de public.*& Aluarot.*in d. versic.sed non est alia,quæ fuit prima causa benefic.amit.* Quid dicemus? Certè, relictis ambagibus, mihi videtur (sub correctione) in casu, quo dominus feudum vasallo dedit, vt sibi annuè, vel singulis annis certa quantitas daretur, quòd non satisfaciendo toto triennio, etiam non interpellatus cadat feudo, post triennium tamen prius, argument. ab emphyteuta ad vasallum, *per l. 2. C. de iure emphyteut. & per dictum versic. sed non est alia, quæ fuit prima causa benefic.amitten.* Et diximus, post triennium demùm, & non primo anno; † quia licèt dies,

64 · 65

dies, annus, seu tempus certum à partibus contractui adiectum (vt hìc erat) solùm pro homine interpellat, adeò vt statim debitor constituatur in mora, *per textum apertum in l. si fundum, & l. si ita quis promiserit, §. Scia, in fin. ff. de verborum obligat.* (licèt Doct. quasi communiter male putant diem & poenam simul in mora solùm constituere, *ex l. magnam, C. de contrahend. & committen. stipul.*) atque ita vt termino elapso citra interpellationem, quicquid interfuit, licitè & legitimè exigi possit, *per d. l. si fundum, l. si ita quis, §. fi. iuncta d. l. magnam, C. de contrahend. & committen. stipulat.* non tamen adhuc amittet feudum, quemadmodum nec emphyteuta primo anno non satisfaciens, quia grauius putabant, vt quis ita facilè quasi dominio priuaretur ob semel non solutum canonem. Constituerunt ergo ad hoc totum triennium, interim vt se interesse liberaret: si autem non faceret, vt iam toto dominio vtili caderet ex natura contractus. Hoc tamen dubitandum non est, si partes pepigissent, quòd nisi emphyteuta singulis annis solueret, quòd statim emphyteusi caderet,
66 quin statim etiam primo anno caderet: quia † partes pacto contractus naturam feudi licitè mutare possunt, *l. contractus, ff. de regul. iuris.* & sic similiter in feudo. Quare si eadem conditione feudum datum esset, vt nisi singulis annis, vel mensibus, pensionem vasallus solueret, quòd statim feudo caderet, certè si nō satisfaceret, statim rediret ad dominum, *per d. l. contractus, & l. in conuentionalibus, ff. de verborum obligat. iuncto d. versic. sed non est alia, quæ fuit prima causa benefic. & text. satis apert. in d. l. si ita quis. §. fin. ff. de verborum obligat. iuncta l. si super possessione, C. de transactio.* Non obstat, quòd vasallus feudo non priuatur, quandiu à domino interpellatus vel euocatus non fuerit, *ex c. 1. §. licèt, si de feud. defunct. content. sit.* vt pars aduersa adfert: quia hoc facilè admitto, quando vasallus simpliciter dño ad seruitia obligatus est, citra temporis vel diei præfinitionem, & non mirum: nam diuinare non potest vasallus, an dominus vti cupiat eius opera: simile est quoque in promissione purè alicui facta absq; diei adiectione. Illo enim casu licèt statim & præsenti die debeatur, *l. in omnibus*

bus obligationibus, ff. de regul. iur. non voluerunt tamen veteres Iureconsulti & Imperatores talem non soluentem ante interpellationem in mora constitui, *per l. mora, ff. de vsur. in fin.* Si tamen dominus vasallo feudum dedisset, vt singulis annis, vel certis diebus, adesset certum præstaturus seruitium, iam dicerem feudum, etiam absque euocatione seu interpellatione, amitti, per suprà dicta: quia dies interpellaret pro domino, *per d. l. magnam, C. de contrahen. & committen. stipulat. iuncta l. 2. C. de iure emphyt. & d. l. si fundum, ff. de verbor. obligat.* DECIMASEPTIMA CONCLVSIO erit,† si vasallus rem feudalem deteriorem faceret, per hoc quoque feudum amittet, *ita Curtius in 4. parte, fol. 337. mihi, Zasius in 7. parte, & idem tenuit Paulus de Castr. in Authen. qui rem huiusmodi, C. de sacrosan. eccles. Baldus in c. fin. extr. de re iudica. Innocent. in c. ad Apostolicum, de re iudic. lib. 6.* quod puto verum: nam emphyteota rem deteriorando emphyteusim amittit, *d. Authen. qui rem huiusmodi, C. de sacrosanct. Eccles.* ergo & vasallus, argument. ab emphyteuta ad vasallum. Prætereà conductor rem deteriorando conductione destituitur, *l. 3. C. locat.* ergo & vasallus. Rursus vasallus est instar vsufructuarij, *c. 1. in fin. in quib. causis feudum amit.* sed vsufructuarius, deteriorando rem vsufructuariam, vsumfructum amittit: debet enim arbitrio boni viri vti, *l. 1. ff. vsufruct. quemadmodum cauea. iuncta l. sed si grandis, cum l. sequent. ff. de vsufruct. & quemadmod. quis vtat. frua.* ergo & vasallus. Promisit enim in suo iuramento, nolle dominum afficere damno in possessionibus, *c. 1. de forma fidelita. idem tenet Martinus Laudens. in c. 1. §. prætereà, versicul. item si fuerint, quib. modis feud. amittit. titul. 1.* & habet æquitatem: non tamen ignoro plures esse, qui partem contrariam tenent, *vt latè alibi Iason in l. diuortio, §. si fundum, ff. solut. matrimo.* 67

DECIMAOCTAVA CONCLVSIO erit, si† vasallus testimonium contra dominum dixerit, feudum iterum amittet, *text. in c. 1. §. in quibus, de consuetud. rect. feud.* Et hoc verum tam in ciuili, quàm criminali causa, etiamsi leuissima esset, reiecta sententia eorum, qui putarunt in ciuili causa non obtinere, *in d. §. in quibus, in fine textus. ita Aluarotus, & communiter Doctores, in d. §. in quibus, de consuetudine* 68

recti feud. Prædicta conclusio non obtineret in causa feudali: nam in ea testimonium dicere contra dominum non prohibetur, vbi scilicet solùm pares ad testimoniũ requiruntur, veluti inuestitura noua probanda, *vt in c.1. §.quod autem, de consuet. recti feud. c.1. §.fin. si de inuestit. inter dominum & vasal. lis oriat. c.1. qui testes sunt necessar.* Nam hoc casu si controuersia inter dominum & vasallum esset, licitè posset iam contra dominum testimonium dicere, verè fuisse inuestitum: Imò (si iudex esset) sententiam contra dominum liberè definire, *c.1. §.prætereà, 3. de prohib. feud. alienat. per Freder.* FALLIT secundò, si à iudice compelleretur etiam in non feudali causa contra dominum testimonium dicere: potest enim testis cogi ad testificandum, *l. si quando, C. de testib. l. 2. §.1. ff. si quis cautio.* Sed dicet aliquis, Libertus contra patronum testimonium dicere non cogitur, *l. lege Iulia. ff. de testib.* ergo nec vasallus, cùm sit argumentum bonum de liberto ad vasallum, & econtrà. Paucis dicendum, verum esse, atque ideò reluctari debere quantum possibile est, si feudum seruare velit: si tamen seueritate sua iudex compelleret, iam excusari, *per l. non videtur data, §.si iussu. ff. de regulis iuris. c. quod quis mandato, de regulis iuris, in 6.* POSTREMA erit CONCLVSIO,

69 si † vasalli bona confiscata fuerint omnia, per hoc quoque amitti feudum, *ita Andreas de Ysernia in c.1. si vasall. feud. priuetur. Aluarotus in c.1. §.fin. conclus. 35. quæ fuit prima causa, Spec. in §.quoniam, versic. 40. in titul. de feud. Bart. in l. si finita, §.si de vectigalibus, ff. de damno infecto. & alij alio loco.* de quo quid sentiam, tractabo in parte decima tertia sequente latè satis.

70 Hactenus sufficienter, † quomodo vasalli ingratitudine delinquendo feudum amittunt, declarauimus: nũc QVOMODO QVASI CONTEMNENDO, nempè ALIENANDO, feudum amittant, docebimus, quæ est TERTIA PARS huius principalis. Priusquam interpretati fuerimus, quomodo alienatum feudum amittatur, præmittendum puto, QVID ANTIQVITVS CIRCA ALIENATIONEM OBSERVABATVR. Non enim ignorandum, quod antiquitùs in vsu fuit, argu-

argument. §. 1. Instit. de testam. Paucis ergo, olim † multæ & 71
diuersæ consuetudines & sententiæ in curiis & ciuitatibus singulis erant circa alienationem, *c. 1. qualiter olim feudum poter. aliena.* Nam potuit aliquando vasallus totum feudum alienare, *c. 1. quid iuris, si post alienat. feud.* aliquando solùm partem mediam, & hoc † libellario nomine in 72
perpetuum aliquando, *c. 1. de alienat. feud.* qui contractus eius tunc erat naturæ, quòd mortuo accipiente demùm & alienante sine hærede masculo filio fecisset feudum redire ad dominum, per textum, qui clarè in effectu hoc indicat, *in d. c. 1. de alienat. feudi, in versic. inde potest.* & duo illa simul requirit: Secùs verò, vbi non in perpetuum libellum, sed simpliciter, dedisset: tunc enim sufficiebat sola mors alienantis sine legitimo filio hærede decedentis: & ita loquuntur alia alibi iura *in c. 1. §. rursus. quibus modis feudum amittatur, titul. 1. & in d. c. 1. §. & si clientulus, de alienat. feud.* vbi Doct. generalem ponunt regulam, nempè resoluto iure datoris, resolui ius acceptoris, quam tamen non puto simpliciter veram esse in casu, vbi vasallus (nullis sibi existentibus descendentibus & agnatis) feudum medium libellario nomine in perpetuum alienasset in aliquem, secundùm prædicta, sed quòd tum quoque requirebatur mors accipientis decedentis sine masculo legitimo filio hærede, *per d. c. 1. de alienat. feudi. in versicul. inde potest.* Nam vel ex eo facilè hoc colligitur, quòd argumentatur *in d. c. 1. vers. inde potest.* de Ecclesia, cui non potuit dare vasallus libellario nomine feudum in perpetuum, ideò, quòd nunquam sine hærede moriatur, & spes non esset vnquam redeundi ad dominum secularem, quod tamen admittit in priuato accipiente, cùm is posset aliquando sine hærede masculo filio decedere. Iam si regula obtinere deberet de eo solo, & eius morte, qui alienasset, certè malè iam negaret Ecclesiæ, quod concedit priuato: nam si resoluto iure datoris resolueretur ius acceptoris, ergo quoque priuato non posset in perpetuum libellum dari. Prætereà opus non fuisset dicere, ideò Ecclesiam in perpetuum libellum non posse accipere, quòd nunquã sine hærede

moriatur: quia hic ex regula non consideratur nec mors accipientis, nec eius hæredis, sed solùm mors alienantis, quæ statim ius acceptoris solueret: & similiter fieret, si priuato in perpetuum libellum datum fuisset: nō posset ergo vllo modo textus ratio locum habere, si secundùm Doct. regulam interpretaremur: nam frustra aliàs de hærede Ecclesiæ faceret mentionem ibi breuibus: Ergo distinguite, vtrùm erat feudum à vasallo alicui in libellum datum ad certum tempus, vel simpliciter, an in perpetuum. Quando olim datum erat ad certum tempus, tum eius naturæ erat, quòd alienatio feudi in libellum resoluebatur mortuo alienante sine legitimo hærede, *ita loquuntur c.1.in fine, qualiter olim feud. poter.alien.& c.1.§.item si fidelis, versic.rursus, quibus mod.feud. amit. tit.1.* Quando verò in perpetuum alicui à vasallo feudi pars media ad libellum data erat, tum eius erat naturæ, quòd tunc demùm ius acceptoris resoluebatur, si modò alienans non habuisset legitimos hæredes, quando sine legitimo hærede filio masculo accipiens decessisset, quod vel ex eo etiam apertissimè probatur, si quis benè textum inspexerit, *in c.1. versic.& si clientulus, de alien.feud. in verbis, eo mortuo sine legitimo hærede masculo filio, iuncta ratione posita in d.c.1.in versic.inde potest præsumi.* dum inquit, Ecclesiæ non potuisse feudum dari in libellum perpetuò, sed benè priuato, rationem addens, quòd Ecclesia nunquam sine filio hærede moreretur, *argum. c. 1. in præsentia, extr.de probat.* priuatus maximè, & sic, quia in vno spes erat redeundi feudi aliquando ad dominum, non existente scilicet legitimo filio hærede, in alio, nempè Ecclesia, talis spes non erat: ex quibus luculenter satis constat, in libellum olim datum feudum perpetuò requiri solere, vt & accipiens decederet sine masculo filio hærede, aliàs certè non potuisset illam rationem differentiæ posuisse inter Ecclesiam & priuatum, *in d.c.1. versic.inde potest præsumi, de alienat.feud.* Et sic ex prædictis constat quoque, quòd licitè olim ad certum tempus potuit tam Ecclesiæ feudum in libellum dari, atque priuato, *per dictum versic. inde potest præsumi.* quia cessabat iam ratio: atque ita intelligenda

ligenda dd.cc.arbitror, in quibus interpretandis maximè se torquent Doct.opiniones in d.c.1.de aliena. feud. Potuisset tamen prædicta regula Doct.vera fuisse,vbi alienans sic libellario nomine descendentes vel agnatos habuisset: illo enim casu vt olim simpliciter vera semper fuisset:ita & hodie vera esset,si cum consensu domini alienasset: nam mortuo patre alienante, statim ius feudi ad legitimos hæredes rediret,vt infrà in parte sequenti demonstrabimus. Hæc de libellario contractu. Aliquando etiam non poterat pro aliqua parte libellario nomine feudum alicui dari,veluti cùm situm erat in curte domini feudum, vel etiam extra curtem, si modò dominus ibi districtum vel honorem, seu iurisdictionem habuisset,*c.1.§.prætereà, versic.item si quis feudum, quibus modis feud.amitta.* Aliquando rursum licebat sine domini voluntate vendere pro parte, nempè coactus summa necessitate,*c.1.§.necessitate,qual.olim feud.poter. aliena.* Et tali casu puto etiam,quòd mortuo vasallo & accipiente,sine hærede non reuertebatur ad dominum,quia casus videtur fuisse specialis.Nam aliàs verbum (necessitas)ibi *in d.c.1.§.necessitate,eodem titul.*esset superfluum,quia inuito domino,etiam citra necessitatem, potuit pars alienari, *c.1.de alien.feud.* quod idem obtinuisse puto, cùm domini consensu alienabatur,scilicet, quòd tunc etiam non redibat ad dominum,*per c.1.quid iuris si post alienat.*vt etiã hodie seruatur,*vt in parte sequen.13.infrà docebimus.* Et hactenùs quid antiquitus,nunc videamus, QVID HODIE OBSERVETVR. Et paucis dicendum, † quòd licèt olim diuersimodè admittebatur feudi alienatio, absque domini voluntate: quod tamen hoc hodie nullatenus admittatur,nec in toto,nec in parte,quocunque alienationis titulo,*per c.1.de probib.feud.alien. per Lothar.c.1.de prohibit. feud.alien.per Fred.*Et ergo hoc facientes feudum statim amittunt, *c.1. §.fin. versic.vasallus, quæ fuit prima causa benefic.amit.& d.c.1.de prohib.feud.alien.per Fred.* Et † non solùm VASALLVS ALIENANS feudi amissione per hoc punietur:verùm etiam SCRIBA, qui instrumentum sciẽs 74
super tali alienatione fecerit, post amissionem officij
 cum

cum infamiæ periculo pœna alterius manus quoq; mulctabitur, *c.1.§.scriba,de prohib.feud.alien.per Fred.* & etiam illius qua instrumentum confecit, hoc est, dexteræ, contra Authen.sed nouo iure,C.de ser.fug.*ita pulchrè Andr.de Ysér.in d.§.scriba.*Et ratio est, ne denuò tale committat flagitium eacé manu. Nec obstat,quòd pœnæ magis mollиendæ,quàm exasperandæ sint,*l.interpretatione,ff.de pœnis.* atque ideò potiùs in sinistra debere puniri, *d. Authen.sed nouo iure.* quia illa loquuntur & intelligenda sunt de delictis quæ æquè vtraq; manu cõtingere possunt, vt est in furti delicto,rapinæ,homicidij,& similibus:secùs verò in delictis,quæ nisi altera manu, vnoq; membro perfici queunt, *Andr.de Ysern. d.loco.* quæ est elegans limitatio ad textum citatũ,d.Auth.*sed nouo iure.* quod facit contra notarios, qui aliquando contra prohibitionem prohibita instrumenta conficiunt, qui non minùs etiam hac pœna infamiæ, amissionis officij, & manus vnius pœna mulctari deberent, *& pulchrè Bald.in d.§.scriba, quem sequitur*
75 *ibi Aluarot.*Et qui emit,† vel accipit,aliquo modo prædicta feuda, si malæ fidei emptor est, perdit pretium, ita textus intelligi debet in §.1.de prohib.feud. alienat. per Freder. in verbis, emptori bonæ fidei ex empto actione de pretio cõtra venditorem competente: quia cùm admittit bonæ fidei emptori repetitionem pretij, censetur malæ fidei emptori denegasse,*argum.l.cum prætor,ff.de iudic.& sequitur Aluarotus in d.c.1.in principio,de prohib. feud. alienat.per Freder.* venditor tamen, qui malæ fidei emptori vendidit, non lucrifaciet illud pretium, quòd accepit:
76 sed † ipse fiscus,*l.Lucius,ff.de iure fisci, glos. in d.c.1. de prohibit. feud. alienat. per Freder.* qui malè acquisitorum successor
77 est. Sed quæret aliquis, † an saltem bonæ fidei emptor pretium repetere potest, & non interesse, cùm eius mentionem textus non faciat, dicendum quòd potest,*Aluarotus in d.c.1.de prohib.feudi alienat.per Freder. & textus apertius in d.c.1.§.si vasallus, si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnat.vasal.*Prędicta nobis suprà adeò vera sunt, nempè feudum non posse alienari quouis alienationis titulo, vt quamuis olim ex necessitate feudum potuit alienari,

lienari, *c.1. versic.necessitate, qualiter olim feud. poter. aliena.* hoc tamén hodie citra consensum domini non admitti, etiamsi fame vasallus necaretur (quanquam necessitas plerunque legem non habet, & famis causa filium etiam sanguinolentum vendere liceat, *l.2. C. de patri. qui filios distrax.*) *vt hoc alibi apertiùs probatur in c.1. quæ in Ecclesiarum, extr. de constitut. & d. c.1. versic. necessitate, qualiter olim feud. poter. aliena. vbi Baldus, Andreas de Ysern. Martinus Laudens.* Et ratio est, quia vasallus non ita ius habet plenum in feudo, atque pater in filio: nam potuit quondam filium impunè necare pater, *l. in suis, ff. de liber. & posthum.* ex prima Romuli constitutione, cuius meminit Halycarnas. *lib.2. antiqui.* nunquam tamen tanta potestas vasallis in dominos fuit: & ergo in nostro casu, cùm non ita habeat vasallus plenum ius, non debet superioritas domini vllo modo eius facto attenuari, citra eius consensum, *c.1. in verbo, attenuatus, de prohib. feud. alienat. per Lothar.* Et ratio huius nouæ constitutionis, quare alienatio sit planè prohibita, illa 77 est, quia cùm antiquitùs essent variæ consuetudines, quibus plus vel minus alienare licebat, vt suprà diximus, vasalli sub vmbra huiusmodi consuetudinum dolos & fraudes nexuerunt. Pars enim feuda pignorabant, pars alienabant, alij libelli nomine, pretio accepto, vendebant, & sic exuti feudo dominorum seruitia subterfugiebant, & sic per consequens denudatio huiusmodi vasallorum ad Imperij & Reipublicæ detrimentum spectabat. Nam in expeditionibus Cæsaris, & aliis necessitatibus, domini feudorum vasallis carebant, quibus instrueretur expeditio, *vt pulchrè habet Lotharius & Fredericus in d. c.1. de prohib. feud. alien per Lothar. & in c.1. de prohib. feud. alien. per Freder.* Quod autem diximus antè per alienationem feudum amitti, verum esse intelligêdum fuerit, totũ hodie si alienauerit, † secus si partem, 78 nam tunc solùm quo ad partem alienatam feudum amitteret, reliquum seruaret, *text. in c.1. de vasal. qui contra constit. Lothar. reg. feud. alie. & ita loquitur c.1. §. item qui contraxum, vers. illud enim est certũ. quæ fuit pri. caus. benefi. amit. in fin. (Glossa, Andreas Ysern. Aluarot. in c.1. §. aut si libellario. quibus mod. feudum*

amittatur,glo.penult.& Aluarot.Præposit.in c.1.in fin.quæ fuit prima causa benefic. amitten. Andreas Ysernia in c.1. in princ. colum.2.si de feud.defunct.contro.sit inter dom.gloss.& scribentes in c.1. §.callidis, in verbo.amittunt,de prohibita feud.alien.Ioannes Andr.in addit.ad Specul.tit.de feudis,in verbo.prohibere. Ioannes Faber §.si verò quis partem,Instit.de legat.Al. x an.consi.99.visis processibus.in fin.lib.1. Francis.Aret.consi.14.viso & diligenter,colum.2. Francis.Cur.senior cons.70.in fin.Francis.Curt.in tract. feud. quarta parte princip. quæst. 8.num.153.Albertus Brunus inter consilia feudalia,consi.82.colum.7. ad fin. Vdalricus Zasius in Epitom feud. parte 10. circa princ. Sic & qui rem emphyteuticam alienat, non prorsus iure suo cadit,sed rem alienatam tantùm amittit, *Raphaël Cumanus in l.quidam in iure,§.1.de donat.Iason in l.2.num.125. C.de iure emphyt.Thomas Grammaticus decis. 49.Iul. Clar. in §.emphyteusis, q. 14.in fin.& alij,quos congessit Rolan.de Valle,in consi.17. in princ.fol. 2.)* licèt Baldus contra putet, totum simpliciter hodie amitti,*in c.1.qual.olim feud.poter. alien.* sed malè: olim tamen ante Lotharium, qui vltra mediã partem feudi alienasset,toto feudo priuabatur,*c.1.in princ.de alien.feud.* Ex prædictis multæ dubitationes oriri possent, quæ separatim

79 discutiendæ ordine fuerint. PRIMÒ, † anne feudum in dotem dari posset:& paucis dicẽdum regulariter, quòd non,*text.in c.1.§.donare,qual.olim feud.poter.alien.c.1. in princ.de prohib.feud.alien.per Fred.* quod ita verum intelligetis esse, si scilicet vasallus genero suo pro filia in dotẽ dare vellet:nam hoc casu censetur alienare, cùm dos mariti dicatur non soceri,*l.doce ancillam,C.de rei vendic.*& merè quasi in extraneum transfertur. Secùs tamen esset, si patre mortuo,relicta vna filia (cui fortè ex pacto feudum cõpetit,quia fœmininum est) illa daret marito in dotem, hoc casu(quia maritus & vxor sunt vna persona)non amitteretur, *per text.in c. 1. de eo qui sibi vel hered. suis masculis &*

80 *fœminis.* Nam † hoc casu licèt dos quoque mariti dicatur: manet tamen ipsa vxor domina & proprietaria eius, *l.in rebus,C.de iure dot.* quæ etiam, quandocunque marito vergente ad inopiam,eam posset reuocare,*l.vbi adhuc, C. eodem titul. Authent.quod locum,C.de collat.* non ita socer,seu pater vxoris. Prædicta, quæ diximus in filia, obtinebunt

quoque

quoque in qualibet fœmina, habente fœmininum feudum: † Hæc tamen limitabitis vera, nisi marito feudum 81
æstimatum à fœmina in dotem daretur: illo enim casu etiam marito in dotem dare non posset. Ita Andr. de Isernia & Martin. Lauden. *in c.1. §. donare. qualiter olim feud. pote. alien.* Iacob. tñ de Beluiso simpliciter putat, nũquàm fœminam posse marito in dotem dare æstimatum, siue non æstimatum, nisi consensu domini, *in c.1. de inuestit. quam Titius à Sempro. accep.* sed male: Quæ diximus de dote in vxore, obtinebunt quoque in donatione propter nuptias in marito: potest ergo licitè maritus vxori feudum in donationem propter nuptias constituere, inæstimatum tamen. *ita Baldus, quem sequitur Martin. Lauden. in c.1. §. donare, qualiter olim feud. pote. aliena.* † SECVNDÒ iam videndũ fuerit, anne saltem hodie in emphyteusim dari feu- 82
dum possit sine consensu domini? Ioannes Faber simpliciter tenet, quòd sic. *in §. adeò, Institut. de locat. & conduct.* quem etiam aliqui sequuntur. *in c.1. §.1. de prohibi. feud. alien. per Freder.* contrariam tamen partem tenet gloss. *in d. c.1. in princip. de prohib. feud. aliena. per Freder.* quem sequitur ibi Aluaro. Iacob. de Beluis. & communiter omnes *per c.1. §. donare. qualiter olim feud. pote. alien. & c.1. de prohib. feud. aliena. per Freder.* & sequitur Curti. *in 4. parte. fol. 380. mihi.* vbi etiam diuersitatis rationem docet, quare subinfeudatio admittatur, nõ emphyteusis, cùm vtrobique vtile dominium trãsferatur. Et hanc vltimam partem esse veriorem expressè alibi satis probatur. *in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. & §. alienationis, in Authen. de non alienand.* Constat enim omnem alienationem in feudo esse prohibitam, *c.1. de prohibi. feud. alien. per Freder.* exceptis duobus casibus; *de quibus in c.1. §. sed etiam res. per quos fiat inuestitu. iuncto [illegible] de aliena. feud. pater.* Et ergo cùm dare in emphyteusim sit ali[illegible] *fina. C. de rebus alien. non alienan.* rectè ergo in emphyteusim dare posse nemo benè & iure affirmauerit, cùm nulla constitutione hoc in feudalibus caueatur, *d. l. fin. in fine.*
† TERTIÒ dubitari posset, anne saltem elocari feudum 83
poterit? Hic Doct. distinguunt, an modico tempore elocauerit, hoc est, octo, aut nouem annis, an tempore lon-

 gissimo.

gissimo. Primo casu licere, *per c.1.§.donare. qual.olim feud. poterat aliena.* Nam alienatione prohibita non est prohibita locatio ad modicum tempus. *Clement.1.de rebus Eccles. non aliena. Bart.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de public.*
84 † Secundo casu minimè. *per c.1.§.donare. quali.olim feud. poter.aliena.vbi Doct. & gloss.in c.1.de aliena.feud.pater.* Et quòd longissimo tempore elocare non possit, ratio est, quia talis elocatio æquipollet alienationi, cùm ex ea transferatur vtile dominium, *argumen. l.1.§.fina ff. si ager vecti.vel emphyteu.petatur.* Et longum tempus interpretantur Doct. elocare vltra decennium: infrà verò; modicum tempus, *iuxta notata alibi,in l.1.C. quæ sit long. consuetud. Schenck, & alij in c.1.§.donare.quali.olim feud.poter.aliena.* Primam verò partem, quòd possit locari ad modicum tempus, limitat Curtius, *in quarta parte, folio 382.mihi.* quòd non procedat, quando talis locatio in potentem fieret, à quo difficulter redhiberi posset, & refert ita tenere Baldum, *in l.manumissionis ff.de iustit. & iure, argumen. l.qui habebat.ff. de legat.3.*
85 quem sequitur Fulgos.& alij. † QVARTÒ, videndum, anne saltem testamento suaque vltima voluntate alienare possit? Et certè, vt antè in genere diximus nullo titulo posse alienare: ita quoque hîc dicimus prohiberi in quauis voluntate *per c.1.de prohibi feud.aliena.per Federic.c.1.§.donare. qualit.olim feud.poter alien.* quod adeò verum est, vt etiam relinquendo pijs locis, seu Ecclesijs, nihilo magis valeat, per dd.iura allegata, non obstantibus ijs, quæ Hostiensis in contrarium nititur adferre, *in summa sua, de immuni.Eccles.* & eius sequaces, *de quibus Baldus alibi.in §.donare.* qui volunt falsò illa verba, nempè, iudicare pro anima in d.§.donare. esse textui apposita, & ideo tollenda, maximè, cum sint contra libertatem Ecclesiæ, *argu... authen.cassa.C.de sacrosan.Eccles.* Sed nihil est:
86 † nam ius quoque Canonicum sequi iura feudalia non dedignatur, *c.cæterùm, extr. de iudic.cum similibus.* Prætereà Ecclesia, cùm auctrix & cultrix iustitiæ esse debeat, *c.1.de aliena feud.* non debet domino ius suum auferre? Sed quid
87 multis? † ipsi vasalli facti religiosi, qui hactenùs feudum licitè possederunt, amittunt, *c.1.de feud.fœmin.c.1.de*

vasib.

mil. vasall. qui arma bel. depos. c.1. §. si quis per 30. *versicu. qui clericus. si de feud. defunct. content. sit.* Ergo multò magis denegabitur talibus locis acquisitio feudi citra domini consensum: imò si admitteretur, fieret imperij diminutio contra constitutionem Lotharij & Frederici, *in c.1. de prohibit. feud. aliena. per Lothar.* Nam quibus posteà conseruaretur Imperium, vel defenderetur? cùm hi per substitutum seruire nequeant, vt infrà probabimus. Martinus tamen Lauden. in conscientia, vt inquit, ab æquitate canonica illa, in qua se Hostiensis & similes fundant, non auderet recedere, *vt habet in d. §. donare. qual. olim feud. poter. alie.* Sed certè eius timiditati oppono text. c.1. de alienat. feud. qui habet, Ecclesiam & similes locos pios esse auctrices & cultrices iustitiæ, & quod nihil committere debent, de quo super ijs conqueritari posset. Quis hic mihi negabit, quin domino per hoc detraheretur ius suum transferendi in Ecclesiam citra eius consensum? Anne maximè interest domini, habere militem vasallum electum, quàm Ecclesiam, vel monasterium, aut ignotum substitutum, si modò esse posset? Putarem maximè. Quia ergo iustè dominus de eo conqueri posset: ergo vllo modo non admittetur, *per d. c.1. de alie. feud. junct. §. donare. qualit. olim feudum pote. aliena.* Sed quæret aliquis, anne saltem Ecclesiæ tum, vel pio loco, feudi nomine æstimatio dari debeat? Paucis dicendũ, quod non, ita pulchrè tenet Curt. *in qua. ta parte, fol. 434. mihi.* & Bald. ante eum *in d. §. donare.* vbi etiam Aluar. *qual. olim feud. poterat alien.* Idem Bald. *in l.1. in prima lectura, num. 4. C. de sacrosanct. Eccles. & in consi. 275. num. 1. volum. 2.* Idemq; cum alijs sentit Oldrad. *in consil. 237. Et hanc opinionem sequitur Aretin. in l. apud Iulianum, aliàs incipiente, idem Iulianus. §. constat, nu. 11. versic. & pro hoc alibi. & in l. multum interest, nu. 5. in princ. de verb. oblig. & Alex. in consi. 30. nu. 14. volu. 1. & apertiùs idem in consi. 19. nu. 11. vol. 6. & Iacob. à S. Georg. in inuesti. feud. in illis verbis. & cũ pacto, quod de ipso feudo, nu. 6. versi. Baldus autem dicens hanc sententiam. Matth. de Afflict. in c.1. in prin. nu. 78. de prohibita feud. alienat. per Frede. Ruin. consi. 45. nu. 9. vol. 1. Paris. in consi. 7 nu. 13. & infrà, qui etiam dicit communem esse opinionẽ, quam etiã tenet Natta in cõsi. 502.*

num.

num.33.& infrà,& Socin.Iunior,qui etiam dicit communem in consi. 72.num.60. versic.posset etiam. Eandem opinionem communem esse attestatur Rol.an.a Vall.in consi.41.num.31. & 32. & in consi.71.nu. 11. & 20.& in consi.79. num.6.& 7. volum.2. Neque desunt tamen qui huic receptæ sententiæ refragentur. Contrarium namque sentit Ioannes Faber, *Institut.de legatis.§.non solùm.* Et Baldus sibi contrarius *in c.1. num.3. de success.feud.* Et hanc quoque sententiam sequitur, sibi non satis constans, Curtius Iun. *in consi.30.num.5.* Quorum sententiam approbat & latè defendit, Francis. Mantica, *de coniecturis vltima. volunta.lib.9.cap.11.num.89. & sequentib.* Nec obstat l. idem Iulianus.§ constat. quæ de rebus in patrimonium Cæsaris redactis loquitur, & quæ in commercio hominum positæ non sunt. Neque enim sine iussu & consensu principis distrahi possunt, neque princeps, quamuis, vt vendantur, permittere possit, id facere solet. Quæ autem princeps facere non solet, ea perinde habemus, ac si fieri nō possent. Non ita cum feudis comparatum est, quæ sua natura commercijs exempta nō sunt: Et quamuis quidem à vasallo alienari non possint: magis tamen id ex forma & lege feudalis contractus, quàm quod à commercijs hominum remota sint, accidere solet, vt eleganter docet Franciscus Mantica *dicto loco, numer. 10.* Quamobrem diuersum in his meritò obtinet, vt si scienter vasallo legata fuerint, eorum æstimatio præstanda veniat. Neque illud mouet, quòd res alienari prohibita, etiam legari nequeat, vulga. LL. Nos enim non quoad rem ipsam feudalem, sed quoad æstimationem, legatū valere defendimus, de qua cùm testator sensisse videatur, qui sciens legauit, vt colligere licet ex ijs, quæ docet idem Franciscus Mantica *libr.9.de coniectur. vltima. volun. cap.1.num.19. versic. item hoc debet restringi, argum.§.non solùm, Instit.de lega. & l.vnum ex familia, versicu.si rem suam.ff.de legat.2.* nō video quid obstet, quominùs eam deberi existimemus: maximè, cùm in legatis liberalissimè defuncti voluntas interpretanda sit, eaque sola attendatur. Contrà tamen responsionem suprà datam, ad d.l. Iulianum, aliàs incipit, idem Iulianus.§. constat, duplici ratione

tione instari posset. Primò enim ratio, propter quam rerum patrimonialium Cæsaris, si legatæ fuerint, æstimatio non debeatur, à Iureconsulto reddita hæc est, quòd sine consensu principis distrahi non possint. Quæ ratio etiam in feudis militare videtur, quæ & ipsa sine consensu domini distrahi nequeunt, *c.1. de prohibita feudi alien.* Sed magna est vtrinq; diuersitatis ratio: Quoniam enim princeps de rebus in patrimonium suum redactis consentire alienandis non soleat, inde fit, vt ne in commercijs quidem reputanda sint, quoniam, vt suprà diximus, quæ Princeps facere non solet, quamuis possit, ea ne fieri quidem posse credendum est. Atque hæc innuit text. *in d.l.idem Iulianus. §.constat, versic.fina.* cùm dicit: commercium eorum non est, cùm distrahi non soleant. Secundò obijcitur, quãuis quidem res feudalis in commercio communi hominum sit eius tamen penes vasallum commercium esse nõ videtur, exemplo illius, quod apud Vlpianum *in Instit.tit.de dominijs & acquisitionibus.* habetur, prædia Italica non mancipari peregrinis, vel in eorum commercio non esse. Sic quamuis rei feudalis commercium sit communiter penes alios: vasallus tñ commerciũ eiusdẽ habere non videtur, cũ ipsemet distrahere non possit, quamuis alij possint. Sed respõderi potest, non simpliciter alienandi potestatem vasallo interdictam esse, sed id tantùm interdictum esse, ne sine consensu domini alienare possit. Itaque res feudalis in ipsius commercio est: Quod tamen secùs est in peregrinis, quibus simpliciter prohibitum est, ne possint res Italicas emere vel vendere: ideoque in eorum res illæ commercio versari non censentur. Sed & illud dici potest, legatum quoad æstimationem, nõ infirmari, quamuis in testatoris commercio res legata non sit, *argu.l.mortuo.§.Labeo, de leg.2.l.multum.34.ff.de verbo.obligat.* per notata Doct. *in l.apud Iulianum.§.constat.ff.de legat.1.* qui concludũt, † rei legatæ, cuius commercium non habemus, nec eius 88 æstimationem deberi: sed ita est in feudo: ergo æstimatio non debebitur, quicquid dicat Specul. *in §.nunc aliqua, in titu.de locat.in versic.17.* qui contrarium putat. Prædicta

dicta FALLVNT, ſecundum Felinum, primò in feudo franco, quod licitè dari Eccleſiæ, pio loco, vel etiam alteri poſſit, *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. extra.* quod tamen nullo modo verum eſſe credo, quia nuſquàm probatur. Et certè, ſi hoc poſſet vaſallus ſine conſenſu domini facere, iam ſaltem dominus non ita certus eſſet de fidelitate vaſalli, atque ſi haberet penes ſe, & eo poſſet priuari. Nam licèt non tenetur ad ſeruitium: tenetur tamen ad fidelitatem & multa, in quibus delinquẽdo feudo poſſet priuari, de quibus alio loco. *ſuprà in definitione feudi parte 2. principali.* FALLIT ſecundò, ſecundùm Felinum, *in d. c. quæ in Eccleſiarum,* ſi vaſallus cum feudo ſe daret religioni, quod rursũ expreſſè falſum eſt, per textus apertos, *in d. c. 1. de mili. vaſal. qui arma bel. depo. c. 1. §. ſi quis, per 30. verſic. qui clericus. ſi de feud. defunct. content. ſit, c. 1. de feud. fœminæ, de quibus infrà.* qui ſatis clarè probant, ſtatim amitti.

89 † Sed dicet aliquis, quid ſi vaſallus conſenſu domini teſtamento, vel vltima voluntate, pio loco, vel extraneę perſonæ, conferret? Certè dicẽdum, alienationem iam quidem valere in præiudicium domini, non tamen in præiudicium hæredum legitimorum. *ita Martin. Lauden. in d. §. donare. qualiter olim feud. poterat alien. & text. apert. in c. 1. de alienat. feud. pater. de qua re latè infra in parte decimatertia ſequenti tractabimus.* Si tamen vaſallus in præſentia domini & hæredum legitimorum tale conderet teſtamentum, quo daret pio loco, vel alijs, tale feudum, iam putat Baldus benè valere. *in d. §. donare.* quem ſequitur *ibi* Martinus Laudenſis, *l. ſæpè. ff. de re iudic. l. qui tacet. ff. de regulis iuris. cum ſimilibus.* Sed nos iſta de re infrà in ſequenti parte latiùs tractabimus.

90 † Quæ diximus de alienatione hactenùs, obtinebunt quoque in pignoratione. FALLIT PRIMÒ concluſio antè data, nempè quòd vaſallus vllo modo alienare non poſſit, *d. c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Fredericum.* ſi domini conſenſu fieret alienatio, *d. c. 1. §. fina. verſic. ſi vaſallus. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. c. 1. de prohibit. feud. aliena. per Lotharium, c. 1. de prohibit. feud. aliena. per Fredericum. c. 1. §. ſi verò. de alienat. feud.*

91 † Sed dicet aliquis, quid ſi ſæpiùs ſubinfeudatio facta eſſet, & feudum tranſla-

translatum ita de vno in alium ad tertium vel quartum vsque, cuius in hoc casu dominorum consensus requirendus erit, cùm semper ascendendo & descendendo nouus nascatur dominus? Certè communiter Doctores tenēt, quòd primi, hoc est, superioris domini, à quo primò manauit. *ita Iacob. de Beluis. Aluarotus, & communiter omnes, in c. 1. §. illud, vbi gloss. verbi, requisitus. de prohibit. feud. aliena. per Frederi.* Bald. & Salic. *in l. si permittente. C. ad Macedonianum, Iason in consi. 176. nume. 1. fol. 1.* vbi affirmat, hanc conclusionem certam & indubitatā esse Hannet. *lib. 3. cap. 10.* Et hāc esse communem sententiam, plurimorum authoritate & consensu munitam, adductis authoritatibus demonstrat Bursat. *consi. 91. num. 1. & consi. 137. num. 57.* Hartmannus Hartman. *lib. 2. practic. obserua. de feud. obser. 40.* & Borchold. *in tracta. feud. cap. 8. num. 52.* Plures verò alios, qui huic sententiæ tanquàm communiori astipulantur, posuit D. Hartmannus Pistoris in Scuseliz, in quæstionibus suis exquisito & exactissimo iudicio elaboratis, *libri secundi parte posteriore, quæst. 45. nu. 1.* Eorum verò argumenta & rationes recēsuit, & grauissimo iudicio ponderauit, idem D. Hartman. Pist. *d. loco, nu. 23. & seq.* quia inquiūt, hoc iuris, quod primò vasallus habuit, nēpè vtile dominium, subinfeudando statim transtulit in secundū, ita vt reliqui nihil penes eū manserit. Prætereà, nisi istud verū esset, & penes omnes subinfeudatos vtile maneret dominium, sequeretur absurdum, videlicet, plures in solidū esse posse vni⁹ rei quasi dominos, quod impossibile est, *l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren possess.* Rectè ergo apud vltimum subinfeudatum vtile tātùm manebit dominium, atq; ideo, si velit ille alienare, consensus solùm primi domini hîc sufficiet. Sed paucis equidē putauerim, omnium consensum superiorum dominorum requiri debere. † Nam non est nouum, vtile dominium à pluribus 92
in solidum possideri respectu diuersorum, *vt pulchrè alibi docet Faber, in §. adeò, Instit. de locat. & conduct.* Nec obstat, plures in solidum dominos esse non posse, *d. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss.* quia intelligetur respectu vnius: secùs respectu diuersorum, vt in nostro casu. Nam vt primus

vasal-

vasallus tenet vtile dominium subinfeudati respectu: sic rursum subinfeudatus respectu subinfeudati à se vtile tenebit dominium, & sic in similibus, *vt pulchrè dicto loco Faber.* Cùm ergo omnes vtile dominium teneant, & respectu omnium alienatio prohibita est, sequitur omnes simul (quia omnium interest) in alienatione debere consentire. Nam si cum consensu primi domini posset alienare vasallus vltimus sine consensu immediati sui domini, iam per hoc adimeretur illi ius quæsitũ, quod habet in vasallo suo immediato, nempè, quod non potuit alienare. Secundò, per hoc destitueretur nunc vltimus ille dominus aliquando seruitio, propter paupertatem fortè vasalli acceptã ex alienatione, quæ fuit causa prohibitionis alienationis, *in c.1. de probib. feud. alien. per Frede.* Prætereà textus dicit, quòd possit alienare feudũ cum consensu domini: Sed iste primus dominus, à quo primò promanauit, non est dominus huius vltimi vasalli, *c.1. §. illud quoque præcipimus. de prohib. feud. alien. per Freder.* ergo ille non sufficiet. SECVNDÒ etiam non sufficit habere consensum immediati domini, neglecto primo, quod tamen aliqui volunt. Zasius *in Epitom. feud. parte 9. de feud. alien. num.* 34. Molinæ. *in consuet. Paris. §.1. gloss. 6. num. 11.* & alij, quos cõgessit & eorum argumenta retulit D. Hart. Pistoris, *d. q. num. 6. 7. & seq.* Mediam verò aliorum quandam sententiam idem adduxit, atque à se expositam certis argumentis & rationibus perquàm firmis muniuit, *dicto loco, num. 11. & 13.* quia si per eum feudum iam alienaretur, perinde esset, ac si ipsemet allienasset immediatus dominus. Imò sufficit primo domino, saltem cum aliquo modo suum feudũ inueniat alienatum, & quasi allodiale factum, vt amittatur, *c.1. §. fina. versicu. si vasallus. quæ fuit prima causa benefic. amit. c.1. de prohib. feud. alie. per Freder.* Et ergo ex prædictis patet, alienatum si rectè feudum volunt, omnium debere adhibere consensum, quia omnium interest non alienari, vt mox dicam. † Sed quid si
93 vltimus alienaret sine consensu alicuius, ad quem dominorum reuertetur, an ad primum, an ad immediatũ, an ad omnes simul? De his dicemus in parte proximè sequen-

quente, in secunda regula, vbi doceo ad immediatum dominum redire, & non ad primum, licèt omnes Doct. tenent ad primum redire debere. *Doct. in c.1.§.illud quoque precipimus, vbi glo. de prohib. feud. alien. per Freder. in verbo, requisitum.* Non obstat, quod iam tenuimus, in alienatione requiri omnium consensum, atque ideo videri ad omnes potiùs simul redire debere: quia per alienationem istam consensu dominorum factam accipiens statim dominus fit huius feudi, & eius fiunt allodialia bona: si ergo solius primi domini, vel immediati domini, consensus sufficeret, iam alij medij domini fraudarentur, vbi cuperent suum vasallum ad iuuamen, quia depauperatus iam fortè esset per alienationē Quia ergo omnium (vt diximus) interest hoc nō fieri, ideo rectè in alienationē omnes consentiunt. At ita non est, quando vltimus vasallus alienat sine vllius consensu: quia iam accipiens non fit dominus, nec posset vllo tempore præscribere vt allodiale, *vt infrà docebo*: Quia ergo per illam alienationem nihil præiudicij fieri posset vllis dominis superioribus, & tantùm alienando contemnit immediatum dominum, ob quod ius statuit alienatū feudum ad dominū redire: rectè ergo ad immediatum dominū solùm redibit, qui tantùm dominus illius dicitur, *in d.§.illud quoque.* de quibus plura infrà in decimatertia parte, vbi tractauimus, ad quos feudum illicitè alienatum reuertatur. quæ hîc simul inspicienda erunt. FALLIT TERTIÒ, si ita primo concessum fuit, vt ipse & eius hæredes haberent, & quibus daret, *c.1. de feud. non habente propriam natur. feud.* illo enim casu in quēlibet liberè posset alienare, *in d.c.1.* Secùs putarem, si his verbis feudum accepisset, nempè pro se, & quibus daret, vel pro se, & quibuscunq; hæredibus: hoc enim casu solùm inter legitimos hęredes posse alienare existimarem ex illis verbis: nam in primo casu, cùm pro se & suis hæredibus, & quibus daret, accepit, plenam videtur nactus potestatem alienandi in quemlibet, relictis etiam suis hæredibus, exprimendo tria illa: non ita in secundo casu, vbi pro se, & quibus daret, vel pro se & quibuscūq; hæredib⁹ accepit:

nam verbum, *quibuscunque daret*, intelligi hoc casu putarē, secundùm feudi naturam, vt daret alicui tantùm ex suis hæredibus, scilicet descendentibus vel agnatis, non etiā extraneis, quod est notandum, & tenet ita Baldus, quem sequitur Martinus Lauden. *in §. donare. qualit. olim feud. poterat alien.* licèt sibi contrarius Bald. contra rursum alio loco sentiat, *in c. 1. de prohib. feud. alienati. per Freder.* primam
94 tamen veriorem puto. † FALLIT QVARTÒ, si alienaret in agnatum legitimum: & hoc si esset antiquum feudum, *c. 1. de alien. feud. pater.* secùs si esset nouum. *Bald. in d. c. 1. de prohib. feud. aliena. per Frederic.* quia in nouo agnati non succedunt, *c. 1. de duobus fratr. de nouo benefic. inuestit. c. 1. de success. fratrum.* in descendentem verò, siue nouum, siue antiquum feudum (quia vtrobique succedit) alienare posset. Est enim quasi refutatio, non mera tunc alienatio, *d. c. 1. de alien. feud. pater.* FALLIT QVINTÒ, si per subinfeudationem rursum alteri traderet: nam hoc, vt olim, potuit ita & hodie licet. *c. 1. qualit. olim feud. poterat alien. c. 1. §. similiter. de lege Conrad. c. 1. §. illud. de prohibit. feud. alien per Freder. & §. callidis, eod. tit.* Et hoc si tria concurrunt. Primò, q̄ sine fraude & dolo fiat, *d. c. 1. §. si verò totum. qualit. olim feud. poterat aliena. d. c. 1. §. callidis. de prohibit. feud. alien. per Frederic.* Secundò, si æquali sibi rursum in feudum, *c. 1. §. similiter, de lege Conrad.* tradat. Tertiò, si ijsdem legibus, eademque qualitate, qua ipse ab alio habet, *in d. c. 1. §. similiter, de lege Conrad.* FALLIT SEXTÒ, si mos & consuetudo patriæ esset, vt citra domini voluntatē alienare liceret, ita Rebuff. *in suo tracta. feuda. in 4. col.* qui dicit in Francia ita obseruari, vt quoque sentit Faber, *in §. adeò, Institu. de locat. &*
95 *conduct.* † Et quanquàm talis consuetudo contra publicam Imperij vtilitatē sit, ac per eam magnitudo & augmentum Imperialis maiestatis aliquando attenuetur, *secundùm c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Lothar.* tamen possit sustineri. Nec obstat constitutio Lotharij *in c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Lothar.* quæ omninò prohibet alienationem: quia illa constitutio, licèt sit lex generalis ab imperatore Lothario posita, *vt in Auth. cassa. C. de sacrosanct. Eccles. vt suprà in prima parte docuimus*: tamen quia consuetudinis

dinis derogatoria nō est, ideo videtur consuetudinē cōtrariā admisisse, & sic consuetudo ista specialis derogat legi generali saltem in illo loco, *vt in principio huius operis docuimus.* † Sed objiciet hîc statim aliquis, talem consuetudinem esse contra communem Reipublicæ vtilitatem, qualis nunquàm valet, etiam si clausula derogatoria legi apposita non sit, *vt toto titu. si contra ius, vel vtilitat. public. C. vt Docto. in l. de quibus. ff. de legi. & ea, quæ suprà in prima huius operis parte de consuetudine docuimus*, & ergo non seruandam. Paucis ad hoc responderi posset, illud verum quidem esse, quandiu Princeps, vel superior, in cuius præiudicium illud tendit, ignorat: Cæterùm, vbi adest, & scit contraria consuetudine contra se agi, hoc casu benè posse introduci: Nam scienti & volenti non fit iniuria, *c. damnum, c. scienti, c. qui tacet. de regul. iur. in 6.* atque ita puto hoc posse limitari, quod dicitur, cōtra vtilitatem publicā consuetudinem non valere. FALLIT SEPTIMÒ, si transactione (bona fide tamen) inita in aduersarium feudū alienando transferret, *c. 1. § si vasallus, versic. si vasallus. si de feud. defunct. content. sit, c. 1. de controuer. inter vasall. & alium de feud.* quod tamen sanè intelligēdum putat Aluarot. *in c. 1. de controuersi inter vasallum & alium.* secundùm hanc distinctionem, videlicet, si dominus venire vellet ex persona vasalli, vbi vasallus etiam domino ignorante, super suo iure vtilis dominij litigauit, quod tunc scientia vel ignorantia domini non consideratur. 96
† Si verò aduersarius super proprietate feudi vellet litigare, nunc vasallum non posse ignoranti domino præiudicare, *per l. sæpè. ff. de re iudic.* Secùs, si sciuisset dominus litigari cum vasallo super proprietate, & non defenderet, denunciatione prius ei facta, vt veniret, argumen. *c. 1. si de feud. vasall. ab alio interpellat fuer.* Sed paucis, de isto puncto dubito, quicquid dicat Andr. de Isern. & post eum Aluarot. *in d. c. 1. de controuer. inter vasall. & alium.* Nam aduersarius vasalli ibi *in d. c. 1. de controuer. inter vasal. & aliū.* totam proprietatem vendicabat, & sic dominū concernebat: tamen dicit in fine textus. quod dominus ratum habere debet actum per vasallum, quòd tamen esset 97

contra l.ſæpè.ff. de re iudic. & tot.titu.C.res inter alios acta.Quare non malè ex natura feudi dici poſſet, in feudo ſpeciale eſſe, maximè cùm textus non diſtinguat, *in d.c.1.§.ſi vaſallus, verſic.ſi vaſallus.ſi de feud.defunct.content.* ſiue
98 ſciente domino, ſiue ignorante eo, tranſigatur.† Et eius ſententiæ quoque eſſe inuenio Baldum, *in d.c.1. de controuerſi.inter vaſal.& alium, de feud.* qui vaſallũ æquiparat procuratori in rem ſuam, qui quiduis ſine fraude in re alterius facere poteſt, etiam domino vero ignorante, quod eſt notandum. FALLIT OCTAVÒ, vt putant Doct. ſi alienatum feudum ſtatim recuperatum fuerit. Et putãt hoc intelligi debere, quandiu quæſtio ſuper eo facta nõ eſt. *ita Andr.de Iſern. Aluar.& alij in c.1. quid iuris ſi vaſal.poſt alien.& Zaſius in 10.parte.* Sed puto contrariũ verius, nempè ſtatim amitti, *per text.apertum in d.c.1.quid iuris, ſi vaſal.poſt.& ita tenet etiam Curt.in 4.parte.* Eſt enim delictum cõmiſſum, in quo pœnitentia non ita locum habet. *arg.l.qui ea mente.ff.de furt.* FALLIT NONÒ, ſi vaſallus vendidiſſet, ſed
99 nondum tradidiſſet.† Requirimus enim alienationem, ſed ante traditionem alienatio dici non poſſet, *l.alienatum.ff.de verbo.ſignific. Aluaro.in d.c.1.quid iur.ſi vaſal. Bald.in c.1.§.aut ſi libellario.quibus modis feudum amitt.titu.1. Andreas Iſern. de prohib.feud.alien. Mart.Lauden.ibid. Bald.in c.humana, colum.2. de electión.in conſi.275.incip.Ad euidentiam, libr.5. Alex.conſi.30. quoniam omne datum, colum.6.lib.1. Areti.conſi.14. Viſo & diligenter, colum.2. Molinæ.conſuet.Pariſi.tit.1.§.13.glo.5.num.2.vbi plures, qui idem ſentiunt, coaceruauit.* Nam rerum dominia traditionibus transferuntur, non conſenſu ſolo, *l.traditionibus.C.de pact.* Si tamen vaſallus vendendo feudum nudè conſtitueret, ſe nomine emptoris poſſidere precariò, vel ex locato, vel ſimili modo, hoc caſu, licèt verè traditio facta non eſſet, ſed fictè: æquè tamen feudum amitteret, ita vult Paulus Caſtrenſis, *in l.1.§.ſi rem.ff.depoſ.* quem ſequitur Zaſius *in 10.parte, folio 58.& 59. mihi.* Et alij, quos ſuprà citato loco Carolus Molinæ. diligenter collegit, & quorum ſententiam argumentis confirmauit & approbauit, refutatis ijs, qui contrariũ ſtatuerũt, nu.45. quanq̃ Alua. cõtra putet, *in d.c.1.quid iuris ſi vaſal.poſt alien.feu.* Sed prima vide-

videtur verior, *argum.l.quod meo.ff.de acquir.poss.* FALLIT DECIMÒ in oppignoratiōe feudi, scilicet, si solùm hypothecatum fuerit absque traditione, ita pulchrè Bald. *in c.1.§.aut si libellario.quib.mod.feud.amit.tit.1. & in l.2.in princ. C.communia de legat.* Et hac ratione, quia alienatum non dicitur illud, quod traditum non est, *argum.l.alienatum.ff.de verbor.signific.* quem sequitur etiam Curtius *in quarta parte, folio* 387. vbi dicit hoc perpetuò notandum. Et idem tenet Aluarot. *in c.1.de prohib.feud.aliena.per Frederi.* de quo tamen valdè dubito: Nam idem in effectu est hypothecare, quoad hanc rem: nam quod Imperatores prohibuerunt oppignorationem, ideo fuit, ne posteà, non soluto forte debito, feuda ex necessitate venderentur, *secundùm l.fina.C.de iure domi.impetr.* quòd ita fieret in hypothecato feudo, quàm tradito: † Et ergo putarem verius, 100
omnem omninò oppignorationem prohibitam, *per l. fina.C.de reb.alienis non alienan.* & ita simpliciter sine distinctione tenet gloss. *in c.1.de alienat.feud.pater. & c.1.de alienat. feud.* Et inuenio quoque tenere ita Martinum Lauden. *in c.1.de prohib.feud.alien.per Freder.* Secundò quoque idem limitatur, quod oppignoratione feudum non amittitur, si vasallus feudum obligaret pro necessitatibus ex causa feudi incumbentibus, & pro domini seruitijs, *ita rursum Bal.in d.l.2.in princ.C.communi. de lega.* & confirmatur: † Quia prohibitio alienationis feudi facta est in fa- 101
uorem domini, *c.1.de prohib.feu.aliena.per Fred.* ergo in eius odium non retorquenda, *l.quod fauore.ff.de legibus.* Tertiò limitatur, quod licèt feudum non posset pignorari: nō tamen impeditur, quominùs fructus & feudi commoditates oppignorari queant, *argum.l.necessariò.§.fin.de peric. & commod.rei vend.* Est enim feudum instar vsusfructus, *in §.item Seruiana, Inst.de actio.* † Sic quoque licèt vendi non 102
possit feudum, nec oppignorari, vt iam diximus: potest tamen se vasallus personali obligatione benè obligare, quousque voluerit, super fructibus feudi præstandis: ista enim personalis obligatio non facit rei alienationem. *ita Faber in l.fina ff.de contrah. empt. & ita tenet Martin. Lauden.in §.donare.qualit.olim feu.poterat alien.* Sed certè puta

rem, nec fructus posse oppignorare magis, quàm rem principalem, quia æquè cederet in detrimentum imperij: nam fructibus obligatis, vnde, quæso, arma, equos & id genus similia ad expeditionem necessaria compararet? quæ causa principalis fuit prohibitionis, *in c.1.de prohib.feud.alien.per Lothar. & c.1.de prohib.feud.alien. per Freder.*
103 † Hinc quoq; dubitari rursum posset, anne in vsumfructum feudũ dari posset? Breuibus dicendũ, quòd non. *Ita Andr.de Isern. & Aluar. in d.c.1.de probib feud.alien,per Freder.per l.arboribus.§.1.ff.de vsufruct. & quemadmo.quis vta.fruat. & ibi glo.in c.1.de alien feu.pater. & text.apertus in l.fi.C.de rebus alie.nõ alienan.* Cõprehenditur enim sub verbo alienationis, *d.l.fi.de rebus alienis non alienan.* quæ est prohibita, *per c.1. de prohib.feud.aliena.per Frede.* Alia quoque ratione probari
104 posset: † Nam vt vsufructuarius alteri cedendo vsumfructum (præterquàm domino proprietario) nihil agit, & vsumfructum per hoc amittit, *§.finitur,Instit.de vsufruct. l.si vsusfructus ff.de iur.dotiũ.* ita quoq; vasallus alteri dãdo in vsumfructum, cùm feudũ sit instar vsusfructus, *c.1.in fi.in quib.caus.feud.amitt.* Quartò limitatur, si vasallus ipse dño suo oppignoraret, quia tunc dominus satis consen
105 tire videtur, *ita Aluar.in c.1.de probib.feud.aliena.per Frede.* † Et est textus elegans satis & benè notandus, in c.1. extr.de feud. qui vult hoc casu dominum plenè lucrari fructus, licèt alius creditor teneretur in sortem computare, *l.1. & 2.C.de pignorat.actio.* Sed dicet aliquis, quid si plures haberet dominos, & vni pignorasset sine dominorũ aliorum voluntate, an valeret? de eo alibi Aluar. *in d.c.1.de prob.feud.alien.per Freder.* post Bald qui distinguit, an sit feudum diuiduũ, an indiuiduum. Primo casu posse quidé, sed pro rata amitti. Secundo casu nõ amitti, & sequitur
106 Martinus Lauden. eo loco. † FALLIT VNDECIMÒ, si vasallus, ignorãs esse feudum, alteri alienasset: hoc enim casu feudo non priuabitur, sed ab emptore recuperare poterit, qui & restituere cogitur. Interim tamẽ emptor non solùm pretium, sed & interesse suum a vasallo consequeretur, *c.1.§.si vasallus si de feudo defunct.content.sit.* non tamen credetur vasallo, dicenti se ignorasse, nisi suo iura-

iuramento hoc firmat, *c.1. de controuer. inter dominum & emptorem.* Priusquàm tamen iuramentum deferetur, præsumptionibus certis constare debet, verum eum ignorasse: quia fortè defuncto successit, qui hactenùs abfuit, & domum rediens vendidit, ignorans feudum esse, *argumen.l.qui in alterius.ff.de regul.iur.* Illo enim casu, & similibus, iustè ignorare poterit.†Secùs verò, si præsumptio 107
contrarium esset, fortè ab aliquibus illi dictum feudum esse, priusquàm alienaret. Illo enim casu, vel simili, prætendenti ignorantiam nõ subueniretur nec crederetur, *arg.l.quamuis.C.ad Velleia.l.quisquis.C.de rescind.vend.* nec iuramentum ei deferendum esset, quia nõ esse debemus authores periurij. *ita glo.Iacob.de Beluis.Aluarot.in c.1.de controuers.inter domi.& empto.* †Sed quid, si quis, sciens se vasal- 108
lum, ignorantia iuris feudum alienaret, an per hoc fraudaretur feudo? Certè dicendum, quòd sic. *gloss.in d.c.1.de controuers.inter domi.& empto.argumen.l.leges.C.de legib.* †Et hoc 109
etiam, si vasallus miles vel fœmina fuerit, qui tamen nõ ita strictè iura scire tenentur, text.*in l.fin.§.arma.C. de iure deliber.* ita Aluarot. *in d.c.1.de controuers.inter dominum & emptorem.* quem sequitur Zasius *in decima parte, fol. 59. vtbi.* quanquàm glo.*in d.c.1.de controuers.inter dominum & emptorẽ.* illas personas eximat & excuset. † Sed quod suprà dixi- 110
mus, venditorem feudi ignorantem ab emptore recuperare feudum posse, restituto pretio & interesse, *ex d. §.si vasallus.fi de feu.defunc.content.sit.* obstat textus vrgens satis, in c.1.de controuer.inter do.& empt. qui vult in electione emptoris & eius arbitrio esse, vtrinã feudum reddat, domino scilicet, an venditori? Sed paucis dicendũ, alterum obtinere, nempè, d.§.si vasallus. qñ emptor cupit redhibere pretium & interesse: verùm hoc si nõ cupit, potest tunc emptor domino restituere, qui tum non eò minùs vasallo statim restituere rursum tenetur, etiã gratis, eò, quod nõdum domino feudum apertum fuit, *vt habet d.c.1. de contr over. inter dominum & emptorem.* ita concordant Iacob. de Beluis. & Aluarotus dictos illos textus. Sed certè emptor stultus admodum esset, qui venditorem cum damno suo admitteret, & dominum sine

vtilitate eligeret. Putarem tamen, quod semper venditor emptori ad pretium restituendum teneretur, etiam
111 domino restituto feudo, † cùm foret contra bonam fidem, rem & pretium tenere, *argum. l. bona fides. ff. de regu. iur.* Quanquàm tamen illi non malè obijci posset, sibi posse imputare, cum potuisset venditori restituisse, & noluerit, *argum. l. quod quis sua culpa, eod. titu.* prima tamen æquior est, ne locupletetur cum alterius iactura, *l. iure naturæ. ff. de regul. iuris.* Posset tamen secundo aliter ad textum alterum responderi, *nempè c. 1. de controuer. inter dominum & emptorem.* videlicet, quòd aliqui putauerint arbitrio emptoris relictum, vtri emptor restitueret, quod tamen Obert. ibi, in fine principij dicti textus emendat. Ibi Obertus dicit, omnia vasallo restituenda. & sic concordat cum alio textu, d. §. si vasallus. si de feu. defunct. con ten. Nam quid refert, siue emptor domino, siue venditori reddat, cùm semper dominus tamen restituere venditori teneatur absque compendio aliquo. Et certè dominus dolosè ab emptore peteret, cùm statim restituere
112 re teneretur, *l. dolo. ff. de regulis iuris.* † Si verò in nostro casu emptor nullo modo restituere vellet, nec domino, nec venditori, hoc casu intentanda contra eũ foret condictio ex constitutione Imperatoris Frederici, *in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frederic.* quæ feudum alienare prohibet. *ita glo. fin. in c. 1. de controuer. inter dom. & empt. quam Doct. sequuntur.* Et hæc de alienatione, seu quasi contemptu, sufficiant, quæ fuit tertia pars.

113 † Nunc, quomodo REFVTATIONE feudum amittatur, docebimus, quæ erit QVARTA PARS, vbi obiter tractabo, q's refutare, & cui possit, cuiusq; sit effectus.

114 † Refutatiõe amittitur feudum, cùm vasallus à domino feudum acceptum rursum illi refutat, vel restituit, quod vasallus potest domino etiam inuito. *text. in c. 1. de vasal. qui contra constit. Lothar. reg. feud. aliena.* Quanquàm duo maximè obstare videntur: Primò, quod id, quod semel placuit, ampliùs displicere non posset, *l. sicut. C. de actio. & oblígatio.* Secundò, quod, cùm dominus & vasallus ad paria obligentur, *c. 1. §. domino, fin. si de feud. defunct. content. sit.* quod ideo,

ideò, ſicut dominus vaſallo ſine culpa feudum auferre non poſſit, *c. 1. de feud. ſine culpa non amitten.* ita rurſum vaſallus domino refutare non poſſet abſque culpa domini. Sed paucis, his non obſtantibus, contrarium tenetur, propter feudi naturam, quæ hoc admittit. Sed hîc dubitatur, an iſtud obtineat tam in feudo conditionato, hoc eſt, ad certum ſeruitium in ſpecie deputato, ſicut in feudo recto, ſimplici, & puro, vbi ſpecies ſeruitij deputata non eſt. Certè gloſſa putat *in c. 1. §. final. de Capitan. qui curiam vendi.* ſine voluntate domini refutari feudum poſſe, dummodò ſit ſimplex, rectum, vel purum: ſi verò fuerit conditionatum, iam non poſſe ipſi ſine ſuo conſenſu refutari, quam gloſſam ſequitur Iacob. de Beluiſ. Baldus, Andr. de Yſern. Aluarotus *in d. c. 1. §. fin.* & communiter ferè omnes: Et illam in ſumma adferunt rationem, quòd † obligatio certorum ſeruitiorum in ſpecie ſtringat magis vaſallum, quàm incertorum ſeruitiorum generalis promiſſio, quòd ſequuntur etiam Canoniſtæ, & maximè Felinus *in c. quæ in Eccleſiarum, extr. de conſtit.* Verùm vnicus Zaſius *in 12. ſua parte. fol. 48. mihi.* huic opinioni Doctorum non ſubſcribit, putans eorum fundamenta nihil magis circa certa ſeruitia, quàm incerta ſtringere, 115
cùm † generis obligatio non niſi in ſpecie ſolui poſſit, *l. ... in incertis, ff. de legat. 1.* Nam qui hominem promittit in genere, & debitè & rectè ſatisfacit Stichum in ſpecie: & ergo putat textum in d. c. 1. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar. reg. feud. alien. indiſtinctè intelligendum, tam de feudo conditionato, quàm puro & recto, quod etiam ſimpliciter cum Zaſio eſſe verum puto. Exiſtimat tamẽ Zaſius, prædicta vera eſſe, niſi propter induſtriam perſonæ ſpecialiter feudum dominus ob certum ſeruitium dediſſet: hoc autem caſu ſine voluntate domini hoc conditionatum feudum refutari illi non poſſe, *argument. l. vnicæ, §. vbi autem legatarij, verſicul. ſin autem defunctum, C. de cadu. tollend. & eorum. quæ habentur in c. vltim. extr. de offic. iudic. delegat. & l. ſicut, C. de actionib. & obligat.* Sed certè equidem putauerim, nec eo obſtante, indiſtinctè refutari poſſe, cùm textus ſimpliciter admittat feudum poſ- 116
 ſe

se domino refutari, nec negari possit istud feudum esse feudum: qui ergo in eo prospectum esse sibi volet, pacto efficiet, ne hoc vasallus possit, *c.1.§.præterea.quid sit inuestit.* Et quanquam vasallus † inuito domino refutare
117 possit, vt iam diximus: illo tamen temperamento hoc moderabitis, intempestiuè hoc facere non posse, veluti ipso fortassis in belli procinctu, quo iam dominus vasalli opera necessariò eget: *ita vult Bald.in d.c.quæ in Ecclesiarum, extr.de constit.* quæ sententia habet rationem, *argum. l.sed cùm fructuarius.ff.de vsufruct.* Sed quid si vasallus decem vel viginti annis fructus feudi habuit, an iam æquè refutari possit, nullis restitutis fructibus? Certè equidem existimarem perpetuò posse, instar vsufructuarij, *per l.si absente, & l.cum fructuarius paratus, ff.de vsufruct. iuncto c.1.de vasal.qui contra constit.Lothar.reg.feud.alien.* quod tamen rursum verum, dummodò domini non interest, iam esse refutatum propter indictum iam bellum, & paratum, *d.l.sed cùm fructuarius.* Hactenus QVIS POSSIT REFVTARE:
118 nunc videamus, † CVI POSSIT REFVTARI, an soli domino, an verò & aliis: Secundò, hæc refutatio cuius sit effectus & naturæ. Paucis, quo ad primum, dicendũ, quòd vasallus vel refutat domino immediato, *c.1.de vasal.qui contra constit.Lothar. reg. c.1.de vasal. decrep. ætat.* & hoc siue sit nouum, siue paternum, *c.1.§.rursus, quibus modis feud. amit.titul.1.& in c.1.qualiter olim feud.poterat alien.* vel vasallus refutat agnatis legitimis, etiam sine voluntate domini, *c.1.de eo qui finem fecit agnat.de feud.patern. in c.1.de alien.feud.patern.* Et hoc obtinet inter agnatos collaterales legitimos in solo feudo paterno, non etiam nouo: quia in eo non sibi mutuò succedunt, nisi pacto conuentum esset, *c.1.de benefic.frat.& quando frater fratri, cum similibus, iuncto c.1.de success. frat.& grad.succed.in feud.* Patrem tamen filio, vel descendenti, feudum siue nouum, siue paternum, posse refutare, nihil dubitandum est, cùm is tam in nouo, quàm paterno, patri succedat, *d.c.1.de succes.frat.in princ. c.1.de success.*
119 *feud.* propter identitatem rationis: Nam † si agnatus agnato refutare poterit, multò magis pater filio vel nepoti, *arg.c.1.§.si verò, de alien.feud.pater.* Et in prædictis casibus, quan-

quando agnatus agnato, vel pater filio refutat, debebit accipiens inuestituram intra tempus legitimum petere, etiam viuente refutante, aliàs amitteret, *ita pulchrè Andr. de Ysern. quem sequitur Aluarot. in c. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit.* Si tamen † duo fratres, vel alij duo agnati eiusdem gradus, defuncto succederent, & alter alteri partem suam vel venderet, vel refutaret, hîc esset distinguendum, an ambo accepissent inuestituram a domino, an vnus tantùm, vel neuter eorum: si ambo acceperunt, & posteà vnus alteri refutat, vel vendit suam partem: Certè iam, qui hanc partem accepit, tenebitur iterum pro ea parte inuestituram petere: Si neuter eorum inuestituram accepit, iam sufficiet accipientis per refutationem vel venditionem vna inuestitura: si verò is, qui refutat vel vẽdidit partem alteri nondum inuestitus, nec tempus legitimum petendæ inuestituræ præteriit, certè iam alteri hæc pars iure accrescendi accedet, & sic opus non erit ei pro parte inuestituram petere, *ita pulchrè Aluarot. post Andr. de Ysern. in d. c. 1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit.* Sed quid si pater filio feudum refutaret, vel agnatus agnato, seruato sibi vsufructu, an iam filius vel agnatus etiam debeat inuestituram petere intra tempus legitimum. Certè † tenet Barthol. Chassan. *in tit. des fiedz. §. 8. in verbis, en alienation & transport.* quòd sic, quod est benè notandum, quia sæpiùs parentes ita dant filiis feuda in donationem propter nuptias, vel filiabus in dotem, vbi fœmininum feudum est. Iam videamus, QVOS EFFECTVS REFVTATIO PRODVCAT: & primò hîc distinguendum fuerit inter nouum feudum & antiquũ: si nouum feudum pater refutat domino, hoc casu feudũ amittet, præiudicando etiam omnibus descendentibus in perpetuum, nisi contemplatione descendentium à principio simul expressè datum foret, *ita Aluarot. in c. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amit. Zasius in 10 parte, & communiter Doct. de quo infrà in parte sequente latiùs, quid ego sentiam, adferam.* Secundò, si refutat vasallus pater domino antiquũ feudum, hoc casu iterum à patre amittitur: sed iam non præiudicatur liberis, nec legitimis heredib. sed mortuo patre

tie refutante redibit ad proximiores in gradu gratis, ex
122 regula: Resoluto † iure datoris. resoluitur ius accepto-
ris. *c.1.§.rursus, quibus mod.feudum amit.titu.1. c.1.§.si quis decesse-
rit.vers.ic. Tuus filius, si de feud. defunct. content.sit.* Possunt ta-
men etiam hæredes legitimi in vita alienantis à domi-
no redimere, si volunt, *vt latiùs infra in parte sequenti docebo, per c.1.§.porro, qualiter olim feud. poterat alien.* Tertiò, si refutat
vasallus feudum domino, vt inuestiantur filij sui, hoc
casu eius est effectus, quòd licèt feudum sit paternum:
quod per hoc tamen fiat nouum, licèt dominus nunc fi-
lios à nouo inuestiat: & ergo, si posteà alter filiorum
moritur sine liberis, non tamen tunc feudum eius, vt
nouum, redibit ad dominum, sed vt paternum deuolue-
tur ad fratrem, excluso domino, *text.in c.1. de vasal. decrep.*
123 *ætat.* Ex quo infertur, † refutationem feudi in dominum
factam non mutare qualitatem feudi, respectu aliorum
quorum interest, vel quandocunque interesse possit, *vt infrà in parte sequenti latiùs tractabimus.* Sed iam hîc dubitari
posset, cùm diximus feudum simpliciter à vasallo refu-
tari posse, an ergo vasallus, qui rursum alteri subinfeu-
dauit, feudum domino refutare posset in præiudicium
subinfeudati, efficiendo scilicet, vt feudũ ad dominum
reuertatur? Dicendum breuibus, quòd sic, & adeò, vt
subinfeudatus nullo iure aduersus dominum se tueri
poterit, *c.1.§.rursus. quibus mod feudum. amit. tit.1. c.1.§.final. si de inuestitu. feud. controuersia fuerit.* Nam ius subinfeudati resol-
uitur, cùm ius datoris resolutum fuerit, *d.§.rursum, iuncto*
124 *c.1.§.& si clientulus, de alien. feud.* Sed quæstionis iam est, † an
dictus vasallus, qui sic domino refutauit, subinfeudato
etiam teneatur de euictione? Et paucis Zasius *in decima parte sui tract. feud.* in illa sententia est, quòd non tenea-
tur, si modò subinfeudatus sciuit dominũ suum, à quo
accepit, alterius vasallum esse: & hoc ideò, quòd, cùm
scit, vel scire debet, ius datoris refutatione feudi resol-
ui, & eius esse naturæ feudum, vt ex vi & potentia suæ
naturæ ad libitum refutari possit, etiam sine domini vo
luntate, vel vllius, *d.c.1. de vasal. qui contra constit. Lothar. reg. feud. alien.* quòd debet accipiens feudum, seu subinfeuda-
tus

tus ab alio vasallo exploratum habere, conditionem talem vasalli esse, quòd, quandocunq; velit, refutare posset domino: cùm ergo cum tali contraxit, non debuit esse ignarus conditionis eius, cum quo contraxit, *l. qui cum alio, ff. de regul. iuris.* Sibi ergo, non alij, imputare posset, si quid damni accidit, *c. damnum, de regul. iuris, in 6. per l. si fundum, C. de euictio. argument. c. 1. de inuestitur. de re alien. facta.* secùs verò, si ignorasset vasallum alterius esse, putans à vero domino sibi feudum collatum, *d. c. 1. de inuestit. de re alien. facta.* Sed profectò Zasij sententia mihi sequenda non videtur, partim, quia contra communem Doct. sententiã stringit, *de quo Doct. & Aluarotus in c. 1. §. rursus. quibus mod. feudum amit. tit. 1.* partim, quia non admodum æqua est. Nam beneficio non decipi, sed adiuuari nos oportet, *l. in commodato, §. sicut autem. ff. commodati.* Neque certè id videtur actum, vt temerè & importunè, mutato concedentis arbitrio, in detrimẽtum subinfeudati sic adimeretur: nam si hoc sciuisset futurum subuasallus, fortassis feudum non acceptasset. Sed prætermisso hoc feudo alia fortassis altiora aggressus fuisset: malitiis enim hominum obstandum est, *l. si in fundo, ff. de rei vendicat.* Si enim non teneretur ex tali refutatione subuasallo de euictione, sequeretur aliquãdo iniquum & absurdum. Nam quid si subuasallus primo anno maxima seruitia præstitisset, ita vt comparationis nihil haberent cum feudi fructibus, anne æquissimum foret, subuasallum excludi per refutationem primi vasalli, ita vt nec de euictione agere posset? Certè non habet rationem, & aperiretur per hoc haud dubiè primo vasallo egregia fenestra vexandi indies subuasallum, quod fieri non debet, hoc tamen certum est, † feudum sic domino refutatum à vasallo 125
per subinfeudatum, retineri posse, non obstante tali refutatione, si modò dominum domini sui recognoscere velit & præstare seruitia, vt suus dominus solet (textus est vnicus & elegans, in c. 1. in fin. qualiter olim feudum poter. alien. qui hodie correctus adhuc non est) vt etiam Martinus Laudens. ibidem, quod consistit in mero subinfeudati arbitrio, non etiam domini. Et sic hoc casu

ſu dominus alio vaſallo etiam inuitus contentus eſſe debet, contra c. 1. verſic. quòd ſi cum equis. de fratr. de nouo beneſic. inueſtit. Et hanc puto eſſe rationem, quare
126 re † vaſallus ſui ſimilem rurſum ſubinfeudare debet, ſi volet ſubinfeudare, *vt vult c. 1. §. ſimiliter. de leg. Conrad.* Nam alias, ſi ſui diſſimilem poſſet ſubinfeudare, iam dominus ex hac parte fruſtraretur & grauaretur, nanciſcendo forte ignauum pro diligenti, ſolerte, & expedito vaſallo, quod notandum: quòd tamen dixi, per recognitionem prioris domini feudum obtineri poſſe à ſubinfeudato, hoc hactenùs verum erit, ſi ſubinfeudans nullos poſt ſe legitimos hæredes relinquat, hos verò ſi relinqueret, iam quidem ſi redimere nollent in vita ſubinfeudantis, adhuc poſſet ſubuaſallus recognoſcendo dominum domini ſui ad vitam ſubinfeudantis obtine-
127 re, † eo tamen mortuo rediret ad legitimos feudales eius hæredes, ex regula, reſoluto iure datoris, &c. Iſto ergo caſu iam hæredes tamen ſubinfeudantis tenerentur ſubinfeudato de alio feudo æquiualenti prouidere, vel iſtud relinquere, ſi modo hæredes quo ad allodialia exiſtere defuncto vellent, *per l. cum à matre, C. de rei ven-*
128 *dic. de quibus in parte ſequent. latiùs, in fin.* Sed † an proximiorem agnatum vel deſcendentem vaſallus refutare poterit, vbi prius non proximiorem in gradu ſubinfeudauit, (poteſt enim tam agnatum, quàm extraneum ſubinfeudare.) Et certè puto, quòd ſic, à ſimili, vt in domino iam diximus, cùm ſit de natura feudi, poſſe refutari à vaſallo, etiam vbi ſubinfeudatio facta eſt, *d. c. 1. §. rurſus. quibus mod. feud. amit. titul. 1. & c. 1. in fin. qualiter olim feud. poterat aliena.* Prædicta tamen vera erunt, niſi in ſubinfeudatione vel refutatione facta longiori in gradu dominus deſcendens, vel agnatus proximior, conſenſiſſent ſubinfeudationi vel refutationi: hoc enim caſu præcluſa via illi eſſet refutandi in dominum, proximiorem agnatum, vel deſcendentem, quibus aliàs ius competiiſſet, *argument. c. 1. verſicu. & clientulus. de alienat. feud. & eorum, quæ nota: Aluarot. in c. 1. §. fin. ſi de inueſtit. feud. controuerſ. fuerit, l.*
129 *penult. C. de pact.* Et † quia de euictione mentionem facere
ſuprà

suprà cœpimus, respectu refutationis factæ in præiudicium subuasalli, videamus, si delicto suo primus vasallus feudum amitteret, anne tunc quoque subinfeudatus ab eo de euictione agere posset cum suo isto domino, à quo accepit, vel eius hærede. Paucis dicendum, quòd sic, *gloss. in d. §. rursus. & ibi Bald. Aluarot. Præposit. quibus mod. feud. amit. tit. 1. Aluarot. in §. fin. si de inuestit. feud. controuers. fuerit. argum. l. penultim. ff. solut. matrimonio.* Neque hoc casu per recognitionem primi domini subuasallus feudum obtineret, vt in parte præcedente diximus. Sed † quid si per mortem feudum amitteretur, cùm sine liberis, vel successoribus legitimis, quoad feudum decedit vasallus ille, qui subinfeudauit, *secundùm d. §. rursus, quibus modis feud. c. 1. in fine, qualiter olim feud. poterat aliena.* an iam contra alios hæredes defuncti posset de euictione agere. Certè dicendum iam, quòd non, nisi modò sciuit eum, à quo accepit, etiam esse vasallum alterius: nam scire debuit ius suum resolutum iri ex feudi natura, per mortem datoris, *per c. 1. in fine, qualiter olim feud. poterat aliena. & d. §. rursus, quibus modis feud. amittatur, tit. 1.* Si ergo hoc casu sibi saluum esse feudum volet. recognoscat dominum domini sui (vt antè docuimus) quòd hîc etiam posset. Prædictum tamen verum, nisi expressa stipulatione sibi prouidisset, vt semper de euictione & ipse, vel eius hæredes tenerentur, *argument. l. si fundum, C. de euictio. & c. 1. de inuestit. de re alien. facta.* Si verò ignorasset subinfeudatus, & putasset primum vasallum istum verò dominum rei fuisse, & non vasallum (& sic deceptus) hoc casu semper etiam contra defuncti hæredes subinfeudatus de euictione agere posset, *d. l. si fundum, C. de euictio. & c. 1. de inuestit. de re alien. facta.* Poterit tamen semper rursum recognoscendo dñm domini sui feudũ obtinere, si feudũ potiùs q̃ euictionẽ malit, secundùm ea q̃ suprà diximus *per c. 1. qual. olim feud. pot. alie.* & putarẽ in casu, quo dñs domini non esset magis austerus, truculentus, quã dñs mortuus, quòd tum hæredes defuncti de euictione non tenerẽtur cũ possit suo arbitrio æquè bonum dñm habere, seruato feudo: Malitiis enim hoĩm obstandum, *l. si in fundo, ff. de rei vendi-*

vendicat. Et hæc de refutatione suffecerint. Ad quos verò refutatum feudum reuertatur, in parte sequente docebimus.

Nunc ad QVINTAM PARTEM properemus, QVOMODO DEFECTV FEVDVM AMITTATVR?

131 Defectu quoque † amittitur feudum, veluti cùm vasallus iam possidens feudum, fit inhabilis ad seruiendum, vt mutus, surdus, vel aliàs imperfectus, vel talis est, cùm iam succedit in feudo, *de quibus in c.1. an mutus, vel aliàs imperfect. & in c.1. §. mutus. Episcop. vel Abba. de quibus infrà suo loco.*

132 PRIMA CONCLVSIO huius partis rursũ erit, † quòd vasallus nouum feudum amittet; si fiat mutus, surdus, vel aliàs imperfectus, ita quòd debitè seruire non possit, vel spes restitutionis seu redintegrandæ valetudinis non fuerit medicorum opinione, *ita loquitur text. in c.1. §. mutus. Episcopum, vel Abbatem, iuncto c.1. de milite vasallo, qui arma bellica depos.* Et hoc verum, si ex accidenti contingat, hoc est, cùm iam feudum possidet. Nam si à principio fuit surdus, vel aliàs imperfectus, cùm dominus daret, hoc sibi imputare dominus tum posset, quòd tali dederit. Potest enim dominus gratiam de suis bonis facere quibus vult, *argum. c.1. quemadmod. feudum ad filium pertin.* Et ratio, quare feudum hîc amittatur, est, quia iam cessat ratio, quare beneficium concessum fuit: datur enim hoc feudum vasallo, vt seruiat, & vt sit obsequiosus in præstandis seruitiis: verùm mutus, surdus, vel aliàs imperfectus, quia desinit esse habilis ad seruitium, iustum est illi auferri. *per l. in omnibus causis. ff. de regul. iuris.* Et prædicta intelligimus de eo muto & surdo, qui nihil audit, nihilque loqui possit, non de surdastro, vel eo, qui tardè loquitur, *d. c.1. §. mutus. Episcop. vel Abbat. argument. §. item surdus. Instit. quib. non est perm. ss. facere testa.* SECVNDA CONCLVSIO erit, si vasallus mutus, surdus, vel aliàs imperfectus fiat, cùm tamen spe medicorum sanari possit, hoc casu etiam feudum nouum non amittet, sed sibi seruando per substitutum seruiet, *per c.1. in princ. an mutus, vel surdus. vt in conclusionibus sequentibus docebo.* TERTIA CON-

133 CLVSIO, † si feudum paternum seu antiquum fuerit, & va-

& vasallus mutus, surdus, cœcus, claudus, vel aliàs imperfectus fiat, vel iam est, cùm in feudo succeder, distinguendum iam rursum erit, an vitium istud à natura tale sit, quod medicorum ope iuuari non possit, *argum. c. ex literis, de frigid. & malefic. extr.* an verò tale, de quo speratur à magistris ea in arte, seu medicorum opinione. Primo CASV feudum rursum amittet, per text. *in c. 1. versic. quidam tamen. an mutus, vel aliàs imperfect.* vbi ratio in fine redditur, ideò nempè amitti, quòd talis seruire domino nō valet, nec spes est vt valeat. Secundo CASV, etiamsi ita natus sit: (dum tamen spe medicorum sanari posset) nō tamen feudum amittet, sed per substitutum obtinebit, vt quoque ante diximus in nouo feudo, ita intelligo d. c. 1. in primo responso. an mutus, vel aliàs imperfectus. quicquid Aluarot. & Petrus de Ceruot. dicant, quos sequitur Schenck, *in d. c. 1. an mutus, vel aliàs imperfect.* [Eādem sententiam tuentur Zasius *in Epitome feudali parte 8. de feudi success. num. 68.* Paulus Picus *in c. 1. an mutus vel surdus.* Abbas *in consi. 47.* Igneus *in l. 3. §. vtrùm, num. 49. ff. ad Syllanian.* Afflictus *decisione 324.* Bart. *in l. cæcus. ff. de iudic.* & plures, quos citat Tiraquellus *in tract. de primogenitura, q. 23. num. 4.* Hieronymus Schurff *consi. 24. vol. 2.* quos omnes & alios collegit D. Hartmannus Pistoris in Seuselitz, *parte posteriore, libri 2. quæst. cap. 32. num. 23.* vbi etiam argumenta eorum exposuit. Contrariæ autem sententiæ assertores enumerauit ibid. *nu. 16.* quorum autoritatem (si certandum esset authoritate) potiorem esse debere affirmat. Ipse verò inductus rationibus non leuibus, non solùm feudum antiquum, verum etiam nouum propter vitium superueniens, etiam perpetuum, non amitti, sed retineri affirmat, & sic longè ab authore nostro dissentit, & ab aliis etiam, qui feudum nouum propter vitium superueniēs amitti volunt. Solidè autem hanc suam sententiā confirmat *nu. 25. 26. & sequent.* ibid. Et quòd in feudo nouo idē obtineat, docet ibid. *nu. 37.* Quod si autem feudum acquisitum nondum fuerit tempore, quo vitium superuenit, sed inuestitura acciderit, vel à natiuitate tractum fuerit, non admitti hoc vitio affectum, ad feudi successio-

nem, atque hac in parte ius Ciuile iuri Saxonico in omnibus esse consentaneum, *num.23.24.& dicto loco.*] qui putant, primum responsum illius textus in d.c.1.eod.titu. loqui de feudo paterno, ex quo vasallus ex accidenti fit imperfectus, vitio etiam perpetuali, non à natura, hoc est natiuitate, atque ideò tunc feudum non amitti. Secundũ verò responsum loqui de eo, qui natura, hoc est à principio surdus vel mutus natus, & ergo tunc feudũ amitti: sed certè falluntur. Nã tex. in primo respõso apertè indicat, etiã ibi loqui de vasallo, qui natus imperfectus est, in verbis: [etiamsi sic natus fuerit.] quæ verba non possunt esse clariora. Sed posito, quòd vera esset interpretatio Aluarotti & aliorum, *in d.c.1. an mutus, vel aliàs imperfect.* tunc tamen ratio differentiæ huius ab illis data ibi (quare magis non amittet, quãdo ex accidenti vitiũ contingit perpetuale, quàm natura, seu natiuitate) obtinere non posset. Nam inquiunt, ideò feudũ antiquum propter imperfectionem superuenientem, etiam perpetualem, non amitti, quia tale feudum non habuit originem ex sua persona, sed ex personis parentum, & ergo solidius in illis radicatum esse. Certè si illa ratio huius differentiæ esset, ergo idem dicendum foret in feudo antiquo, vbi vasallus ex natura imperfectionem acciperet, seu mutus aut surdus nasceretur, cùm tunc quoque æquè radicatum est feudum in vasallo ex parte parentum, vbi tamen volunt tunc amitti, *in d.c.1.eod.tit.* Solùm enim distinguunt, *in d.c.1. an mutus, vel aliàs imperfectus.* an imperfectio natura fiat, hoc est, cum eo nascatur, an verò per accidens contingat: primo casu amitti, secundo casu minimè. Zasius verò, quia hanc rationem Doct. non sufficere putauit, illam reiicit, & aliam adfert, *in octaua sua parte tractat. feud. fol.47. mihi.* videlicet, quòd is, qui ex accidenti imperfectionem accepit, etiamsi sit perpetualis, ideò non amittere feudum antiquum: quia licèt iam actu seruire non possit: sperari tamen de eo aliquãdo futurum, vt seruire possit, & sanus fiat: in alio verò casu, vbi naturæ imperfectio accedit vasallo, iam nunquam aptitudinem sperari posse contingere, vt rursum

seruiat

seruiat, cùm iura naturalia sint immutabilia. *§. sed naturalia, Instit. de iure natural. gent. & ciuil.* Sed certè non satis assequor, quid Zasius velit illa sua distinctione, quia ipse sibi ipsi in eo etiam contrarius est. Nam apertè primò cõfitetur, quòd feudum antiquum retinetur etiam, si ex accidenti vasallus imperfectione corripiatur perpetuali: quomodo ergo possit sperari vt aliquando sanus fiat, vt posset seruire secundùm eius rationem: quod enim perpetuum est, non relaxatur, nec dispensationẽ suscipit. Prætereà, vt inquit ibidem Zasius *in dicta sua parte octaua, folio 48. mihi, in princ.* de nouo feudo, siue imperfectio natura contingat, siue ex accidenti, sine distinctione semper amitti (ideò scilicet, quòd finalis causa, propter quam nouum feudum concessum est, deficiat) mihi etiam satis non placet, quia idem dici posset in feudo antiquo, quãdo fit imperfectus ex accidenti, vbi tamen illi non vult auferri feudum, *vt habet in dicta octaua parte, fol. 47. in fine.* cùm tamen sit planè eadem ratio vtrobique, nec posset dari vera differentiæ huius ratio, cuius saltem non possem esse legitimus & acris impugnator. Quapropter distinguendũ † equidem censeo (vt antè ẽt diximus) simpliciter, an tale sit vitium, (siue naturale, siue accidentale, tam in nouo feudo, quàm antiquo) quod industria 134
vel censura medicorum sanari non possit, vel posset, quia sperant periti in ea arte. Si verò tale sit, de quo non sperant, siue à natiuitate contigerit, siue ex accidenti, semper feudum amitti. *in d. c. 1. versic. quidam tamen, an mut. vel aliàs imperfect.* quod satis etiam alibi textus indicat de milite facto clerico, cui ex accidenti defectum contigisse nemo negare poterit, qui tamen feudum amittit, & transfert statim ad dominum vel agnatos, *in c. 1. de milit. vasall. qui arma bellica depos.* Si verò tale sit, de quo aliqua spes est, siue à natura, siue accidenti, hoc casu non amitti, ex suprà dictis, *per c. 1. in primo responso, an mutus, vel aliàs imperfectus.* quia spes est iam, quòd aliquando restituetur, & seruiet. *argument. c. 1. §. si quis discesserit, si de feud. defunct. content. sit.* Et hoc videtur tacitè textus innuere *in d. c. 1. in fin. an mut. vel aliàs imperfect.* dum in secundo responso

illam dat rationem, quare feudum amittatur, nempè, quòd seruire non potest, vt fœmina & clericus, de quibus nulla spes, quòd aliquando seruiant: quam tamen rationem obticuit in primo responso, quod est considerandum, vt etiam *Zasius* in effectu, vt puto, voluit *in d. sua 8. parte, fol. 47. in fine.* Et † quanquam his casibus feudum amittatur, cùm insanabile vitium est: tamen si se vasallus sine feudo iam honestè sustentare non posset, tantum ei ab accipiente relinqui debet, vnde posset honestè se sustentare, ita pulchrè textus in *dicto c. 1. §. mutus. Episcopum vel Abbatem.* Sed † dicet aliquis, anne saltem feudum retinere poterit, si per substitutum alium æquè idoneum commodè seruire velit: glossa videtur *in d. c. 1. an mutus, vel aliàs imperfect.* dicere, quòd sic: sed paucis dicendum, siue sit feudum nouum, siue antiquum, siue naturale, siue accidentale sit vitium, (si modò tale sit, de quo nulla spes est) quòd túc nullo modo posset, vt infrà dicemus in clerico, conclusione sequente: Si verò tale sit, quod sanari possit, vel de quo speratur, tunc benè posse. FALLIT primò, quòd antè diximus feudum amitti ex vitio insanabili, si sit feudum non rectum, vel non simplex, sed conditionatum, hoc est, ad certum seruitium datum. Illo enim casu si posset idem seruitium æquè commodè expediri, hoc casu feudum non amitteret, licèt mutus, surdus, aut similis fieret. Nam pone, quòd feudum in coquendo consistat, & fiat surdus, vel mancus, per hoc tamen coquus ille feudum non amittet, si modò non minùs benè officio fungi possit, & ita dicendum in similibus, *Bald. in d. c. 1. §. mutus. & alij Doct. Episcopum vel Abbatem.* FALLIT secundò, in feudo franco, in quo ad nullum tenetur seruitiũ, *Doct. in d. §. mutus.* FALLIT tertiò, in casu eleganti, si feudum vasallo datum fuisset in remunerationem magni alicuius obsequij, velut ab eo, quem à latrunculis vel hostibus captum eripuit. Nam cùm datum sit loco mercedis, seu laboris eximij, videtur ex eo feudum hoc nullo modo, etiam propter imperfectionem superuenientem, ab eo reuocandum, *argum. l. si pater, §. fin. ff. de donat. quod sequi-*

Marginal numbers: 135 (beside "sua 8. parte"), 136 (beside "cto c. 1.").

sequitur etiam Aluarotus & alij in d.c.1.§.mutus. FALLIT quartò, si pactum esset à principio factum, quòd propter vitium aliquod superueniens non amitteretur, quod fieri possit, *c.1.de feud.non habent. propriam natur. feud.* quod tamen semper ab allegante esset probandum, *c.1.§.præterea, quid sit inuestit.* Nunc redeamus ad conclusiones. QVARTA CONCLVSIO erit, † si vasallus miles, clericus, religiosus, vel conuersus fiat, per hoc quoque feudum amittet, 137
c.1.de vasal.mil.qui arma belli.depos.c.1.§.si quis per triginta, versic. qui clericus, si de inuestit. defunct.content.sit, c.1.in fin. de feudo fœmi. & ratio huius est, quia factus Christi miles, non potest esse miles seculi, *d.c.1.de vasal.milit.qui arma bellica depos.* Est enim talis iam, qui seruire non potest, *c.1.in fin. an mutus, vel aliàs imperfect.* Videamus iam de quali clerico, religioso, vel conuerso, prædicta fuerint intelligenda. Paucis, obtinebunt de clerico, religioso, vel conuerso tali, qui solenniter votum vel professionem fecit, ita vt clericus, religiosus, vel conuersus manere debeat, *ita Aluarotus in d.§.si quis per triginta, versic.qui clericus. & c.1. de vasal. milit.qui arma bellica depos.& in c.1. de feud.fœmin.* Non enim cuculla monachum, nec habitus religiosum facit, sed professio, *c.porrectum, extr.de regular.* Et quomodo istud votum, vel ista professio fiat, videre alibi licebit, *in c.1.de voto, vel voti redemptio. in 6. & in dicto c. porrectum.* Ex prædictis ergo inferimus primò, quòd clericus in minoribus constitutus ordinibus tantùm, feudum non amittet, (quanquam glos. *in c.1.§.naturalis.si de feud.defunct.content.sit.* contrarium teneat, quam sequitur Nicolaus de Neapolis *in c.1.in fine, de feud. fœmin. & Bald. in d.§.si quis per triginta, versic.qui clericus, in verbis, hoc ipso, si de feud. defunct. content. sit.*) quia in minoribus constitutus ordinibus, nondum verè clericus est, neque verè vouet professionem, perficere statum clericalem. Posset enim ad seculum liberè redire, *c.hi qui post sanctum, 50.distinct. vbi glos.* nec minùs vxorē securè ducere, *c.Ioannes.& tot.tit.extr.de cler. coniug.* Prætereà, si admitteretur per susceptionem minoris ordinis clericalis statim amitti, iam parentes vel agnati studerent quotidie circumuenire & filios inducere, vel agnatos

tos adultos, vt ordinem minorem assumerent, quòd magis à parente alius fortasse filius, vel agnatus magis amatus, feudum consequeretur, quod puto nullo modo admittendum ne peccandi fenestra iis patefiat. Parum enim, vel nihil, prima illud stigma facit ad habitum clericalem. [His nihil obstantibus non pauci sunt, qui contrarium voluerunt, quos refert D. Hartmannus in Seuschitz *libri 2. parte posterior. quæstione 33. num. 17. & ibid. num. 19.* ad rationem & argumentum hoc authoris eleganter respondet, cuius sententia verior videtur.] Non obstat Baldi obiectum, volentis simpliciter amitti feudum statim per clericalem assumptionem, dum textus inquit, *in d. c. 1. §. si quis per triginta, versic. qui clericus, si de feud. defunct.* ex verbis, [hoc ipso feudum amittat,] in quibus vim ponunt: quia aio ibi textum intelligendum, amitti scilicet tum, quàm verum votum religionis assumpserit, non ante: quod † idem dicendum fuerit de religioso

139 vel conuerso, qui adhuc intra annum probationis constitutus, redit ad seculum, ita intelligendus est text. in c. 1. versic. ex hoc illud, de feud. fœmin. per suprà dicta, cùm sua bona alia recuperat, & interim tenet, *vt notatur in Authent. ingressi, & sequent. vbi Doct. C. de sacrosanct. eccles. quod etiam sequitur Aluarot. in c. 1. de vasal. mil. qui arma bel. depos. (quanquam Andr. de Ysern. contrarium malè teneat, in c. 1. §. si quis per triginta, versic. qui clericus, si de feud. defunct. contem. sit.)* quæ omnia benè sunt notanda, cùm sæpiùs possent contingere: si verò habitum clericalem, vel religionis stigmata plenè accepissent, ita vt sine apostasia vel infamia dimittere non possent, iam certè si habitum abiicerent, feudum non recuperarent, *text. in c. 1. versic. ex hoc illud, de feud. fœmin.*

140 Et ratio est, quia iam ex tali excessu & apostasia infamis non posset stare in curia domini, *c. 1. an ille, qui interfec.*

141 *fratrem domini sui.* Præterea apostata, † cùm sit hæreticus, *c. excommunicamus, extr. de hæret.* certum est, quòd non possit feudum retinere, vel etiam recuperare, *argum. c. hic finitur lex, in fin.* quod idem obtinebit etiam dispensatione im-

142 petrata super apostasia, † quia iam Papa hoc iuris, quod semel acquisitum est agnatis, vel filiis, auferre illis non possit,

posset, *arg. l. nam ita diuus, ff. de adopt. & per ea quæ suprà alibi docuimus.* Sed dicet aliquis, mirũ esse, quòd clericus, vel religiosus, feudum amittat, vel etiam non recuperet, propter rationes suprà datas, nempè, quia miles Christi seculo seruire nõ debet, *c. 1. de mil. vasal. qui arma bel. depos.* cùm tamen † à principio certè talibus feuda dari possunt, vt est alibi expressum, *in c. 1. §. fin. de capit. Conrad.* vbi tamen miles etiam cœlestis erat. Paucis dicendum, longè diuersum esse in casu, quo primò clericis feudum confertur. 143
Nam potest quilibet de suis rebus (vt est moderator & arbiter) gratiã facere quibus vult. Potest enim plenè dare absque seruitio vllo, absq; contradictione etiam quibuslibet: quare ergo non eodem modo clerico in feudũ dare posset? Sed obiiciet statim hic aliquis, quid si in militia seruiendũ esset, iã non posset seruire, cùm sit Christi miles? *per c. 1. de vasal. mil. qui arm. bel. depos.* Certè verum quidem est: sed iã hoc per substitutũ conficiet. Censetur enim hoc tacitè conuentum, cùm daret dominus: sciuit enim dominus eius eum esse conditionis, qui in persona seruire non posset, vt quoq; in fœmina obtinet, cui feudum confertur, quæ nec in bello etiã seruire valet, *c. 1. in fin. an mut. vel aliàs imperfect. c. 1. de feud. fœm. Felin. in c. in præsentia, nu. 47. extr. de probat. & Spec. in §. quoniam, vers. 21. de feud.* Verùm quod in alio casu feudũ retinere non possit clericus, ideò est, quia dominus vasallo militi, vel priuato, concessit primò, nõ clerico vel religioso, & tali, qui suo proprio officio dominũ iuuare posset, sed nunc assumẽdo clericatũ, vel religionem, reddit se talẽ quòd officiũ domino præstare non valet, nec debet, *c. 1. de mil. vasal. qui arma bel. depos.* ergo non retinebit, *l. in omnibus causis, ff. de reg. iur.* Sed dicet hic aliquis, quid si isti clerici vel religiosi per substitutũ æquè seruire possent, & affectarent, anne saltem per hoc feudum retinebunt? Et certè de ista re varij varia dixêre, *de quo alibi latè tractant Dd. in d. c. 1. de vasal. mili. qui arma bel. depos. & §. si qu... per 30. versic. clericus si de feu. defunct. cont. int. fit. c. 1. in fin. de feu. fœm.* Equidem breuibus quid sentiã, declarabo, relictis omnib⁹. Primò, † si feudũ est tale, ꝙ requirit seruitiũ seculare, vt est, cum dño militare, 144
 vel

vel ſimile facere: hoc caſu putauerim, etiam ſi poſſet Monaſterium vel clericus æquè idoneum ſubſtituere, quod tamen feudum non retinebit, per textus *d.c.1. de vaſal. milit. qui arma bellic. depoſ. & c.1. §. ſi quis per triginta, verſic. qui clericus, ſi de feud. defunct. conten. ſit. & c.1. in fin. de feud. fœmin.* qui ſimpliciter loquuntur: [Eos, qui tam docendo, quàm conſulendo, iuris ciuilis & canonici interpretes, hanc ſententiam ſecuti ſunt, in vnum locum redegit omnes D. Hartman. Piſtoris *lib. 2. parte poſteriore, quæſt. 33. num. 3.* diſſentientes autem retulit idem *num. 2.* & Cæphalus *conſ. 1. num. 36. & lib. 2. reſponſ. conſi. 151. num. 41. conſi. 641. num. 22.*] Et moueor ratione: nam dubium non eſt, quin feudalium compilatores Obert. & Gerard. ſciuerint aliquando, & ferè ſemper, ſimilem, vel etiam magis idoneum, poſſe inueniri. Et ergo, ſi voluiſſent, per ſubſtitutum id poſſe fieri, abſque dubio ſic appoſuiſſent. Sed quid opus multis? eſt textus ad hoc alibi expreſſus & apertus, qui cauillari non poſſit, vbi clericus lubens per ſubſtitutum ſeruiuiſſet, ſi tamen non potuit, in d.c.1. de vaſal. milit. qui arma bellic. depoſ. quod ſequitur etiam Barth. de Chaſſan. *in §. 5. in verbis, excepte les religieux, in titul. des fiedz.* quanquam non ignorem plures grauiſſimos Canoniſtas, vt Innoc. Ioan. Andr. Ant. de Butr. *in c.1. in præſentia, ext. de probat.* Salicetum *in Auth. ingreßi, C. de ſacroſan. eccleſ.* Marti. Laudenſ. *in c.1. §. & quia, de ijs qui feud. dare poſſunt.* & tandem D. Schenckium *in d.c.1. de milit. vaſal. qui arma bellic. depoſ.* contrarium tenere per multa, (leuia ſatis) quæ adfert poſt alios, ad quæ facilè reſponderi poſſet, niſi longum fo-
145 ret: Nam † ratio ſola eſt, quò minus per ſubſtitutum fieri queat, quòd dominus, qui conceſſit, principaliter dedit, vt is in perſona ſeruiret, & aliàs ſe non fore contentum, quod probat pulchrè alibi textus, *in c.1. in fin. an mut. vel aliàs imperfect.* vbi mutus, ſurdus, & aliàs imperfectus, item fœminæ feudum amittunt, vel in eo non ſuccedunt, quia (inquit) ſeruire non poſſunt: cùm tamen negari nequeat, quin per ſubſtitutum illi æquè ſeruire poſſent, ex quo text. vno id ſatis clarè probatur: Nec huic obſtat text. in c.1. §. firmiter, de prohi. feu. alie. per Fred.

vbi

vbi vasallus à domino euocatus vel ipse venire, vel alium mittere suum in locum poterit: † Quia loquitur 146
ibi de vasallo, qui ipse seruire posset, si vellet, vel tali saltem, de quo speratur, vt possit aliquando per se seruire, *arg.c.1.§.si quis per trigin.versic.si minori, & §.seq.si de feud. defunct.content.sit.* & in tali casu benè admittimus substitutum. Secùs verò, quando principalis persona per se hoc facere non posset, nec spes vlla est: † ad quod allego 147
text.*c.1.§.quidam tamen,in fin.an mut.vel aliàs imperfect.* vbi clerici isti æquiparantur surdis, mutis, vel aliàs imperfectis insanabilibus natura: sed imperfecti tales natura substitutum habere non amittunt, secundùm omnium Doct.etiam opiniones.*in d.c.1.§.mut.Episco.vel Abba.*& benè:quia per se ipsi seruire non possunt, *vt text.inquit,in d. c.1.an mutus vel aliàs imperfect in fin.* Rectè ergo nec clerici vel religiosi substitutum habere admittentur, qui illis æquiparãtur. Postremò, nisi ita intelligeremus, certum esset, quod nunquàm vasalli in casu, vbi imperfecti essent, surditate, cæcitate, vel simili modo, vel clerici, religiosi, conuersi, feudum amitterent: nam semper sibi similem facilè inuenirent, imò fortè magis idoneum. Non tamen ignoro prædictis cõtrarium multis in locis consuetudine obseruari, nempè clericos & feudum obtinere, & per substitutum seruire, quæ vt non est ad delinquẽdum inuitatrix, seruari possit. *vide Bartho.de Cass.in 10.limitatione,§.5.in verbis,excepte les religieux tit.des fiedz.* Hæc omnia, quæ iam diximus de substituto, ad cõclusionem primam, secundam & tertiam quoque pertinebunt. Secundò, si tale esset seruitium, quòd possit & ipse clericus, vel Monasterium, expedire, hoc casu benè admittimus, quod per se, vel substitutum feudum retinere possent: † veluti, si dominus alicui feudum concessisset seculari, vt certis anni temporibus Missas aliquot fieri curaret, aut pauperibus aliquid elargiretur, vel simile faceret: illo casu, si vasallus clericus vel religiosus fieret, per hoc tamen feudum nõ amitteret, quia posset per se Missam facere, pauperibus aliquid distribuere, vel simile exercere opus: rectè ergo hic & per substitutum hoc 148

facere posset, per textum, *in d.c.1.§.si quis per 30.versic.si minori, & §.sequen.si de feud.defuncti.content.fuerit.* vbi minor annis quatuordecim potest feudum tenere, & per substitutum seruire, quia spes est, quòd posteà seruire posset, factus adultus. Rursum alio probatur loco, *in c.1.§.firmiter.de prohib.feud.alien.per Frederic.* vbi per substitutum potest, qui ipse seruire, potest, si vellet: secùs si per se non
149 posset, nec spes aliqua esset. † Prædicta, quæ diximus de clerico, religioso & similibus, locum etiam habebunt in filia habente feudum maternum, & ingrediente monasterium, licèt plurimi Doct. *Felin.in d.c.in præsentia, num.47. in fin.extr.de probat. Alexan.in consi.10. in 5.volum.* plenè eius sint sentétiæ, quòd tunc licitè monasterium seruire per substitutum posset. Et hoc ea ratióe, quod dominus hoc à principio concessisse videtur, sciens per se non posse seruire, sed per substitutum solùm, vt antè etiam docuimus. Sed certè huic respódeo, quòd quamuis primò dominus tacitè consentiat, vt fœmina per substitutum seruiat: tamen sperat hoc perpetuum non fore, quia fortè, nato filio ex ea defuncta matre, ille iam consensus quoad substitutum expirabit, & in persona seruiet, quę spes h ber. locum in moniali vel simili non posset. Et ita inuenio quoque tandem tenere Bartho. de Chassa. *in d.§.5. in verbis, excepte les relgieux. in tit. des fiedz.* & hęc quoad quintam partem sufficerint. Et feuda prædicta per imperfectionem amissa, ad quos deuolui debeant, in parte sequente docebimus.

Nunc ad SEXTAM PARTEM accingamur, videlicet, QVOMODO FEVDA PRAESCRIPTIONE AMITTANTVR, de qua re non est parua controuersia inter Doctores. Et cum sit res non parui momenti, & admodum præiudicialis, quæ damnũ plurimũ dominis inferre posset, benè explicanda fuerit & discutienda.
150 † PRIMÒ ergo dicendũ, si vasallus contra voluntatem dñi feudum alienauit vendendo, dando, vel in tertium aliquem quocunque modo transferendo, & is iam rem cum titulo & bona fide possedit annis decem inter præsentes, & viginti inter absentes: hoc casu tamen adhuc

rem

rem feudalem non præscribet contra dominum. probatur per glossam verbi, *præsumptione*, in c.1. de capit. Conrad. quod tamen videtur esse contra textum, qui titulo & bona fide contentus esse videtur. Instit. de vsucapio. in §.1. cum similibus. † Nec obstat textus in contrarium 151
allegatus. in d. §.1. Instit. de vsucapio. quia licèt illa duo ibi solùm exprimantur, vt habeat bonam fidem emptor, & titulum: aliud tamen tertium requiritur, quod non ibi exprimitur, videlicet, quòd res sit talis, quæ præscribi possit, vt declaratur alibi *in §. sed aliquando, & §. furtiuæ, eodem titu. de vsucapio.* vbi dicitur, † quòd res pro- 152
hibitæ præscribi seu vsucapi, vt sunt sacræ, religiosæ, & similes, item res furtiuæ & vi possessæ, nullo tempore præscribi possint, etiamsi cum titulo, & bona fide possideantur. Nunc ad nostrum propositum: ita quoque res feudalis sic alienata à vasallo contra dominum præscribi non poterit decem vel viginti annis: quia res eo ipso, quod alienatur, vitio afficitur, quia in alium vsum feudum conuertitur, quàm destina- 153
tum à domino fuit. *argumen. §. furtum autem, Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. l. vitia. C. de acqui. poss.* Nec obstat, quòd vasallus ipse bona fide & iusto titulo à domino absque fraude accepit, quia per hoc tamē alteri dando vel vendēdo feudum, seu rem alterius, non minùs vitio afficit. † Vt 154
enim species furti est de alieno largiri, vt alibi pulchrè Iurisconsultus, *in l. si pignore. ff. de furtis.* ita multò peius est rem planè alienare alterius: † res enim feudalis non va- 155
salli, sed domini est, *c.1. §. fin. de inuest. de re alin. facta.* Si ergo iam res vitio contaminata est, sequitur, quod decem, vel viginti annis præscribi non possit, etiam à bonæ fidei emptore. *per §. furtiuæ. Instit. de vsucapio.* Quæstio ergo iam est, an saltē triginta vel quadraginta annis pręscribatur? Et certè primò videtur, quòd sic, quia omnis actio, siue personalis sit, siue realis, illo tempore præscribitur, *l. sicut. l. omnes. l. cùm notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. annorū.* quæ lōgissimæ præscriptiones propter desides, suarūq; rerū desertores introductę sunt *dd. ll.* Secūndò furtū 30. annis præscribi posse manifestissimum est, *l. 1. C. de annal. except.*
Ergo

Ergo & hæc res feudalis à simili, per supradicta. Et certè videtur non esse verisimile, quod Impera. Conradus, Lothar. & Freder. voluerunt abrogare præscriptionem longissimi temporis, vigilijs multis compositam, *de qua in toto tit. de præscript. longi temporis* 30. *vel* 40. *annorum*. licèt in suis constitutionibus prædicti Impera. semper vtantur ijs verbis, nempè, nulla obstante præscriptione, ita glo. *in c.1. versic. prætereà, de capi. Conrad.* quam sequitur ipse Bal. Nicol. Neapol. Iacob. de Beluis. Aluarot. Præposit. & communiter omnes Doctores, *in d.c.1. de capi. Conrad.* vbi Aluarotus, inquit, in dubio esse adhærendum glossæ in consulendo, cùm melior testis haberi non possit, *glossa ordinaria, ad cuius confirmationem facit alibi textus apertus, ad hoc non inelegans, in c.1. §. donare, versicu. porrò. quali. olim feud. poter. aliena. in verbis, præscriptione 30. annorum submouebatur dominus tam sciens, quàm ignorans.* Postremò certum est, si quis per 30. annos rem aliquam vt feudum possedit, & seruitium domino exhibuit, quamuis de ea re non sit inuestitus, tum præscriptione (etiam hodiè) 30. annorum se tueri posse, ita vt iam dominus vt feudum recognoscere debeat, *text. in c.1. §. si quis per 30. si de feud. defunct. content. sit.*

156 † Videtur ergo, quod & accipiens à vasallo saltem 30. annis, posset feudum præscribere vt allodium. Quid dicemus? Paucis, his omnibus non obstantibus, quamuis magni sint & multi, qui pro ea parte sunt, contrarium tamen tenebimus, videlicet feudum ab accipiente à vasallo, 30. etiam annis, nec 40. præscribi posse. Primò, per text. *c.1. versicu. prætereà, de capit. Conrad.* qui sic habet: [præterea vt liceat dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante præscriptione, reuocare:] qui textus non posset esse clarior. Nam ante Conradum etiam ex iure communi, nisi triginta annis, feudũ præscribi potuit, vt ex prædictis patuit, & infrà patebit: quia ergo nunc Conrad. prohibuit omnem alienationem, nulla obstante præscriptione, haud dubiè illa verba aliquid operari debebunt, & inteligi, vt etiam hodiè nullo tempore præscribi possint. Secundò, alio loco probatur per text. *in c.1. de probib. feud. alien. per Freder. in versic.*

verfic. vnde Impera. in verbis, [vnde Imperator Lotharius tantùm in futurum præcauens, ne fieret, legem promulgauit: Nos non solùm in posterum, sed etiam illicitas hactenùs alienatiões perpetratas hac præsenti sanctione cassamus, & in irritum deducimus, nullius temporis præscriptione impediente:] quæ verba non possent etiam esse clariora, ivbi quoque Fredericus Impera. non solùm futuras, sed etiam præteritas alienationes reuocari voluit, quod tamen ante Frederi. nec Lothari. nec Conradus cauerat, sed solùm de futuris, *c.1. de prohib. feud. alien. per Lotha. & c.1. verfic. vnde Imperator. de prohib. feud. aliena. per Frederi.* Ponamus nunc ergo, si fortassis ante Fredericum facta alienatio fuisset plus 30. annis, anne hæc reuocari debuisset per constitutionem Frederici? *in d. c.1. de prohib. feud. aliena. per Fredericum.* quis dubitat, cùm simpliciter & apertè præteritas reuocari vult feudi alienationes. Prætereà, si hoc Frederic. Impera. non voluisset, quid, quæso, ampliùs Fredericus itroduxisset, quam Lotharius, & ante eum Conradus, *in d. c.1. verfi. prætereà, de capit. Conra.* Nam certum est, quod ante Conradum etiam Imperator, (qui diù præcessit Freder.) non potuit feudum præscribi, nisi triginta annis, quia res vitio affecta erat, *vt suprà declarauimus*: si ergo ex communi iure feudum præscribi, nisi triginta annis, nó potuit, etiam ante Conradum & Lotharium, omnis planè præscriptio in futurum inhibita fuit, *d. c.1. §. præterea, de capit. Conrad. iuncto c.1. verfic. vnde Imperator, de prohib. feud. aliena. per Frederi.* (Quæ verba præter id, quod anteà obtinuit, aliquid operari debent.) Non intelligo: Quid ergo introduxisset Fredericus ampliùs, quàm ipse Conradus & Lotharius, qùm tamen dicat Fredericus, se hoc ampliùs introducere, quod Lotharius introduxit? *in d. verfi. vnde Imperator.* Vt ergo clariùs hæc res de præscriptione cognoscatur, videndum obiter ordine fuerit, quid singuli isti Imperatores super ea introduxêre: † Et certè primò, cùm 157
Conradus Imperator videbat triennales præscriptiones feudorum tendere in interitum Reipublicæ & Imperij diminutionem, vt infrà docebimus, cauit primò, omnem

omnem omninò alienationem non valere. & si fieret in posterum (non obstante illa præscriptione) posse reuocari, *per d.c.1.§ prætereà. de capit. Conradi.*

158 † Superuenit posteà Imperator Lotharius, & quid, quæso, is introduxit ampliùs, quàm Conradus? Certè quòd is, qui post suã constitutionem comperirietur alienasse feudum, quod per hoc non solum feudum amitteret, sed & pretium, quòd fisco applicaretur, qui successor est malè acquisitorum, *l. Lucius. ff. de iure fisci. glo. in c.1. in verbis, exempto. de prohibit. feud. alien. per Fred. & text. in d.c.1. in fin. de prohib. feud. aliena. per Lothar.* Prætereà, quia hoc aliquando non curabant, & se fortunæ committebant, sperantes dominum negligentem nõ resciturum factam alienationem, cauit quoque, vt tabellio super eo instrumentum faceret, secùs faciens vt amisso officio, etiam infamia notaretur, *d.c.1. in fine. de prohib. feud. aliena. per Lotha.* De præscriptione nihil cauit in sua dicta illa constitutione, quasi de ea satis iam cautum per Conradum, *in d.c.1. vers. prætereà. de capi. Cõradi.* cuius constitutione (vt iam antè etiam diximus) potuerunt omnes alienationes feudi factæ posteà vlla absque præscriptione reuocari. Et sic cauit de futuris talibus, non etiam de prçteritis iam dudũ factis alienationibus. Qui ergo ante eum à vasallo emisset feudum, & triginta annis possedisset, liberè hunc in suo iure relinquebát per præscriptionem illam iam factam. *per c.1. §. porrò. quali. olim feud. pote. alien.*

159 † Sed iam postremò superuenit Imperator Fredericus, qui non solùm voluit, irritas esse alienationes factas à tempore Conradi & Lotharij, sed etiam, quæ ante Conradum & Lotharium 30. annorum tempore fuerant præscriptæ. Et hoc est, quod vult dicere, etiã præteritas irritas facere, nõ solùm futuras alienationes, *vt Conrad. in d.c.1. vers. vnde Imperator. de prohib. feud. aliena. per Freder. & Lothar.* Et nisi ita intellexerimus, nõ video profectò, quid aliàs noui per suam constitutionem Fredericus introduxisset, quod nõ antè fuit introductũ ab alijs. Nunc ad ea, quæ suprà in contrarium allegata fuerunt, respondeamus. Primò, non obstat, oẽs actiones tam personales, quàm reales, annis 30. vel 40. extingui,

per

per l.ſicut, l.omnes. l.cùm notiſſimi, & ſimiles.de præſcript. 30. *vel* 40.*annorum.* † Quia reſpōdemus,nos facilè illa admittere regulariter vera eſſe, quandiu ſuper aliquo caſu ſpeciali prohibita præſcriptio non fuerit,vt hic. *per c.1.verſic.prætereà.de capit.Conrad. & in c.1.de probib.feud.aliena per Freder.* & alio loco pulchrè probatur, *in c.ſuper quibuſdam,extr.de verbo.ſignific.* vbi certè res,vt pedagia,guidagia,ſalinaria,& ſimilia, præſcribi eo tēpore,quo cæteræ res, non poſſunt,ſed præſcripto à lege tempore alio, nempè eò, cuius initij nō extat memoria.Simili quoq; modo Princeps poteſt prohibere,ne res vnquàm aliqua præſcribatur,vt hic in feudo fecit, *in d.c.1.de probib.feud.aliena.per Frederi.* † Et ratio,quæ mouit Fredericū Imperatorē ad hoc, nō parua fuit, quæ ante eū etiā benè mouerat Lothariū, *in c.1.de probibi.feud.aliena.per Lothar.* quia videbant intereſſe Reipublicæ, vt iſtud prohiberent, aliàs per hoc magnum imminere Reipublicæ detrimentum. Nam vaſalli diſtractis feudis,& ſic bonis exuti,ſubterfugiebat ſeniorum ſeruitia, per quod Imperij vires maximè attenuari videbant,dum proceres milites ſuos, hoc eſt, vaſallos, ad expeditionem Principis traducere non poterant, *vt pulchrè habet,c.1.de prohibit.feud.aliena per Lothar.& c.1.de prohibi.feud.aliena per Frederi.* An vobis hæc cauſa,& motiuum iſtud, non videtur ſufficiens, quare Imperatores præſcribi vllo tempore non voluerunt, per quod totum Imperium,regnum,vrbes ſuſtentantur? & ſine quo defendi nec Imperium, nec regnum, imò nec res familiaris noſtra poſſet? Non obſtat ſecundò,rem furtiuam,vel raptam vi,annis triginta poſſe præſcribi, *l.1.C.de annal.except.* quia hoc eſſe verum regulariter admittimus,quandiu textus in ſpecie non prohibeat, vt in noſtro caſu, vbi maior quoque ratio fuit. Nam ob præſcriptionem regulariter propter deſides,& rerum ſuarum negligentes admiſſam, non ita periclitatur Imperium & omnium ſalus,atque in noſtro caſu, vt facilè ex ſupradictis patuit. † Nec obſtant tertiò gloſſa & Doct. *in d.c.1.de capit Conrad.* qui dicunt: in dubijs nō eſſe firmiorem teſtem, quàm gloſſam ordinariam, vt ibi eſt : quia

160 161 162

hoc

hoc facilè concedimus, quando res dubia est: verùm in incertis, non in certis, coniecturandum esse didicimus. Et ergo, q a leges seu capitula à nobis allegata expressè habent, nullo tempore præscribi posse, non est diuinandum.
163 dum.† Prætereà hoc, quod aiunt, glossam ordinariã esse firmissimum testem, facilè quoq; admisero, dummodò hoc nobis concedant, verba textus esse multò firmiora, à quibus recedendum non est, etiamsi mille glossæ & Doct. contrarium tenerent, quod tamen pauci, proh dolor, rectè obseruant. Vt tamen appetitui Doctorum satisfaciam, adfero aliam glossam contrariam, quæ vult expressè nec triginta annis etiam posse præscribi, *in c.1. versicu. quid ergo, in verbis, per longa. de inuest. de re alien. facta.* & sic glossa per glossam confunditur. Quartò, non obstat ille textus, in c.1.§. præscriptione. quali. olim feud. pote. aliena. qui habet, quòd præscriptione triginta annorum tam ignorans, quàm sciẽs, à repetitione feudi submouebatur: quia admittimus, quod ante tempora Conradi poterat feudum pro parte alienatum, vel totum, *vt ibi*, triginta annis præscribi. *gloss. in verbo profectò, in fin. in c.1. quid iuris, si post alien.* Verùm Conradus, & post eum Lotharius & Fredericus, animaduertẽtes hoc cedere in detrimentum Reipublicæ, ideo prohibuerunt posteà præscriptiones simpliciter, *per c.1. versic. prætereà, de capit. Conradi iuncto c.1. de prohib. feud. aliena. per Frederi.* tum ob hoc, quod Principes quoq; grauioribus impediti negotijs indies curã habere vasallorũ suorum non poterant, vt nec alij domini (vt ferè castra & aulam sequũtur) subuasallorũ animaduertere alienationẽ improbam: Iustè ergo Principes prospexerunt sibi & dominis feudorũ huiusmodi contra præscriptiones cõstitutionibus, iniquum existimantes, improbos vasallos ex delicto compendiũ facere:
164 re: dominos verò ex officio damnum sentire. † Quintò & vltimò, nõ obstat quod dictum fuit, rem allodialem annis triginta etiam hodiè, vt feudum, plenè præscribi posse, *c.1.§. si quis per 30. si de feud. defunct. content. sit.* atque ideo videri rursum rem feudalem vt allodialem posse præscribi: quia longè diuersa hæc sunt, nec eadem militat

tat ratio:quia aliud est feudum vt rem allodialem præscribere:quia in illo casu,d.§.si quis per 30. non patitur detrimentum Respublica,sed augetur,quia tenetur iam seruire:secùs in nostro casu,vbi seruitium periret. Prætereà potuisset rem illam allodialem 30. annis vt propriam præscripsisse,*l. 1.C.de annal.except.* multò magis ergo vt feudũ,& hæc satis fuerint. Ne tamen solus videar acris prædictæ sententiæ assertor & in ea refractarius, nempè feudum vllo tempore præscribi non posse, adduco pro nostra opinione etiam aliquot Doct.authoritates,vtpotè Iacob.de Ardiz.*in summa sua,in tit. quibus modis feud. acquira.* & Andr. de Isern. *in d.§.prætereà,de capit. Conra.* & Dynum, (qui tamen nullas afferunt rationes) & demùm dominum Schenckium, *in d.§.prætereà, de capit. Conrad.& c.1.de prohib.feud.aliena.per Fredericum.* †Vt ergo iam ad nostrum(vnde diuertimus)reuertamur propositum, 165
feudum præscriptione non amittitur 30. vel 40. annis. [De 40.annorum præscriptione non idem crediderim per tex.*l.omnes.C.de præscrip 30. vel 40. annorum.* quo quasuis actiones & iura, quæ præscriptione longi vel lõgissimi temporis non finiuntur, 40.annorum spacio tãtùm,nec ampliùs,durare,constitutum habemus. Et cùm ea constitutio non minùs ob fauorem Reipub. quàm feudorũ conseruatio, introducta sit,existimauerim propter generalia verba etiam in feudis locum eandem habere.Sanè verò rationes ab authore adductæ hoc tantùm efficiunt,vt præscriptionem 30. annorum sublatam esse fateri cogamur. Itaque feudalis constitutio, quæ habet, nullius temporis præscriptione feuda præscribi, iure ciuili hanc patitur exceptionem,nisi 40.annorum tempus lapsum sit,*per d.l.omnes.* In toto enim iure generi per speciem derogatur.Fiet autem hac adhibita interpretatione, vt ius feudale à iure ciuili quàm minimum recedat. Ex quo etiã illud concidere videtur.quod de centũ annorũ spacio author asserit, contra receptam sententiam,quæ à plerisque argumentis & rationibus firmissimis defensa est, quibus recẽsendis supersedendum est.] imò nec centum, quod etiam obtinere dico in casu, vbi

tanto tempore quis feudum possedit absque petitione inuestituræ, per supradicta, eandemque rationem: quam quàm non ignorem, præscriptam vltra memoriam hominum consuetudinem priuilegio, concesso à Principe vel simili æquiparari, tum quoq; pedagia, guidagia, perangaria, tributa & id genus similia, Principibus in signum eminétiæ reseruata, eo præscribi tempore. *Doct. in l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, & Doct. in c. super quibusdam, extr. de verbo. signific. & similes.* Et huius ratio esse potest, quòd cætera præscripta guidagia, vectigalia, perangaria, tributa, & id genus similia, per feuda & vasallos, quibus princeps & patria conseruatur, quoq; in tuto constituuntur perseruanturque: non enim tanti est periculi vectigal, tributum, angarium, perangariumq; amittere præscriptione, atque principatu, totaque destitui patria. Tum quoque vectigalia, tributa ijsq; similia, suo absque damno Princeps instituere rursum quodammodò potest, nó ita noua feuda, vt suo facilè nemo seruit stipendio. Vt igitur magis cauendum, vbi maius periculum, *c. vbi periculum. de electio. in 6.* ita hic sibi & suis voluisse magis prospicere crediderim verius, saniori tamen consilio semper me subijciens, Prædicta vera intelligo, nisi dominus & ij, quorum interest, præsentes & scientes patiãtur alienari & præscribi feudum, citra contradictionem. Illo enim casu putarem licitè etiam hodiè præscribi posse, *per c. qui tacet. de regul. iur. in 6. c. continebatur. de his quæ fiunt à prælato sine consensu capit. vt etiam videtur sentire gloss. in c. 1. §. 1. quid iuris, si post alien. feud. & argument. c. 1. §. prætereà. quibus modis feud. amitta. tit. 1.* Et hoc procedet, cùm emptor bonæ fidei est ignorans, scilicet feudum esse: in eo enim non est quippiam correctum de iure Canonico quoad præscriptionem, etiamsi res vitio sit affecta: defendet ergo se bonæ fidei emptor talibus iuris Ciuilis textibus & remedijs. *ex l. sicut. l. omnes. & simil. C. de*
166 *præscript. 30. vel 40. anno.* † Secùs erit in malæ fidei emptore: ille enim nullo tempore præscribet, *ex c. possessor. de regulis iuris in 6. & c. fin. de præscript. extra.* & hæc sufficiant quo ad sextã partem. Quomodo MORTE AMITTATVR FEV-

FEVDVM, quæ erat SEPTIMA PARS, latè satis docuimus in nona principali parte, vbi tractauimus de succeſſione. Nunc ergo ad decimamtertiam partem pergamus, in qua tractabimus, AD QVOS hæc FEVDA omnia AMISSA (vt hactenùs latè recensita) REVERTANTVR, an ad dominum, ad descendentes, an ad agnatos, quæ pars erit etiam vtilissima.

DECIMATERTIA PARS, AD quos amiſſum feudum deuoluatur.

SVMMARIA.

1 *Vasallus, si delinquat in dominum contemnendo, vel quasi, feudum redit ad dominum, siue sit nouum, siue antiquum, cum fallentijs.*

2 *Feudi donatio modalis est.*

3 *Glossæ error & sequacium.*

4 *Intellectus, §. fin. c. 1. quæ fuit pri. caus. benefic. amit.*

5 *Subiectum secundùm prædicatum intelligi debet.*

6 *Fallentiæ ad regulam, quòd vasallus, si delinquat in dominum, feudum quodcunque reuertatur ad eum.*

7 *Personæ delictum aliquando nocet Ecclesiæ.*

8 *Feudum commissum quibus casibus ad alium, quàm ad dominum reuertatur, cum fallentijs.*

9 *Feudum nouum amissum ex delicto in alium, quàm in dominum, redit ad dominum.*

10 *Filij quomodo ferant iniquitatem parentum.*

11 *Aluaroti error.*

12 *Feuda, ex mero contemptu amissa, ad quos reuertantur.*

13 *Vasallo intra legitimum tempus non capiente inuestituram, ad quem reuertatur feudum amissum.*

14 *De natura feudi est, vt vasallus infra præscriptum tempus inuestituram petat, aut ad dominum redeat.*

15 *Ad quos feudum reuertatur ex mero delicto.*

16 *Vasallo dominum in acie deserente, ad quem feudum amissum redeat.*

17 *Vasallo dominum de periculo certiorem non faciente, cui cedat feudum.*

18 *Vasallo domini uxorem stuprante, aut stuprare conante, cui cedat feudum amissum.*

19 *Vasallo domini filiam, neptem, nurum, vel sororem stuprante, cui cedat feudum.*

20 *Vasallus si domino insiliat, aut aliter manus inferat, cui cedat feudum.*

21 *Diuidere patri licet feudum filijs, aut filijs inter se.*

22 *Si vasallus antiquioris feudi succedat postea in feudum recentius alterius domini, an tunc posteriori domino etiam contra omnes iurare poterit, sicut fecit priori domino, & contrà.*

23 *Qualitas & forma, quæ à principio fuit in feudo, manet.*

24 *Vasallus à duobus dominis inter se bellantibus euocatus ad seruiendum, an antiquiori per substitutum seruire, vel medios fructus feudi mittere, & recentiori domino corpore seruire possit.*

25 *Vasallo dominum deferente, vel accusante, vel contra eum testimonium dicente, cui cedat feudum amissum.*

26 *Feudum si perdatur ex causis, ex quibus filij exhæredari, vxor repudiari, & donatio reuocari potest, cui id cedat.*

27 *Vasallus si fiat patricida, aut suos incarceret, cui cedat feudum amissum.*

28 *Feudum vbi ex delicto ad agnatos cecidit, an dominus tunc vasallum in gratiam recipere possit, vt maneat vasallus.*

29 *Descendentes nunquàm succedunt, quandocunque feudum ex delicto amittitur, nec agnati in nouo feudo, nisi hoc sit conuentum.*

30 *Bonis vasalli omnibus non iure feudali, sed alio iure ex delicto perditis, cui cedat feudum.*

31 *Vasallus si perdat feudum propter incestas nuptias, cui cedat.*

32 *Fiscus in feudo iuris nihil habet.*

33 *Casus in iure feudali non expressus, secundùm ius ciuile terminandus est.*

34 *De quibus incestis nuptijs intelligendum, vt priuetur vasallus feudo.*

35 *Dispensatio à Papa post incestas nuptias contractas impetrata, non*

non prodest, quominùs maneat priuatus.

36 *Vasallus filium suum, aut domesticos, domino suo, ab eis offenso, reconciliare nolens, aut saltem illos à se non separans, cadit, & feudum redit ad dominum, cum fallentijs. & numer. 43.*

37 *Filius se domino patris sui reconciliare nolens, non succedit posteà in feudo, & quid de filio filij, seu nepote vasalli.*

38 *Verbum, separare, significat aliquando non habere commercium.*

39 *Intellectus §. insuper. de prohib. feud. aliena. per Frede.*

40 *Vasallus si suum vasallum domino, offenso per illum, reconciliare nolit, cui cedat feudum amissum.*

41 *Vasallus vasalli, si dominum domini sui offensum reconciliare iussu domini sui nolit, cadit, & feudum redit ad dominum suum immediatum.*

42 *Tertius, vel quartus, aut similis subuasallus, si primum dominũ offendat, quid fiet vt reconcilietur.*

44 *Quale delictum erit in priorem dominum, vt vasallus vasalli feudum ex offensa in illum amittat, nisi cum eo in gratiam redeat.*

45 *Vasallus si secretum domini dolosè reuelet, feudum dolosè neget, canonem conuentum per triennium non soluat. feudum deterius faciat, testimonium dicat, cadit, & feudum ad dominum reuertitur. nu. 46. 47. 48. 49.*

50 *Bonis vasalli omnibus confiscatis, feudum quoque amittit: sed quæstio pulchra est, cui amissum cedat.*

51 *Res facilè ad naturam suam reuertitur.*

52 *Decisio pulchræ quæstionis.*

53 *Dominus & agnatus vasalli in feudo plurimum iuris habent.*

54 *Iniquißimum est propter peccatum vasalli domino pœnam inferri.*

55 *Crimen sequitur suum authorem.*

56 *Contra naturam est, aliquem alterius iacturæ locupletari.*

57 *Quod nostrum est, sine facto nostro in alium transferri non potest.*

58 *Lex, seu constitutio contra naturam, vel naturalem rationem lata, non est dicenda Lex seu Constitutio.*

59 *Nec Princeps, nec Papa, ius quæsitum alicui auferre potest.*

60 *Feudatarius tenetur domino ad personale seruitium.*

61 Dominus non tenetur inuitus accipere vasallum. 62.66.

63 Relictum sub conditione, modo, vel ob causam, conditione, modo, [illegible] vel causa non secuta, statim conduci aut vendicari potest.

64 In generali vendicatione bonorum, vel obligatione, non veniunt feuda.

67 Ecclesia quare priuetur feudo ex delicto prælati, durante eius vita.

68 Vsusfructus certis modis finitur.

69 Feudum instar vsusfructus est.

70 Dominus feloniam committens, proprietatem feudi perdit, & cedit vasallo.

71 Aluarotti error.

72 Vltimus inter dominos, si delinquendo cadat proprietate, an alijs dominis superioribus id præiudicet.

73 Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

74 Vasallus delinquens, causa cognita, per sententiam priuandus est.

75 Dominus qua actione in feudo vendicando contra vasallum, vel alium, vtatur.

76 Vasallus quomodo feudi proprietatem commissam à domino vendicabit.

77 Feudum ex quasi contemptu amissum ad quem deuoluatur.

78 Feudum illicitè alienatum, siue nouum, siue antiquum, vel paternum sit, redit ad dominum, exclusis descendentibus & agnatis, contra Doct.

79 Lege non distinguente, nec nos distinguere debemus.

80 Intellectus versic. si vasallus. §. fina. c. 1. quæ fuit prima causa benefic. amit.

81 Descendentes ex vasallo delinquente nunquàm ad feudum eius aspirare possunt.

82 Subiecta secundùm prædicata sunt intelligenda.

83 Vasallus quasi illicitè alienando, quasi furtum committit.

84 Cautela Baldi pro descendentibus & agnatis in casu vendicationis illicitæ ante traditionem.

85 Dolo non videtur facere, qui iure suo vtitur.

86 Intellectus versic. Titius. §. si quis decesserit, c. 1. si de feud. defunct. contentio sit.

87 Pars feudi illicitè alienata solùm ad dominum redit, non alienata remanet.

88 *Agna-*

88 *Agnati in feudo non plus iuris habent, quàm feudi natura eis permittit.*

89 *Nemo præsumitur rem suam iactare, aut externum præponere proprio sanguini.*

90 *Feudum illicitè oppignoratum, vel in dotem datum, redit ad dominum.*

91 *Feudum sæpiùs ab vno in alium subinfeudatum, si illicitè à vasallo posteriore alienatum amittatur, ui dominorum cedat?*

92 *Primus dominus quare parum, aut nihil, lædatur ex alienatione illicita per infeudatos facta.*

93 *Dominus immediatus solùm dominus est vasalli sui immediati. Domini mei dominus non est meus dominus, ibidem.*

94 *Feudum, alienatione deterioratum per vasallum subinfeudatū, redit ad priorem dominum.*

95 *Vasallus habens subuasallum, si ius suum sine domini sui & vasalli sui consensu alienet, vtri tunc feudum amissum cedat, & an solùm vtile dominium perdat.*

96 *Omnes secundò & deinceps infeudantes, seruant penes se vtile dominium.*

97 *Vasallus partem vtilis dominij perdit.*

98 *Feudum sine domini consensu alteri subinfeudatum, mortuo subinfeudante, deuoluitur ad descendentes, vel agnatos, vel illis deficientibus, ad dominum.*

99 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.*

100 *Vasallus etiam cum cōsensu domini feudum, siue nouum, siue antiquum, siue paternum alienans, non tamē præiudicat descendentibus, contra Doct.*

101 *Nihil tam naturale, quàm sequi voluntatem domini, transferre rem suam volentis in alium.*

102 *Feudum nouum applenè ad vasalluum primum pertineat.*

103 *In dubijs benigniora præferenda sunt.*

104 *Filij respectu feudi non debent deterioris esse conditionis, quàm agnati.*

105 *Fratres in feudo nouo sibi mutuò non succedunt.*

106 *Descendentes tantum iuris habent in feudo nouo, quantum agnati in feudo proprio.*

107 *Dominus, eligendo sibi vasallum, descendentes ex eo statim admittere videtur.*

130 Ad

130 *Ad hoc, vt quis dicatur expreßè consensisse, an sufficiat scientia, aut præsentem fuisse.*

131 *An tacitus consensus ante annum noceat, quò minùs quis iure retractus in feudo vti poterit.*

132 *Quare ius etiam post scientiam & præsentiam concedat retractū in feudo infra annum.*

133 *Limitatio ad regulam: Qui tacet, consentire videtur.*

134 *Procurator præsens tacendo non dicitur consentire.*

135 *Taciturnitas filij, vel agnati, ex pudore vel formidine procedens, non operatur consensum.*

136 *An filius, qui à tempore scientiæ feudum à patre alienatum infra annum non redimit, perpetuò à redemptione excludatur.*

137 *Redimere feudum, & reuocare feudum, diuersa sunt.*

138 *In dubijs æquiora, rationabiliora, & iustiora sunt amplectenda.*

139 *Qui, etiamsi velit, obstare nequit, eidem, quòd non obstet, debet præiudicari.*

140 *An tacitus vnius anni consensus reijciat filium, vel agnatum, à redimendo feudo in extraneum alienato.*

141 *Simpliciter consentiens alienationi feudi, an is illud nec redimere viuente alienante, nec etiam post eius mortem reuocare gratis poßit.*

142 *Emptum à domino feudum vasallo, an filius vel agnatus vasalli qui non consensit, id redimere vel reuocare poßit.*

143 *Descendentes, vel agnati, ignorantes feudum cum domini consensu in alium translatum, non excluduntur præscriptione, etiam longißima, quò minùs iure retractus vti poßint.*

144 *Feudum nec contra dominum, nec vasallum ignorantem, præscribitur.*

145 *Intellectus versic. præscriptione, §. porrò. qualiter olim poterat feud. alien.*

147 *Factum eius, à quo quis lucrum habet, probare debet.*

148 *Feudum nunc paßim vnus filiorum obtinet.*

149 *Pater disponens simpliciter, vt omnia bona filijs æqualiter diuidantur, illud de allodialibus bonis solùm intelligendum est.*

150 *In obligatione, vel alienatione, omnium bonorum feuda non veniunt.*

151 *Pater, si de feudo, in quod vnus tamen filiorum de iure succedere debet, vt diuidatur in omnes filios, disponat per se, etiam cum consensu filij veri & vnici successoris, secuta etiam traditione, quid iuris?*

152 *Filius hæres, an illicitam dispositionem patris in feudo sequi teneatur.*

153 *Defuncti voluntas non curanda in illicitis, & habenda pro non adiecta.*

154 *Feudalia bona, sunt bona per se.*

155 *An filius, feudum retinere volens, tenetur quæcunque legata satisfacere.*

156 *Feudum non computatur in legitimam.*

157 *An filius vasallus verus & vnicus tenebitur fratribus ad æstimationem partium feudi ipsis à patre in testamento illegitimè adscriptarum.*

158 *Cautela pro patre, volente filijs omnibus in feudo gratificari.*

159 *Vbi ex more plures filij in feudo succedunt, tunc ipsi inter se vni in diuisione attribuere possunt, sine voluntate domini requisita, & idem hoc pater in testamento disponere potest.*

160 *An filius vasallus tenetur post mortem patris seruare, quod ipse pater cum voluntate domini in testamento suo de feudo disposuit.*

161 *Domini consensus non potest alijs præiudicare in iure suo.*

162 *Paulus Castrensis notatus, & fundamenta suæ opinionis confutata.*

163 *Dispositio vasalli sine consensu descendentium, vel agnatorum, nõ valet in feudo.*

164 *Argumentum à vasallo ad libertum non semper verum.*

165 *Filius in patris inuestitura non nominatus, sed succedere debens, ex natura feudi, vel consuetudine, impedit patris alienationem, nisi consentiat.*

166 *Pater pro se & filijs semper præsumitur acquirere.*

167 *Alienatio cum consensu domini, non accedente consensu descentium, vel agnatorum, an omninò sit irrita.*

168 *Aluarotus notatus.*

169 *Alienatio prohibita est primariò in fauorem domini, & secundariò in fauorem descendentium & agnatorum.*

170 *Si dominus & proximiores agnati consenserint in alienationem*

feudi,

feudi, in id remotioribus agnatis praeiudicabit.

171 *Non valenti agere, non currit praescriptio.*

172 *Cautela pro remotioribus agnatis, vbi proximiores feudum alienatum recuperare nolunt, vel consenserint alienationi in extraneum.*

173 *Subinfeudatio potest fieri sine consensu domini.*

174 *Filius feudum, à patre in extraneum subinfeudatum, potest viuente patre redimere, vel eo mortuo gratis vendicare, si patris haeres non fuerit.*

175 *Feudum, quod pater ex allodialibus bonis suis alicui dedit, filius aut alius haeres confirmare tenetur.*

176 *An filius haeres patris tenetur semper subinfeudationem paternā saluam apud accipientem relinquere.*

177 *Subinfeudatus, si, mortuo subinfeudante, domino superiori seruire velit, recipiendus ab eo est, si feudum illud alioqui ad dominum rediret: secùs tamen, si filij extent, vel agnati.*

178 *Filius, vel agnatus, si velit redimere subinfeudatum feudum, subinfeudatus, accepto pretio, tenetur illud restituere.*

179 *Dominus & vasallus ferè in omnibus ad paria iudicantur.*

180 *Consuetudo specialis loci non extendit se extra illum locum.*

181 *Per alienationem domini sine consensu vasalli, non transfertur proprietas in vasallum, sed solùm pro non facto habetur.*

182 *Vasallus alium dominum, nisi velit, non tenetur recipere.*

183 *Dominus, si feudum sine vasalli consensu in Ecclesiam, vel pium locum, transferat, tenet alienatio, sed vasallo fit à domino, vel eius haeredibus compensatio.*

184 *An dominus feudum cum curia sine vasalli consensu alienare possit.*

185 *Sicut vasallus similem tenetur infeudare: ita dominus suam proprietatem in similem transferre tenetur.*

186 *Dominus hodie sine vasalli consensu proprietatem suam alienare non potest.*

187 *Vasallus, vbi ipso iure cecidit, an adhuc requiratur processus iudiciarius & sententia.*

188 *Omnis poena requirit iudicis sententiam.*

189 *Ad quos feudum, refutatione amissum, reuertatur.*

190 *Refutatio est quasi alienatio.*

191 *Feudum vasallus refutare non potest in perpetuum praeiu-*

dicium

dinium filiorum.

192 *Filius & agnatus domino præferuntur in redimendo.*

193 *In nouo feudo, in dominum refutato, agnati perpetuò excluduntur.*

194 *Refutatio feudi in proximum successorem, valet sine consensu domini.*

195 *Feudum in remotiorem refutatum proximior redimere potest, nō expectata morte alienantis.*

196 *Aluarotus fallitur.*

197 *Filia respectu feudi est quasi extranea persona.*

198 *Refutatio in extraneum, est mera alienatio.*

199 *Feudum, ex defectu amissum, ad quem deuoluatur, per conclusiones.*

200 *In dubio sententia rationabilior, æquior, & quæ rem facit tutiore loco consistere, semper præferenda.*

DOCVIMVS in parte præcedenti latissimè, septem modis feuda amitti: Primò, ingratitudine, contemnendo dominum: secundò, ingratitudine, delinquendo merè in dominum: tertiò, quasi contemnendo, nempè alienando citra domini consensum? quartò, refutando: quintò, per defectum: sextò, præscriptione: septimò, morte. Nunc ergo videamus ordine, AD QVOS AMISSVM FEVDVM REVERTATVR, ad dominum, an ad descendentes, an ad agnatos. Hanc materiam omnium latissimè tractauit Aluarotus *in c. 1. §. fin. in tit. quæ fuit prima causa benefic. amit.* & Zasius *in 10. sua parte*, & Andr. de Ylern. *in d. §. fin.*

Priusquam autem hanc auspicer partem, præmittam TRES generales REGVLAS ad omnes posteà sequentes conclusiones pertinentes, quarum PRIMA erit:
1 Quòd † quandocunque vasallus in dominum delinquendo, contemnendo, vel quasi contemnendo, feudum siue nouum, siue antiquum, amittit, tunc semper plenè ad dominum redire, exclusis omnibus descendentibus & agnatis, probatur *in c. 1. §. final. quæ fuit prima causa benefic. amit. c. 1. versic. cùm autem. an ille, qui interfec. fratrem domini fe.* Hanc opinionem plurimi ex iuris authoribus sine omni

ni trepidatione sunt secuti, eamq; verissimam & communiorem magis affirmarunt, id quod testatur D. Hartmannus Pistoris in Seuselitz, *libri secundi quæstionum, parte 1. quæst. 15. num. 20.* ex omnium iurisprudentum scriptis & monumentis, quæ de hac quæstione in lucem data sunt, diligenter & plenè colligens eos, qui hanc sententiam defenderunt, & amplexi sunt. Et ratio, quare ad dominum plenè redit, exclusis omnibus agnatis & descendētibus, est, quia dominus hoc a principio tacitè pepigisse videtur, quòd scilicet vbicunque delinqueretur in eū, statim per hoc iniuriæ sibi illatæ vltionem haberet, ac per hoc vēdicaret. Est enim † feudi donatio, quasi modalis donatio, quę reuocatur statim, nō sequente modo, 2
l. 1. C. de donat. quæ sub modo fiūt. Eius ergo naturæ tempori feudū est, licèt non sit expressum in inuestitura, *vt infra in hac docebimus, vt tenet alibi Curtius in quinta parte, fol. 483. nubi.* Contra hanc † tamē partē (quo ad antiquum feudum, respectu agnatorum) contrarium tenet glossa *in c. 1. de succ. feud.* [Glossam secutus est Hostiensis *in summa, tit. de feud.* & Andreas de Yiernia approbauit *in c. 1. §. denique. numer. 49. in fin. & in c. imperialem, §. firmiter, num. 30. & in c. 1. num. 4. de capit. Corradi.* Duas has inter se discrepantes opiniones ad concordiam reducere conatur Andr. de Yiern hac ratione, vt feudum quidem à vasallo ob culpam in dominum commissam ad eum redeat, sed tantisper remaneat, donec morte extinguatur, & è medio tollatur vasallus, qui deliquit. Eo vero non amplius superstite, iterum id à domino abeat, & ad agnatos perueniat. Quæ distinctio aliena esse videtur ab vtriusque sectæ defensoribus & assertoribus, quorum omnium hæc fuit sententia, vt vel ad dominum propter culpam in eundem commissam, vel ad agnatos ita feudum reuertatur, vt perpetuo apud alterutrum remaneat, & nunquam, ne à domino quidem, per agnatos auocari possit. Errauit igitur, qui hac distinctione voluit inter se dissidentes, & ex diametro contrarias, opiniones componere. Quod ad veritatem illius distinctionis attinet, vix possum adduci, vt eam approbem, & iuri consentaneam putem,

quam-

quamuis eam summo conatu viri, summi ingenij laude excellentes, defenderint, à quorum sententia deflectere mihi piaculum esse debuit, & semper fuit. Quamobrem non ad sententiam eorum refutandam, sed ad indicandas rationes, quæ me dubium & ancipitem reddunt, hæc addere volui. ET PRIMÒ iuris feudalis loci, vulgò adducti, videntur euincere, feudum propter culpam, vel iniuriam domino illatam, ad eundem reuerti, atque ita reuerti, vt eidem plenè acquiratur, nec ad agnatos vnquam, etiam post mortem vasalli ingrati peruenire debeat, id quod ex §. denique, fin. quæ fuit prima causa benefic. amittend. non obscurè colligitur. Primò enim apparet ex quæstione in principio illius §. proposita. vniuersum hoc ad explicationem susceptum fuisse, ad quem feudum amissum, propter offensionem in dominum commissam, pertinere debeat: neque hoc tantùm quæsitum fuisse, ad quem, superstite vasallo, beneficium primò pertineat, sed generaliter illud in dubitationem venisse, ad quem feudum amissum pertineat: Quæ quæstio ita generaliter proposita, non solùm id in dubitationem vocat, cui feudum viuente vasallo obueniat, sed cui etiam post mortem illius cedere debeat. Ad hoc vtrumque in disceptationem vocatum, absurdum planè videri posset, non responsum esse, sed ad alterum tantùm: Quam absurditatem non euitabunt, qui in §. quo magis, Yserniæ possint defendere distinctionem. Id vnicum responsum esse tuentur, apud quem superstite vasallo, qui feloniam in dominum commisit, feudum esse debeat. Etenim, vt diximus, non hoc tantùm, sed in vniuersum id in quæstionem trahebatur, apud quem feudum consistere debeat. Responsio autem quæstioni æqualis esse debet & conueniens. SECVNDÒ, non parum in eadem sententia nos confirmat, quòd simul & coniunctim quæsitum sit in principio d. §. denique, an feudum ad agnatos, vel ad dominum pertineat, & hæc quæstio, vno & eodem verbo (retinere) proposita sit. Quamuis autem in principio non coniunctim posteà responsum sit, per hoc ipsum

ver-

verbum, *retinere*: coniunctim tamen per æquiualens verbum responsio data est, hoc modo, quòd ob feloniam in dominum commissam, non ad agnatos, sed ad dominum, feudum reuertatur. Igitur inter hæc duo verba, *pertinere*, & *reuerti*, quodlibet idem per se significat, & eúdem sensum importat quoad dominum & agnatos: præterea in eadem orationis serie, & eodem contextu orationis verbum id, *pertinere*, sæpiùs est positum: igitur eundem decernit sensum, per iura vulgata. Ad agnatos autem feudum amissum propter culpam in alium, quàm in dominum, perpetratam, perpetuò pertinet, atque ita reuertitur, vt nunquam auocari possit. Quamobrem eodem modo ad dominum propter delictum in ipsum perpetratum, feudum pertinebit, & per consequens etiam defuncto vasallo, qui ingratus fuit, nihil iuris in eo agnatis competet. TERTIÒ, idem ratio, propter quam feudum ad dominum spectat, efficere potest. Ideò enim domino feudi permittitur, vt is damni, quod ex ingratitudine vasalli accepit, & vltionem, & recompensationem habeat, quod tamen neutiquam fieret, si feudum non diutiùs, quàm superstes esset vasallus delinquens, apud dominum resideret, sed illo mortuo auocaretur. Quid enim si vasallus iniquè & iniustè auxilium denegauerit domino, vel eundẽ in prælio dimiserit, ex quo & corporis & rerum, seu possessionum suarum, non leuem dominus fecerit iacturam, quomodo is ex feudo amisso damnum acceptum sarcire poterit & emendare, si statim, etiam post prælium commissum, vasallus interemptus fuit, & ne momento quidem feudi possessio penes dominũ consistit. QVARTÒ, pœna delicto æqualis & commensurata esse debet, nec conuenit mitiorem & leuiorem esse vindictam, quàm culpam. Leuissimè autem ingratitudo, vel pro atrocitate rei, satis vindicaretur, si vasallo mortuo feudum à domino ablatum agnatis tribueretur, præsertim si vasallus tempore delicti morti propinquus fuisset: cõtra verò grauior est pœna, & pro delicti qualitate satis acerba, si non solùm vasallus, sed posteri & agnati eius

feudo

feudo in perpetuum carebunt, faciliùs etiam à delicto abstinebit, qui non sibi tantùm, sed agnatis etiam detrimento id fore cognitum habuerit. Quin etiam vasallus extrema ætate confectus, & morti propinquus, quoduis genus ingratitudinis impunè commeret, magnamque ad quasuis machinationes & iniurias in dominum coniiciendi licentiam haberet, vtpotè qui sciret feudo dominum non diu fruiturum, & mox fore, vt id ab agnatis, morte, qui institit, subsecuta, auocaretur. Ne itaque impunitatem & libertatem huic vasallo quoduis in dominum delicti committendi iura concessisse, & hac in parte domino offenso omnem vindictam denegasse videantur, ex mente & sententia iuris feudalis esse putandum est, vt non solùm viuo & superstite, verumetiam mortuo vasallo ingrato, dominus feudo fruatur, & id plenè sine omni metu auocationis acquirat. QVINTÒ, inter vasallum & dominum ex iuris feudalis capitulis tantam æqualitatem esse constat, vt propter ingratitudinem & iniurias, vltrò citroque ab altero alteri illatas, iisdem pœnis teneantur, neque maiori pœna dominus, qui vasallum iniuria affecit, teneatur, quàm vasallus, qui in dominum deliquit: Quis autem dubitat, si vera est eorum, qui Yserniam defendunt, sententia, magnam ex ea inæqualitatem consequi inter dominum & vasallum: Quoniam ille propter commissam culpam ita proprietate sua cadit, vt spem nullam reliquam habeat, fore, vt vel ad se, vel ad agnatos, ea sit iterum peruentura. Quæ desperatio ad pœnam exasperandam non parum proficit: hic autem exploratum habeat, post mortem suam agnatos feudum recepturos. SEXTÒ, ab omnibus iuris interpretibus dubitatum fuit, num dominus perpetuò habeat facultatem reuocandi feudi sine consensu eius alienati, atque adeò in quæstionem id vocatum, num præscriptione centum annorum à reuocatione excludatur. Fuit hæc tam inter antiquos, quàm recentiores iuris feudalis & communis interpretes, semper agitata quæstio, plerisque id affirmantibus, centum annorum præscriptione ius reuocandi domino perire,

rire, aliis viciſſim id integrum manere affirmantibus: Quæ tamen non inutilis ſolùm, ſed inepta quoque fuiſſet & abſurda ſimul, ſi morte alienatoris, & ſic illius, qui feudum ob delictum amiſit, iuris nihil ampliùs domino competeret. Qui enim ſecundùm naturæ ordinem fieri poteſt, vt vaſallus, qui feudum alienauit, centum annis ſuperſtes maneat? aut quomodo ante completam vſucapionem centum annorum morte vaſalli non peribit ius quæſitum ex felonia commiſſa? vt ita perabſurdum fuerit, de eo dubitare, num centum annorum ſpatio rei vindicatio domino pereat, vel non. Nemo auté exiſtimet à doctoribus de nudo t. ntùm & ſimplici retractu venditionis dubitatum id fuiſſe, quia de iure reuocandi, quo ex felonia domino quæſitum eſt, æquè id dubitatum fuit. Quamobrem ex eo colligere licet, omnes iuris authores in ea fuiſſe ſententia, morte vaſalli delinquentis non perimi ius patroni offenſi. SEPTIMÒ facit c. ſancimus, quo temp. mil. inueſtit. petere debeat. Ex quo colligitur hæredem illius, qui neceſſitate mortis impeditus inueſtituram non petiit, retinere feudum: & ſic non ob mortis, vel aliam neceſſitatis cauſam, inueſtituræ petitio prætermiſſa ſit, eundem hæredem feudum amittere. Eſt autem inueſtituræ omiſſio genus quoddam delicti, vt multis demonſtrari poteſt: Ergo agnati propter delictum defuncti ius ſuum in feudo amittunt. OCTAVÒ facit c. fin. de capit. Conrad. Ex eo enim capitulo iudicare poſſumus, ſpecialiter in Eccleſia receptum eſſe, vt poſt mortem adminiſtratoris, qui deliquit, feudum amiſſum ad Eccleſiam reuertatur. Quid enim opus fuiſſet de Eccleſia dubitare, vel nominatim id referre, ſi etiam priuati & ſeculares hoc iure vſi fuiſſent? Non poſſum igitur cum illis ſentire, qui nihil ſpeciale hac in parte de Eccleſia conſtitutum eſſe in illo capitulo, ſed idem ius in aliis obſeruari affirmarunt, qui cum intelligerent rei euidentia ſe eouſque adigi poſſe, vt confiteri cogantur, in illo c. præcipuum quoddam ius, quod in Eccleſia obtineret, expoſitum eſſe, neſcio quò nos deducere, & in eo ſpecialitatem il-

lius capituli quærere conantur, de quo in eiusdem dispositione cogitatum nunquam fuit. Nam quòd putant in eo quid præcipui in Ecclesia ibidem constitutum esse, quòd etiam culpam in alium, quàm in dominũ commissam, feudum amissum post mortem administratoris demùm ad Ecclesiam deuoluatur, id nequaquam verisimile videtur. Cur enim deterioris conditionis Ecclesia esse debeat, quàm priuati, non video, nec quomodo ex hoc capitulo colligi id possit animaduerto. Verba quidem generaliter de feudo ob culpam Episcopi amisso loquuntur: sed cùm generi per speciem derogetur, quid obstat, quamuis illam generalitatem ex aliis capitulis ad feudum ob culpam in dominum commissam, coarctemus? EX HIS NON ERIT DIFFICILE ad argumenta eorum, qui contra nos sentiunt, RESPONDERE: Nam quòd afferunt, ex delicto alterius neminem esse iure suo priuandum, & iniquum esse agnatos sine propria culpa ius sibi quæsitum in feudo amittere, ad id non inepte vulgò responsum est: Hanc esse naturam & conditionem feudorum, vt propter ingratitudinem à vasallo commissam liberè reuertátur ad dominum, nec ab eodem ad agnatos redeant, & hanc conditionem in prima feudi concessione tacitè esse & à contrahentibus subintelligi: itaque non esse mirum, si conditio illa, sub qua secundùm tacitam illam cõuentionem feudum resolui debeat, extiterit, ad dominum id reuerti. Nec censendum est confictam hanc responsionem ad colorem obducendum falsæ sententiæ, & ad effugiendum has & similes obiectiones. Ipsa enim iuris feudalis capitula, vt demonstrauimus liquidò, nostram sententiam probant, nec aliter, saluis verbis & mente, accipi possunt. Igitur etiam ratio adducta illorum sententiæ consentanea est. NEC OBSTAT text. in c. extraord. §. fin. Ipsi enim, qui obiiciunt hæc capitula, fatentur, ad declarationem quidem iúris feudalis adduci: non autem eorum tantam esse authoritatem, vt quod iuris est certi, cõuellere queãt, vel, vt si cum capitulis aliis pugnauerint, à sentẽtia certa recedendũ sit, neq; id rarò fieri, vt cum ordinariis capitulis

pitulis pugnent.] d.gl. vult agnatos nō excludi ob culpam à vasallo commissam in dominum, quam sequitur Andreas de Ysern.*in c.1.si vasal feud.priuetur.*& Hostiens. *in sua summa, de feud.*& demum ipse Zas. dubius *in 10. parte sui tract.feud.folio 74.mihi.* propter textus feudi dubios, vt inquit: propterea † quòd d. §. fin. quæ fuit prima caus. benefic.amittendi, vtitur verbo (proximos) quod aliqui intelligunt de descēdentibus, aliqui de agnatis: & propter verbum (quandocunque) quod alibi habet text.in c.1.si vasal.feud.priuetur.vbi dicit, quòd feudum quandoq; ad agnatos reuertitur, quod verbum mouit Andr. de Yser.Sed paucis, putauerim de iure veriorem esse nostram regulam. Et miror Zasium, virum alioqui doctissimum, hanc partem dubiam dicere, quum tex. sint plus quàm apertissimi, qui refutari & aliter intelligi nō possunt, vt primo illo feudali responso mōstratur, quo hac forma exprimitur in c.1.an ille qui interfe. frat. domini: Quia tamen erga dominum felonia non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit. Postea statim subiungit: [cùm autem ad dominum respicit felonia, tunc feudū domino aperitur:] hoc textu quid potest esse clariùs, apertiùs, dilucidiùs? Secundò, cùm text. alio loco apertè dicat *in d.c.1.§.fin.quæ fuit prima cau.benefic.amit.* quòd dominus habebit illā iniuriæ suæ vltionem: nō video, quare verbum ibi positum (proximos) non etiā de agnatis intelligi debebit, cùm aliàs iniuriæ sibi illatæ vltionē non consequeretur dominus, si ad agnatos reuerti deberet. Tertiò, posito, quòd secundùm Dd. vt volunt, verbum (proximos) positū in primo responso, d.§.fin.quæ fuit prima caus. benefic. amit. loquatur de descendentibus tantùm: ergo non minus quoq; verbum (proximos) positū in secundo respōso, d.§.fin. intelligi debet de descendentibus tantū, quia in eodem termino loquitur & vno contextu. Nam † sine dubio subiectum secundùm prædicatū intelligi debet, *arg.§.præterea, Instit.de inutil.stipul.* Sed si ita intelligeremus, esset falsissimus d.§.fin. Nam vbi culpa feudū amittitur, tunc nunquā descendentes succedunt, *c.1.§.licèt, versic.si*

4 5

vasallus culpam si de feud.defunct.content.sit. ergo necessariò in in vtroque responso de agnatis verbum(proximos) intelligi debet, quod etiam finis §. satis indicat, dum inquit: [si tamen beneficium fuerit paternum.] Præterea, si volunt intelligere d. §. final. vtrobique de agnato, & in primo responso de nouo tantùm feudo loqui, vt aliqui volunt, *vide Aluarotum in d. §. fin.* nec hoc obtinere posset. Nam ita de indubitabili textus ibi loqueretur, cùm certum sit satis, quòd agnati in nouo feudo non succedunt: rectè ergo vtrobique de agnatis loquitur. Et hanc nostram partem quoque tenuit glossa sibi contraria *in §. licèt vasallus, versi si vasallus culpam, si de feu. defunct. content. sit.* & sequitur Iacob. de Beluis. Bald. & Aluarot. *in d. §. fin.* Nec obstat verbum (quandoque) *in c. 1. si vasal. feud. priuetur.* vbi dicitur: vasalli feudum delinquentis licet ad agnatos quoque pertineat, &c. quia illud verbum (quãdoque) ad hoc referri debet, quod distinxit ibi textus, nempè, an delictum esset commissum erga dominum, an erga alium, vt in sequentibus docebimus: nam feudum paternum ad dominum etiam, si in alium, & non dominum, delictum fuit commissum, aliquando reuertitur: *vt ibidem in fine d. §. licèt, versic. si vasallus culpam. si de feudo d. funct. content. sit inter dominum & agnat. vasal.* scilicet, vbi nõ sunt agnati vltra quartum gradum: & ergo inquit (aliquando.)
6 FALLIT primò hæc regula, † si dominus in causa fuerit, vt sibi offensa vel felonia fieret: veluti quia adulterantem vxorem leuiùs tulit, vel cum ea conniuit, malitiæ fenestram aperiendo, & ad calicem stertendo: (vt dicitur) His enim casibus & similibus, non ad dominum, sed ad agnatos feudum reuertitur, *ita Aluarotus in d. §. final. conclusione 6. & facit alibi textus bonus in l. si opera, ff. de doli exceptio. quem sequitur etiam Zasius in decima parte, folio 74.* FALLIT secundò, si domino consentienti fieret iniuria, ad hoc, vt feudum consequi posset, & agnati fraudarentur. Hoc enim casu rursum non reuertetur ad dominum, sed ad agnatos, si descendentes non sint, *l. non fraudantur. ff. de regulis iuris, c. scienti, de regulis iuris, in sexto.* Si verò in fraudem filiorum dominus & vasallus collude-

luderent, hoc casu ad filios reuerti debere diceret, quia domino volenti non fit iniuria, imò fraudum fomenta sunt auertenda, *ita Aluarotus in dicto §. final. & Zasius dicto loco, & est text. ad hoc in l. final. ff. de eo per quem factum erit.* Neque his casibus dominum gratiam posse facere huic vasallo existimarem, restituendo illi feudum, vel delictum illi condonando, in præiudicium agnatorum: quia iam aliquid iuris acquisiuère per delictum vasalli commissum, de quo posteà aliquid in sequentibus dicam. FALLIT tertiò, si tenor inuestituræ haberet, vt non solùm pater, sed & filius nominatim haberet feudum, & hoc viuo patre, tunc certè filio in sua parte non prçiudicabitur, *argument. l. si quis Titio, ff. de vsufruct. accrescen. Aluarot. in d. §. fin. conclusione 8. & Andreas de Ysernia in c. 1. si vasal. feud. priuetur.* Sed quid si in inuestitura dictum esset, do tibi feudum, & tuis liberis seu descendentibus, non tamen nominatim dicendo, scilicet Petro & Paulo, vel similiter, an etiam hoc casu per delictum patris filij & descendentes feudo priuabuntur? Certè Zasius *in decima sua parte, fol. 73.* videtur simpliciter tenere, quòd non priuabuntur, sed quòd proprio iure venient, ad quod Doctorum autoritates adfert quamplures, & maximè Bartol. *in l. eum qui, de interdict. & releg.* Sed ego hoc simpliciter ita esse verum non puto. Nam etiamsi pater acquisiuisset feudum pro se & descendentibus liberis, putarem hoc non ampliùs tantùm efficere, quàm si simpliciter sibi soli acquisiuisset, non habita mentione liberorum: nam quilibet præsumitur pro se semper & liberis acquirere, etiamsi non exprimatur, *c. 1. de duobus fratr. à capitan. inuestit.* quod etiam feudi natura requirit, *c. 1. in fin. in quibus causis feud. amit.* nisi ex coniecturis posset constare, quòd tam nomine filij, quàm suo, acquisiuisset, vel dominus solùm propter filium patri concessisset, veluti, cùm filius bona multa aliquando præstitit domino, eum in bello iuuando, vel alibi, pater minimè: hoc casu si propter benemerita filij dominus patri feudum concessisset, siue simpliciter patri solùm, siue simul cum filio, iam benè admitto, per patris delictum filium feudo

non priuari, quia hîc filij potiùs contemplatione datum videtur, quàm patris, quæ coniecturæ discendæ erunt ex iis, quæ Doct. alibi notant *in l. fin. C. de vsufruct.* vbi pulchrè hoc docetur, & maximè à Salicet. Si verò istud non constat, & vsus est pater verbis, pro se, filiis, & descendentibus, puto tamen æquè tunc filios, & omnes, excludi, vt etiam vult Aluarotus *in d. §. fin. conclus. 8.* Censetur enim tunc contemplatione patris dedisse. Andreas tamen de Yser. distinguit *in c. 1. si vasal. feud. priuetur.* an proprio nomine appellauerit, an appellatiuo, priore casu, contemplatione filij etiam datum: secundo casu, non, quod tamen nihil est. Nam etiamsi quis dederit, vel legauerit aliquid Petro filio Iacobi, vel instituerit hæredem: æquè tamen censetur contemplatione patris Petrus institutus. *text. in l. filius familias, ff. de condit. & demonstr. argum. l. cùm aliquis, C. de iure deliber. argum. l. ciuibus ff. de rebus dubijs.* Sed quid multis? in nostro casu descendentes, & omnes collaterales feudo priuari, & in eo etiam præiudicari illis per delinquentem patrem, vel superiorem, author & testis est ipse Bartol. *in d. l. eum qui, ff. de interdict. & relegat.* quem malè pro se allegat Zasius *in 10. sua parte.* Et ergo non temerè credendum allegationibus Doctorũ. Et certè si in tali casu, vbi quis pro se, filiis & descendentibus accepisset, delicto parentis descendentes non priuarentur, non video quomodo vnquam dominus habere posset vltionem iniuriæ sibi illatæ, *ex d. §. final. quæ fuit prima causa benefic. amit. vt quoque infra latiùs docebimus.* FALLIT quarto, si tenor inuestituræ haberet, multis esse datum æquè principaliter: hoc etiam casu, si vnus illorum in dominum delinqueret, non faceret tamen feudum deuolui ad dominum, sed maneret penes alios, quo ad partes illorum. *Aluarotus in d. §. fin. conclusio. 7.* delinquentis tamen pars ad dominum rediret. FALLIT quintò, si vasallus dominum à morte, hostibus, seu latrunculis liberasset, & ob hoc ei feudum esset concessum. Illo etiam casu, quamuis in dominum delinquat: non tamen feudum amittet, *ita Baldus in c. 1. in titul. an mutus, vel sur. dm. ad quod allegat l. si pater. §. fin. ff. de donatio. sequitur*

Zasius

Zasius in 10. parte, fol. 74. Habet enim potiùs loco mercedis, quàm beneficij, vt antè alibi quoque docuimus. FALLIT sextò, si vasallus in dominū delinqueret primò iniuriatus & lacessitus, ita vt sine periculo & vitæ discrimine abesse non potuisset, *l. veluti, ff. de iustit. & iure, & l. is qui aggressorem, C. ad leg. Cornel de sicar. & similibus.* FALLIT postremò, si Ecclesiæ, communitati, vel ciuitati feudum concessum esset, & eorum administrator peccasset in dominum: isto casu vult Aluarotus *in d. §. fina. in 13. conclusione.* apud reliquos plenè manere, & nihil redire ad dominum, vt feudum æquè principaliter omnibus datum: Sed putarem aliter dicendum, quòd ciuitas, communitas, vel Ecclesia, amittet quidem feudum, & ad dominum reuerteretur, quousque viuit administrator, & hoc ideo, quòd talem præfecerint administratorem, *argum. §. item exercitor. Instit. de de obligat. quæ ex quasi delict. nascun.* post mortem tamen eius redire ad Ecclesiam, communitatem, vel ciuitatem, *arg. c. 1. §. fin. de capit. Conrad. vbi satis hoc prob. & sic quoq; voluit Iacob. de Ardiz. in sua summa, in rubr. an vasal. vniuer. in tit. quib. mod. feud. amit. & in eam sententiam declinare videtur alio loco Aluar. in §. præterea, de prohib. feud. alien. per Fred.* Et ita hîc est casus,† vbi personę delictum nocet Ec- 7
clesiæ, contra l. iubemus, C. de sacrosan. eccles. & c. delictum personæ, de reg. iur. in 6. Si tñ aliquis priuatus, nō administrator, offenderet dominum, ex hoc ciuitas, vel alia vniuersitas, vel Ecclesia feudum non amitteret, *ita Aluar. in d. §. præterea. 2. & sequitur Zasi. in 7. sua parte.* quod est notandū. SECVNDA regula generalis erit,† quòd quan- 8
docunque feudum amittitur, peccando non erga dominum, sed aliū, (*vt suprà in parte 12. latè docuimus.*) hoc casu, si feudum paternū fuerit, seu antiquum, nō redibit ad dominum, sed agnatum collateralē in quarto gradu, vel vlteriorem, exclusis omnibus descendentibus & agnatis infra quartum gradum: hęc regula probatur *in c. 1. §. licèt, vers. si vasallus culpam, si de feud. defunct. conten. sit. c. 1. si vasal. feu. priuetur.* Nec obstat textus ille, qui dicit, proximos ad agnatos redire, in §. fin. quæ fuit prima caus. benef. amit. qa verbū (proximos) ibi intelligi debet de ꝓximiorib⁹

vltra tertium & quartum gradum, *secundùm c.1. §. licèt, versic. si vasallus culpam, si de feud. defunct.* Atque istud est, quòd aliquando ad dominum, aliquando ad agnatos redire textus alio refert, *in c.1. si vasal. feudo priuetur.* propter agnatos existentes intra quartum gradum, qui non admittuntur, vlteriores maximè. FALLIT ista regula in casu, vbi quis proprium fratrem, vel similem, occidisset: nam iniquissimum esset, & nimis austerum & inhumanum, quòd filij interfecti fratris, qui sunt delinquenti in tertio gradu, feudo priuarentur, certè hîc dolor dolori adiungeretur, *argum. l.1. C. si ante apert. tabul.* Sufficiet ergo illis mors patris: prædicto ergo modo limitandam regulam arbitror, *in d. §. licèt, versi. si vasallus culpam, si de feudo defunct. content. sit, c.1. si vasallus feud. priuetur.* FALLIT secundò prædicta regula (vbi diximus, ad agnatos vltra quartum gradum redire) in iis agnatis, qui licèt extra tertium gradum sint: non tamen sunt agnationis communis, hoc est, non descenderunt ab eodem stipite, qui primò accepit feudum, *de quo in c.1. de success. frat. & grad. succedent. in feud.* Et hoc est quod voluit alibi textus *in d. versic. si vasallus culpam, in verbis, dummodò ad eos pertineat, rursum in c.1. in fin. si vasallus feudo priuetur. in verbis, dum tamen hos constet ab eo per masculos descendisse.* TERTIA erit † generalis REGVLA, feudum nouum, per vasallum amissum, delinquendo non in dominum, sed alium, æquè tamen redire ad dominum, exclusis omnibus descendentibus, *per d. versi. si vasallus culpam.* Sed quæret hîc aliquis rationem, quare descendentes semper excludantur, tum etiam agnati ad quartum gradum. Certè rationem dat Andre. de Ysern. *in c.1. si vasallus feudo priuetur.* quòd sicut pater honestè in curia stare non posset: ita quoque nec descendentes & collaterales in linea transuersali, propter sanguinis propinquitatem: Nam vt consanguinitas (vt opinor) ad quartum vsque gradum manet, *c. non debet, extr. de consanguin. & affinit.* ita eò vsque aliquid rancoris, latentisque vitij & vindictæ illis inesse opinati sunt. Ex vitiis enim paternis filiorum & propinquorum vitia metimur, & præsumimus, *argument. l. quòd si nolit, §. mancipia,*

9

cipia.ff.de ædil.edict. quod Zasius sequitur,*in 10.parte,fol.73.* Et Baldus ad terrorem delinquentium, & ad refrenandum vasallorum vitium, singulari iure feudorum receptum esse inquit, & benè.*in c.1.versicu.si vasallus culpam.si de feud.defunct.* Nec obstat his, quòd filij non ferent iniquitatem parentum, & contra. *cap.18.Ezechielis.* † Quia illa 10
sententia Prophetæ de pœna mortis æternæ intelligitur, vt patet ex Augustino, *in c.quæris.de consecr.ut.distinct.4.* Nam pœnam mortis (quoad corpus) ob aliena scelera, innocentes etiam, plerique diuina vltione sunt perpessi, vt latè in veteri Testamento testantur historiæ, vt secundo Regum *c.vltimo,* de Dauide, qui populum numerari iussit, & Exod.9.*cap.* de plaga Pharao. & Genes.19. de Sodomorum filijs, *de quibus in c.Ecclesia.1.quæst.4.* Nec minùs de iure positiuo, tam Cano. quàm Ciuili, filij, vel descendentes, propter delictum parentum puniuntur, veluti in hæretico, *c.vergentis.de hære.* & committente crimen læsæ maiestatis. *in l.quisquis.C.ad leg.Iuliam maiest. & in c.quibusdam,extr.de pœnis.* † Non tamen ignoro Aluarotum, 11
text.*d.c.1.§.licet,versic.si vasallus culpam,si de feud.defunct. &,c.1.si vasal.feud.priuetur.* aliter intelligere. *in d.§.fina. quæ fuit prima causa benefic.amitt.in 12.conclus. & d.versi.si vasallus culpã.* dum putat nullos excludi agnatos, cum delictum commissum est in alium, quàm dominum: sed descendentes solùm) & ergo primum etiam in gradu agnatum, vel secundum, semper succedere: sed erat per dicta iura, à nobis antè citata. Alium enim intellectum habent illa capitula, per illum allegata, quæ ad hanc rem faciũt nihil. Et hæc suffecerint quoad generales regulas.

Nunc ad speciales transitũ faciemus, explicantes iam ordine rursum, AD QVOS FEVDVM AMISSVM REVERTATVR.† Et quemadmodum in parte duodecima præcedente PRIMÒ TRACTAVIMVS, quomodo feudum ex mero contemptu amittatur: ita quoque iam nunc primò ad quos talia feuda reuertẽtur, declarabimus ordine. † PRIMA ergo CONCLVSIO erat in parte duodecima, si vasallus miles intra annum & mensem, paganus intra annum & diem inuestituram 12 13

 non

non peteret, per hoc feudum amitti. *de quo in c.1.quo tempore miles inuestit. & c.1.in princip. quæ fuit prima causa benefi. amitit.* Hic iam dicetis, secundùm Doctores, si feudum sit nouum, ad dominũ: si antiquum, ad agnatos redire, vel ad liberos, *ita Andr.de Isernia in c.1.quo tempore miles. & in §.fina. quæ fuit prima causa benefi.amit. & eum sequitur Aluarot.in d.§.fina.in conclusio.20.quem omnes Doct.sequuntur, d.§.fin.quæ fuit prima causa benefic.amitt.* Sed certè ego aliter sentio, propter textum apertum, qui vult expressè, quod quandocunq; culpa in dominum committitur, quod tunc ad dominum reuertetur, exclusis tam descendentibus, quàm agnatis. *expressè in c.1.an ille qui interfec.fratr.* Et hoc siue nouum fuerit, siue paternum, *vt suprà etiam in regula prima docuimus.* Cùm ergo hic delinquat in dominum culpa, non petendo inuestituram, quare non ad dominum reuerteretur, exclusis etiam omnibus, vt habeat iniuriæ sibi illatæ vltionem. *ex d.§.fina. quæ fuit prima causa benefic. amitten.* Non enim negari possit, quin per hoc delinquat, quod inuestituram accipere & fidelitatem iurare non voluit: si ergo delinquat, certum est, quod descendentes ad feudum aspirare non possunt, *per c.1.§ vasallus feud. priuetur. & d.versic.si vasallus culpam.si de feud.defunct.* Frustrà ergo admittunt, quod in feudo paterno isto veniant filij, excluso domino. SECVNDÒ DOCVIMVS satis superque in generalibus regulis, quòd in delictis commissis animaduertendum potissimùm esset, an contra alium esset commissum delictum: si contra dominum, quòd tunc ad dominum reuerteretur pro iniuria sibi illata: si contra alium, quod tunc ad agnatos, vt pulchrè distinguit textus, *d.§.fin.quæ fuit prima causa benefic. amitten.* qui in fine positus respondet ad omnia prædicta, *in d.titulo:* sed anteà in primo.§.dicti tituli, ponit illam ingratitudinem, quando debito tempore inuestituram vasallus non petit, vbi dicit, per hoc ingratitudine feudum amitti. Iam iste §.fina. docet statim in fine, ad quos feudum ita amissum redire debeat, & pulchrè distinguit, (*vt antè diximus*) an in dominum, an erga alium deliquerit: rectè & agnati ergo excludentur. Quid multis? est

est textus apertus, in c.1.§. prætereà. 1. de prohib. feud. aliena.per Frederi. licèt Doct illum de nouo feudo saltem intelligant, sed malè. † Est enim de natura feudi, 14
intra præscriptum tempus inuestiturá peti debere, aut plenè ad dominum redire. Prætereà Doct. admittunt simpliciter benè in feudo nouo (licèt filijs per hoc præiudicetur) redire feudũ ad dominum: miror ergo quod non æquè admittunt in antiquo, cum non minùs tacitè videatur sibi dominus prospexisse, ne cõtemneretur à tertio, vel quarto aliquo, in feudo antiquo, quàm à primo in feudo nouo. Sed respondent Doct. quod in antiquo aliquid iuris est agnatis acquisitum, quod sine culpa eorum ijs auferri non debet, *per l. non debet. ff. de regul. iur.* quibus respondeo, quòd de natura feudi sit, quòd dominus non debeat ab vllo cõtemni, & si fiat, statim recipiet in vltionem suæ iniuriæ, & sub tali modo illi feudum datum tacitè, *argum. l. 1. C. de donatio. quæ sub mod.* Cùm ergo agnati plus iuris ad feudũ non habeant, quàm natura feudi illis concedat, non possunt agnati dicere, per hoc illis aliquid detractum, si dominus vendicet. Et hęc apertè satis probantur per text. qui cauillari non potest, c.1. de allodijs, &, c.1.§. firmiter. de prohibit. feud. alien. per Frederi. vbi ad dominum ex culpa in eum commissa redit, siue nouum, siue antiquum fuerit, secundùm gloss. & omnes Doct. ibi, cùm tamen fiat ibi præiudiciũ agnatis: imò sequeretur absurdum, si Doct. assertio vera esset. Nam quid si vasallus agnatus rursum intra tempus pręscriptum inuestituram petere nollet, & sic deinceps alius agnatus post eum, nunquid dominus perpetuò sine vasallo iurato deberet bellare? non habet rationem: Quare cùm certum sit in nostro casu, non contra alium, sed contra dominum, delinquere non pręstando fidelitatem, nihil obstabit, quominùs ad dominum reuertatur, exclusis filijs, & omnibus etiam agnatis, secundùm primam regulam. Secundò, in CONCLVSIONE SECVNDA partis duodecimæ diximus, feudum amitti, si abusiuam inuestituram dominus dedit, & cupit tunc vasalli fidelitatem, quò magis tradat inuestitu-

ſtituram realem, & vaſallus renuit, *ex c.1.§.eſt & alia. quæ fuit pr.causa benefi.amitt.* Hîc rurſum dicetis, quod tale feudum ad dominum redibit, quia per hoc dominum contemnit, & ei fit iniuria, *d.§.fin. quæ fuit prima causa benefi.amit.* TERTIÒ, DIXIMVS amitti feudum, ſi ter citatus vaſallus, vt de culpa, impoſita ſibi à domino, ſe purgaret, non venerit: Rurſum dicetis hîc redire ad dominum, excluſis agnatis & deſcendentibus, quia contra eum per hoc peccatum eſt, *d.§.fina. & text.in c.1. de milite vaſall. qui contumax, &c.* QVARTÒ, DIXIMVS amitti feudum, ſi euocatus vaſallus ad expeditionem medio tempore nō venerit, nec ſubſtitutum, nec fructus ſuo nomine miſerit: Hîc dicetis ad dominum redire, *c.1.§.firmiter. de probib. feud. aliena. per Frederi.* QVINTÒ, DIXIMVS feudum amitti, ſi ſpontè recuſaret domino ſeruitium præſtare, pro quo illi conceſſum erat, *c.1.§.ſed non eſt alia. quæ fuit prima causa benefi.amit.* Hîc dicetis ad dominum redire: peccat enim in dominum, *d.§.fina.* qui immediatè ſequitur omnes §§. præcedentes. Sextò, diximus amitti feudum, ſi vaſallus domino iuſtitiam facere nollet, *c.1.§. item qui dominum, verſic. illud enim. quæ fuit prima causa benefi.amitt.* Hîc dicetis redire ad dominum, cùm in eum peccet, contemnendo eum, *d.§.fin.*

Hactenùs ad quos feudum amiſſum per contemptum

15 reuertatur: †Nunc, AD QVOS FEVDVM AMISSVM PER MERVM DELICTVM REVERTATVR, dicamus. †In hac ſecunda parte diximus ſuprà

16 in parte præcedẽte duodecima, PRIMÒ, ſi vaſallus dominum ſuum in acie periclitantem dimitteret, ob hoc feudum amittere, *§.item qui dominum. quæ fuit prima causa benefi.amit.* Hîc nunc dicetis, illud feudum ſtatim redire ad dominum *ex ſuprà dictis, in d.§.fina. quæ fuit prima causa benefic. amit. & per ea, quæ in principio huius partis ad primam regulam diximus,* & hoc excluſis omnibus deſcendentibus & agnatis, etiamſi feudum ſit paternum, *per c.1. item ſi fidelis, in ſecto*

17 *verſic. his omnibus quibus modis feudum amit. tit.1.* †SECVNDO diximus, ſi vaſallus ſciret periculum domino imminere, quoad perſonam, vel circa bona, & non certioraret,

quod

quod per hoc feudum amitteret, *§.item qui dominum.versic.*
præterea.quæ fuit prima causa benefi.amit. Hîc rursum dicetis,
ad dominum redire plenè, siue nouum, siue antiquum,
quia in dominum peccat, *ex suprà d.prima regula ex §.fina.*
† TERTIÒ, diximus feudum amitti, si domini vxorem 18
adulteraret, vel adulterare attentaret, *c.1.item fidelis, quib.*
modis feud.amitt.tit.1.§.item qui dominum, versicu.rursus. quæ fuit
prima causa benefi.omitt. Hîc dicetis, ad dominum redire, vt
habeat iniuriæ sibi illatæ vltionem, *d.§.fina.* quæ ratio in
omnibus adhibenda est, vbi in dominum peccauit, quæ
ponitur in sæpiùs citato loco, *in d.§.fin. quæ fuit prima causa*
benefi.amit. & etiam expressè probatur alibi. *in d.§.item si fi-*
delis, versic.his omnibus, quibus modis feud.amit.tit.1. † QVAR- 19
TÒ diximus, si filiam, neptem, nurum, sororem domini
stupraret, amitti feudum: Hîc dicetis, statim redire ad
dominum ex ratione suprà dicta. † QVINTÒ, diximus 20
amitti feudum, si dominum assiliret, vel vicum, vel eius
castrum, vel aliàs impias manus inferret: Hîc dicetis ex
omnibus illis causis feudum ad dominum redire, *ex su-*
prà dicta rursum regula prima, & ratione, de qua in prima regula hu-
ius partis, & per text.apertum d.c.1.§.item si fidelis, versic.his omni-
bus, quibus modis feudum amit. Et hoc nisi pro antiquiore do-
mino faceret, vt in parte duodecima satis docuimus, vbi
illum antiquiorem esse diximus, cui prius iuramentum
fidelitatis præstitum est ex alio aliquo feudo. Sed hinc
olim magnæ fiebant altercationes & difficultates ali-
quando: † Veluti in casu, quando pater à diuersis habe- 21
bat feudum, & moriens relinquebat filijs duobus reli-
ctis duo ista feuda separatim, vnicuique scilicet vnum,
per diuisionem (quod fieri licitum est, vel per patrem,
dummodò æqualiter fiat, vel etiam per fratres inter se.
per c.2.de prohib.feudi aliena.per Lothar. & c.1.de natu.success.feud.
in c.1.§.omnes filij.si de feud.defunct.content.) iam si frater, qui
antiquius feudũ non acceperat ex diuisione patris, mo-
riatur, (præstito prius iuramento domino suo contra
omnes, vt frater etiam de antiquiore feudo suo domino
fecerat.) † Quæstio est, quando iste frater, qui antiquius 22
feudum habuit à patre, superstes iuramentum domino
fra-

fratris sui mortui præstare debet, an iurare debeat, se adiuturum dominum contra omnes simpliciter, vt frater fecerat, an minùs, excipiẽdo scilicet suum dominũ, cui anteà iurauit? Et videbatur primò, quod contra omnes simpliciter, vt frater, qui obijt: quia iste succedit in locum éius, qui prius iurauit fidelitatem contra omnes, nullo excepto. Sed paucis, eo non obstante, iste frater, qui feudum antiquius habuit respectu patris, & fratri successit, non tenebitur ipsi tum iurare, vt frater fecerat: sed excepto suo domino antiquiore, *text. in d.c.2. de probib. feud. alien. per Lotha.* Nam tempore præcessit ille dominus, & eorum pater ita iurauit, qui stipes inspiciendus est, respectu cuius alterum feudum antiquius erat altero, in quo etiam omnes Doct. ibi consentiunt. Sed quid erit in casu conuerso, vbi ille frater moritur, qui antiquius feudum habuit. & qui minus antiquum habet succedit fratri? an iam ille domino illius feudi iuramẽtum præstare debeat, excepto suo domino antiquiore, cui primò iurauit contra omnes: an verò vt frater suus, qui iurauit omni excepto. Et putant aliqui Doct. Iacob. Beluis. *in d.c. 2. de probib. feud. alien. per Lothar.* quem sequitur Martin. Lauden. *d. loco.* quòd non teneatur iurare vt frater, sed quod excipiet suũ antiquiorem dominum, cui prius iurauit. Nam, inquiũt, iurauit semel suo principali domino simpliciter contra omnes: si iam deberet domino fratris contra omnes iurare, vt frater, hic fieret periurus. †Sed paucis, puto contrarium verius, *per d.c.2.* Quia tacitè videtur dicere text. quòd qualitas, quæ à principio fuit in feudo, & forma, quòd illa maneat, maximè, cùm ad vnum ambo feuda separata veniunt, vt apud patrem simul fuêre. Nec obstat, quòd dicitur fieri periurus: quia hoc puto verum nõ esse: nam dico, quod qualitas & natura feudi hoc in se habere censetur, vt ita demùm contra omnes vim iuramentum habeat, quandiù illi posteà feudum non obueniat, quod apud parentes antiquiùs fuerat respectu duorũ. Est enim quodãmodò conditionale istud iuramentum, & est in suspenso, an quid tale postea eueniat, quod etiam in ef-

23 (margin, beside "hic fieret periurus")

fectu voluit Aluarot. *in d.c.2. & per ea, quæ ibi notat.* †Sed 24
quid, si æqualem sibi pro se in ista prædicta cōclusione, vel fructus medios illius anni, mittere vellet? anne iam excusaretur, & posset minori domino contra antiquiorem assistere? Ex §. firmiter. de prohib. feud. alie. per Freder. putarem, quòd non. Nam hoc obtinere existimo, quando ipsemet seruire non possit, impedimēto aliquo obstante, secùs vbi vult seruire: nam iniquum quasi esset in potestate eius consistere, cui corpore vellet gratificari, & sic puto limitandum text. d. §. firmiter. SEXTÒ DIXIMVS, si amicitias contraheret cum hostibus domini, per hoc feudū amitti, *c.1. quot testes sunt necess. ad feud. ingrat. proban.* Rursum hic dicetis, quod ad dominum redibit, quia in dominum peccatur, & illi fit iniuria, *d. §. fi.* Aequiparatur enim causæ, quando dominum cucurbitauit, *in d.c.1. quot testes sunt necessa.* ex quo dubium non est, ad dominum redire: ergo & hic. †SEPTIMÒ DIXI- 25
MVS, feudum amitti, si delator vasallus, accusator, vel testis contra dominum esset, *c.1. §. item qui dominum, versic. item si delator, quæ fuit prima causa benefic. amitt. & c.1. §. in quibus. de consuetud. rect. feud.* Hic dicetis, tale redire ad dominum, exclusis omnibus, *d. §. fina. quæ fuit prima causa benefic. amitten.*
†OCTAVÒ DIXIMVS, ex omnibus causis commissis 26
erga dominū, ex quibus filius à patre exhæredari, vxor repudiari, donatio reuocari possit, feudum amitti, *c.1. §. prædictis. quæ fuit prima causa benefic. amit.* Hic dicetis rursum, tale feudum ad dominum redire, cùm amittatur peccando culpa in dominum, *ex dicta regula. §. fina.* † NO- 27
NÒ DIXIMVS, si vasallus interfecerit fratrem suum, vel aliquem, ex quo parricida dici posset, *de quibus in l.1. ff. ad leg. Pompe. de parri.* per hoc feudum amitti. *c 1. an ille, qui interfec. fratrem domini, c.1. §. similiter. quibus modis feud. amit. c.1. §. fin. 2. responso. quæ fuit prima causa benefic. amit.* Idem esse Baldus inquit, si prædictos incarcerat, quē sequitur Præposit. Martin. Lauden. & demùm Schenck. *in d. §. omnes. fina.* quod tamen verum ita demùm putarem, si carceri perpetuo quasi mancipasset. Hic dicetis, quod feudum redibit ad agnatos, & non ad dominum, ex supradicta

dicta regula. *§.fina.in 2.responso.* (quia hîc non peccauit in dominum, sed in alium) non tamen agnatos proximos, sed eos tantùm, qui vltra tertium gradum sunt, *c.1.versi. si vasallus culpam, si de feud.defunct.* Nec ijs obstat (quod ad dominum redire debet) textus, qui alibi inuenitur, *d.c.1. §.similiter, iuncto versic.his omnibus, quib.mod.feud.amit.* quia intelligi debet, quando est vel feudum nouum, à quo agnati excluduntur, vel feudum paternum, cùm tamen non sunt agnati vltra tertium gradum, vel sunt vltra tertium gradum, non tamen sunt agnationis communes, secundùm ea, quæ habentur alibi, *in c.1.§.licèt, versi.si vasallus culpam.si de feud.defunct.& c.1.in fin.si vasal.feud.priuetur. &, c.1.de success.frat.& grad.succe.in feud.* vbi hæc probantur. aliàs nō excludentur, sed ad eos deuolui debet, per d.§.fina. ad quem textum aliàs responderi non posset. Nec obstat quoque, quod Aluarot. *in d.§.fina.in 11. conclus. quæ fuit prima causa benefi.amit.& in c.1.§.licèt, vers.si vasallus culpam.si de feud. defunct.content.sit.* putat, agnatos ad quartum gradum non excludi: quia reprobatur per textum suprà semel allegatum, *per c.1.§.licèt, versic.si vasallus culpam. si de feud. defunct. content.sit.* Nam textus per eum allegatus ibi in alio casu loquitur, vt suprà in tertia generali regula diximus.

28 † Sed dicet hic aliquis, quid si dominus vasallo condonare vellet, vbi in alium ita deliquit, an iam hoc facere posset in præiudicium agnatorum illorum in quarto gradu, ad quos feudum iam deuoluetur? dicetis, quod non. *text.in l.1.si vasal.feud.priuetur.vbi Bald.& alij Doct.* Si tamen delictum fuisset erga dominū, iam sine dubio posset illi gratiam facere: iam enim agnatos nō concerneret, sed solùm dominum, qui quibuslibet dare posset: ergo & huic, *d.c.2.si vasal.feud.priuet. argum. c.1. quemadmodum feud ad filios pertin.* Hæc prædicta vera hactenùs, si sit feu-

29 dum paternum: secùs, si feudum nouum esset. † Nam tūc succederet dominus, exclusis omnibus descendentibus, quia illi nunquàm succedūnt, quandocunque delicto feudum amittitur, *d.versi.si vasallus culpam si de feud.defunct. content.sit.* exclusis etiam agnatis, quia illi in nouo non succedunt, nisi ita esset conuentum, *c.1.§.prætereà, versicu.*

item

item si fuerint. quibus modis feud. amit. tit. 1. † Sed dicet aliquis, 30
quid si interfecerit fratrem domini sui, vel alium, non proditoriè, ex quo feudum de iure antè docuimus non amitti, *ex text. in c. 1. an ille qui interfecit frat. &c.* sed statutum, lex, vel consuetudo esset, quòd tamen ob tale factũ omnia bona confiscari deberẽt? quid nunc fiet de feudo, an apud fiscum erit, vel ad dominum, vel ad descendentes, an ad agnatos sit rediturum? Et paucis in hoc casu dico, si consuetudo, aut statutum, aut lex habeat, quòd omnia bona confiscari debeant, & quòd nulla apud talem maneant, quòd tunc deuolui debebit tamen feudum ad descendentes, excluso fisco, domino & agnatis, nõ obstante vllo textu, *vt §. si vasallus culpam. si de feud. defunct. vel simili,* quia non est delictum, ex quo feudo priuari debeat de iure feudali: quia tamen fiscus nulla vult penes eum bona permanere, nec dominus quid iuris in eo prætendere possit (quia in eum non peccauit) nec etiam agnati, quia non peccauit in vllum, ex quo feudum amittere debet de iure feudali, *c. 1. § fi. quæ fuit prima causa benefic. amit.* rectè ergo deuoluetur feudum statim ad descendentes, *argum. §. 1. versi. si verò contigerit. in Authen. de incest. & nefa. nupt.* Nam amitti feudum in hoc casu potiùs dicetur ob defectum, quàm ob delictum, *argumen. c. 1. de milite vasallo qui arma belli. depos. & argum. c. 1. §. si quis per 30. versic. qui clericus. si de feud. defunct. & eorum, quæ suprà diximus, & dicemus infrà alibi.* Nam vt clericus feudum amittit, quod non potest seruire: sic quoque hic: qui enim pecuniam, equos, arma habere non possit, quomodo seruiret? Si tamen Princeps, seu fiscus, acceptis bonis alijs, illi feudũ relinquere vellet, hoc casu dico, quod apud vasallum feudũ manebit, & non transmittetur ad descendentes, cùm non sit delictum, quare feudum amitti debeat, expressum in iure feudali, & ita in effectu quoque inuenio Bartolum tenere, *in l. eum qui, ff. de interdict. & regula. quod est notandum.*

31 † DECIMÒ DIXIMVS, feudum amitti propter incestas nuptias contractas, ex authoritate Bald. *in l. 1. versicu. 51. ff. de rerum diuisio. & Aluarot. in c. 1. §. item si fidelis, in fin. quibus modis feudum amitt. & ibidem Schenckij, & Zasij, in decima*

32 *parte, per c. 1. quæ sunt regalia.* Paucis hic respondeo: † Si feudum nouum fuerit & vasallus nullos habeat descendentes, iam redire ad dominum, excluso etiam fisco, qui iuris nihil in feudo habet, quanquàm in alijs ius plenum:
33 † Si verò liberos habuerit, certè tunc, quia in dominum non est peccatum, deuoluetur ad descendentes, non obstante textu, qui descendentes alibi videtur excludere, *in d. §. si vasallus culpam. si de feud. defunct. content. sit.* quia iste casus cùm expressus non sit de iure feudali, terminabitur secundum ius ciuile, *c. 1. §. fi. ennius. de feudi cognitione.* Quia ergo ius commune talium liberis dat successionem aliorum bonorum, *c. 1. in Authenti. de incest. nupt.* ergo quoque hic dabit feudum, maximè cùm sit pœnalis causa, quæ temerè extendenda non venit, *l. interpretatione. ff. de pœnis.* Si verò paternum fuerit feudum, & nulli descendentes essent, tunc excluso fisco agnati in infinitum semper in feudo succedent proximiores, etiam infra quartum gradum, per suprà dicta, & ea, quæ posteà dicemus: filijs tamen & descendentibus non existentibus, in allodialibus bonis plene fiscus succedet,
34 *per d. §. 1. in Authen. de incest. nupt.* † Prædicta quæ de incestis nuptijs diximus, de ijs intelligenda fuerint, quæ verè incestæ de iure ciuili habentur, non etiam quæ de iure canonico incestæ hodiè dicũtur. Et ergo si duorum fratrum filij dispensatione se coniungerent, existimarem per hoc feudum non amittendum, cùm iure ciuili non sit incestus, nec puniuntur. *§. duorum, Institu. de nupt.* Et ita dicendum in similibus, vt in parte duodecima docuimus. Et quæ incestæ nuptiæ dicantur, & quæ nefariæ, quæ confiscatione puniantur, alibi docet textus, *in §. 2. versic. & si tales. Instit. de nupt. & l. fin. ff. de rit. nupt. & l. fi. C. de incest. nupt.* Et prædicta vera existimo, primò, si scientes tales nuptias contraxerint: secùs si ignorantes, *l. qui*
35 *contra. C. de incest. nupt. c. 2. extr. qui filij sunt legitimi.* † Secundò, nisi ante dispensationem à Papa habuissent, secùs si po-
36 steà, de quibus satis docuimus in parte præcedẽti. † VNDECIMÒ DIXIMVS, si filius vasalli, vel nepos, vel eius domestici delinquunt erga dominum, vasallum requisi-

quisitum debere eos ad dominum deducere, vt illi satisfaciant: aut si noluit à f. abdicare alias feudo priuari, *§. insuper. de prohib feud. aliena per fred.* Hic iam dicetis, quod tale feudum sic amissum à vasallo, quia non vult filium vel domesticũ ad satisfaciendum deducere, debebit redire ad dominum, quia in dominum peccat, ex dicta nostra regula. Sed dicet aliquis. quid si pater cupiat deducere, illi verò recusant, quid tunc fiet? † Certè dicetis, 37
quod tũc à se (vt diximus) separare debet, & præter hoc vt aliquam sibi illatæ iniuriæ vltionem habeat, filius ille, mortuo suo patre in feudo illo nõ succedet, sed alij fratres, si fuerint: si verò non fuerint, & sit feudum paternum, agnati proximi: si verò nouum, ipse dñs, quia in nouo agnati non succedũt *c. § præterea versi. item si fuerint. quib. mod. feud amit. & in d. § insuper.* Si verò filius pareat, & satisfacere cupiat, nunc mortuo patre succedet, *c. 1. §. quæsitũ. de capit. qui cur. vendi.* Ex prædictis oritur quæstio elegans: Quid si filius deliquit erga patris dñm, habens rursum filiũ, an excluso patre à successione feudi (quia domino satisfacere non voluit) filius delinquentis, qui est nepos vasalli, auo suo in illo succedet? Et paucis Zasius, *in 10. sua parte, folio 73. in 2. fallent.* tenet, si filius à patre ob hoc, quod satisfacere non vult, à sua hæreditate exclusus est plenè, vel è medio morte, vel alio modo, sublatus, quod tunc nepos auo succedit in illo feudo: si verò filius adijsset hæreditatem patris, & rursus nepos patris sui hæreditatem (licèt pater feudum adhuc non adijsset) quod per hoc fortè (inquit) nepos quoque priuatur feudo aui. Et in illa quoque est opinione Bald. *in c. 1. si vasallus feudo priuetur.* & Bartol. *in l. eum qui ff. de interdict. & releg.* quos etiam sequitur Aluarot. *in c. 1. §. final. in 4. conclusione.* Sed certè. licèt eximij illi Doct. in illa sint opinione: putarem tamen contrarium verius esse, & nepotem nunquàm in hoc casu excludi, etiamsi pater auo in hæreditate successit. & posteà nepos suo patri: Primò quia necessariò debet pater auo in hæreditate succedere, velit nolit auus, si modò ingratitudinis causam erga eum nõ commisit: Quanquàm ergo fuit erga dominum

patris sui ingratus: istud tamen illi nocere nō debet ad hæreditatem patris sui. Nec obstat huic, quòd pater vasallus filium, qui contra dominum deliquit (si non vult domino satisfacere) à se abdicare & feudi successione
38 priuare debeat, *§. insuper. de prohib. feud. alien per Frede.* † Quia separare, seu abdicare, ita ibi intelligere non debemus, vt eum excludat a sua hæreditate, quia hoc non posset, etiamsi vellet. Nam si testamento præteriret, ipso iure esset nullum. *l. 1. de iniusto rupt. & irri. fact. testamento*: si exhæredaret, per querelam inofficiosi infringeret, *toto tit. ff. de inoffi. testam.* nec (si nolit filius) eum emancipare potest, *§ generaliter. quib. mod. natu. effic. sui. in Auth.* & si pateretur, iā per bonorum possessionem, vnde liberi, veniret contra tabulas patris, vel ex nouo iure, *§. 1. de hæredi. quæ ab intesta. deferunt. in Auth.* Non ergo verbum (Abdicare) ita est intelligendū, vt exhæredet, sed ita, vt à se separet, hoc est, ne quid cū eo commercij habeat ampliùs, quemadmodum ibi posteà etiam de domesticis omnibus fieri vult,
39 qui contra dominum deliquerunt. † Et ille est genuinus intellectus illius textus, in d. §. insuper. Nunc ad propositum: si filius patri necessariò succedere debet: ergo eodem modo nepos patri suo: & quanquā pater per contumaciam satisfaciendi ibi feudo priuatur: non tamen æquum est per hoc nepotem, id est, eius filium feudo priuari: nam auus per hoc non amittit feudum, quod eius filius deliquit erga dominum, cùm ipse nihil fecit: ergo neque nepos, maximè, cùm patri feudum nondū fuerat acquisitum. Sufficiat ergo patri hoc saltem pro sua contumacia, quòd suo patri in illo feudo non succedat: & sufficere hoc quoque domino debet pro iniuria sibi illata, quod rectè innuit textus, si bene inspiciatur. Postremò, cùm textus ibi satisfactionem requirat à filio, si vult in feudo succedere, quomodo posset domin⁹ à nepote hanc exigere, cùm pater in feudo iuris nihil vnquàm habuit, nec habere voluit? Non enim iā venit nepos ad feudum ex capite patris sui, sed immediatè ex capite aui. Si tamen iste nepos conceptus esset post obitū aui, tunc non veniret ad feudum aui, per ea, quæ notantur

tur ab Aluaroto, *in d. §. fin. concluſ. 4. & text. in §. cùm autem, verſi. planè, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt.* Et ergo agnati venire debent etiam primi gradus, (quia hîc vaſallus non deliquit, ſed filius vaſalli) quemadmodum nepos admitteretur, ſi conceptus tempore eſſet aui. † DVODECIMÒ DIXIMVS, ſi vaſallus vaſalli dominum domini ſui offenderet, & requiſitus primus vaſallus, vt deducat ſuum vaſallum, qui dominum offendit, vt ſuo domino ſatisfaciat, hoc facere renuit, feudo priuari, *per tex. tin c. 1. §. illud. de prohib. feud. alien. per Freder.* Hic diceris, illud feudum redire ad dominum, quia hic primus vaſallus peccat in dominum contemnendo eum, quòd ſuum vaſallum ad eum deducere nolit, ex ſuprà poſita regula, *in d. §. fi. quæ fuit prima cauſa benefic. amit.* † Sed iam hic rurſum quæret aliquis, quid ſi primus vaſallus cupiat ſuum vaſallum eò deducere, ſed is nolit deduci, quid iam fiet? Certè ducetis, quòd iam ille eius vaſallus, qui in priorem dominum deliquit, feudo priuabitur, & redibit nõ ad dominum offenſum, ſed immediatum dominum. *per text. in d. c. 1. §. illud. de probib feud. aliena. per Freder.* At hic obijciet aliquis, quòd iſtud feudũ non debeat redire ad dominum immediatum, quia in eo eſt delictũ, ſed potiùs ad dominum læſum, *per d. §. fina. quæ fuit prima cauſa benefic. amiſt.* Sed paucis reſpondebitis, iſtum maiorem dominũ non eſſe dominum huius vaſalli, qui deliquit, *d. §. illud.* Nam ſi eſſet eius dominus, vtiq; feudum ad eũ rediret, quia in eum peccatum eſt, *ex d. §. fin.* quod iam nõ fit. Sed iterum oritur alia difficultas: nam ſi verum eſt, quod is verus eius dominus non eſt, aut talis, ad quem feudum redire debeat: videbatur ergo potiùs, quod iſtud feudũ redire debebat ad agnatos, & non ad immediatum dominum, qui offenſus non eſt, *ex d. § fina. quæ fuit prima cauſa benefi. amit.* Paucis dicendum, in iſto caſu, illis non obſtantibus, fuiſſe conſtitutum, vt ad immediatum dominum rediret, & non ad agnatos: & hoc optima ratione, quò magis maior dominus poſſet cõſequi vltionem iniuriæ ſibi illatæ: nam ſi deuolueretur ad agnatos, & iſte vaſallus ſui vaſalli fortè cõcubuiſſet cũ eius vxore, vel ſimilem

40 41

lem commisisset feloniam, quomodo iam vltionem in-
iuriæ sibi illatæ consequeretur? Nam licèt ille amitte-
ret & transmitteret ad agnatos: per hoc tamen maiori
domino nihil pro iniuria sibi illata prouisum esset, vt e-
tiam non sufficit in vasallo immediato, qui erga domi-
num suũ committeret: nam si hoc posset, facilè colluderẽt
cũ agnatis vbi delinquere vellent, & tacitè sibi partem
retinerent. Quò magis ergo omnis via & peccandi fe-
nestra vasallis occluderetur, voluerunt omninò ad do-
minum redire. Sic quoque in nostro casu, quò magis
maior vltionem dominus consequi possit à tali vasallo
sui vasalli, elegans medium inuenerunt, quo facilè eum
ad satisfactionem perducere possent: vt videlicet requi
ratur eius dominus, vt ille ad satisfaciendum maiori
domino eum deduceret, & si tunc nollet, quod per hoc
feudum amittet, & ad immediatum rediret dominum,
quod non facilè iam admittet, sed potius iniuriam sol-
42 uet maiori domino. † Sed quid si quartus subuasallus,
vel similis, priorem dominum ita offendisset, vt nunc
diximus: diceris, quod hic primus vasallus non requirit
à suo immediato vasallo, vt is rursum suum requirat, &
is tertius rursum quartum, vt satisfiat maiori domino.
Et si aliquis ex vasallis nollet requirere suum vasallum,
certè semper ille amittet feudum, & redibit ad eius im-
mediatum dominum, qui requisiuit, *ex d. §. illud, qui est ad
hoc elegans*. Et hoc medio ad iniuriæ punitionem perue-
niet: Nec obstat, quòd dominus ille feudum tamen non
lucrifaciat, *ex d. §. vlt. quæ fuit prim. causa benefi. amitt.* quia il-
li sufficere, quòd amittat subuasallus ille feudum, qui
propriè eius vasallus non est. Et ita intelligetis text. d.
§. illud quoque præcipimus. de prohib. feud. aliena. per
Frederi. sæpiùs supra citatum, alioqui difficillimum, à
43 paucis etiam benè enucleatum. † FALLIT prædicta vn-
decima & duodecima distinctio quoad filium vasalli, &
vasallum vasalli, cùm in dominum domini, vel pa-
tris, peccarunt: primò, si offenderent maiorem domi-
num, iuuando alium suum antiquiorem dominum,
cui antè offensum dominum iurauêre: illo enim casu
etiam

etiam si deduci nollent: tamen pater nec separare à se, nec post eius obitum successione feudi frustrare posset, nec vasallus vasallum suo feudo priuare, *d.c.1.§.illud.de prohib.feud.aliena.per Freder.* FALLIT secundò, si offendendo maiorem dominum pro Imperatore hoc facerent, Imperator enim, vel Rex, vbique præferendi sunt dominis, *c.1.de noua forma fideli.§.fin.in fi.de prohibi.feud.aliena.per Frede.* FALLIT tertiò, si pro patria offenderet dominū, *argum.l.in causis.§.vasalli,versi.vasalli, & ibi glo.de pace Constant.* quæ benè sunt notanda, possentque ad multa similia adaptari. FALLIT quartò, si pro salute propria corporis, seu bonorum, fecisset, *l.vt vim ff.de iustit.& iur.l.1.C. vnde vi, & quæ ibi notantur.* FALLIT quintò, si cupiant satisfacere maiori domino: & sic consistit (an feudum amittant) in eorū arbitrio. Et †sic intelligetis alium quasi 44
pugnantem textū, c.1.§.quæsitum. de capitaneo, qui curi.vēdi.tali distinctione, nempè si vult satisfacere: nam Gerardum & Obertum benè dicere, si non vult iam aliorum opinionem obtinere, *de quibus in d.§.quæsitum.* Et requiro semper, vt tale sit delictum ab ijs commissum erga dominū maiorem, ex quo verè amitteretur feudū, si vasallus eius esset, aliàs non, vt in parte præcedente dictū est. †DECIMOTERTIÒ DIXIMVS, si vasallus se- 45
cretum domini sui fraudulosè aperiret, per hoc feudū amitti, *c.1.quib mod.feud.amit.tit.2.* Hic dicetis, tale feudum redire debere ad dominum, quia amittit peccando erga dominum, *d.§.fin.* †DECIMOQVARTÒ DIXIMVS, si 46
vasallus sciens dolosè inficiaretur domino feudū, quòd per hoc feudum amitteret, *c.1.§.fi.de leg.Conra.c.1.§.vasallus, & §.si vasallus, versic.vasallus.si de feud.defunct.content.sit.* Hic dicetis, quod redibit ad dominum, quia peccando amittit in dominum, *per d.§.fin.quæ fuit prima causa benefic.amitten.*
†DECIMOQVINTÒ DIXIMVS, si vasallus toto tri- 47
ennio differret ex pacto soluere pensionem, per hoc feudo priuari: Hic dicetis, quod ad dominum redibit, *per c.1.§.sed non est alia iustior. quæ fuit prima causa benefic.amitten.* †DECIMOSEXTÒ DIXIMVS, si vasallus 48
rem feudalem deteriorē faceret, per hoc feudo priuari:

Hîc dicetis, redire debere ad dominum, quia in eum
49 peccat ex supradicta regula. †DECIMOSEPTIMÒ DIXIMVS, feudum amitti, si testimonium contra dominum diceret, tam in ciuili, quàm criminali causa, *c.1. §.in quibus.de consue.rect.feud.* Hic dicetis, per hoc ad dominum redire, cùm in eum peccet, *vt quoque diximus suprà ali-*
50 *bi, in 7.conclusio.huius par t s.* †DECIMOOCTAVÒ & VLTIMÒ DIXIMVS, confiscatis omnibus vasalli bonis, feudum quoque amitti: Hic videndum iam fuerit, an ad fiscum, an ad dominum, vel descendentes, vel agnatos deuolui debeat, quæ quæstio certè dubia & difficilis admodum est: sed equidem quid sentiam paucis declarabo. Et certè variæ sunt in illa quæstione opiniones: prima est eorum, qui putant simpliciter confiscatis bonis confiscari simul & feudum. *per l.vlti. & penult.C.ad leg.Iuli. maiest.in verbo, bona:* ideò, quod nec filij, vel descendentes, fiscum excludent, *l.quisquis.§.1.C.eod.* Nam cùm Imperator dominus totius mundi sit, *l.deprecatio.ff.ad leg.Rhodi.de*
51 *iactu.* & bona eius quodammodò sint, aiunt, †rem facilè ad suam naturā redire, & sic ad eum, à quo prius processère, hoc est, Imper. ita tenent Dynus & Iacob. de Arena, *in gl.l.si quis in tantum C.vnde vi.* qui sic ea ratione excludunt planè dominum, descendentes, & agnatos. Alij rursum in alia sunt opinione, qui quidem non excludunt planè dominum, descendentes, vel agnatos, sed volunt, confiscatis bonis, saltem confiscatum feudum manere apud fiscum, quousque delinquens viuat, si fortè delictum esset, ex quo vita non adimeretur, vt incestus, vel simile, vbi Princeps ablatis bonis vitam conseruat. Et hoc PROBANT PRIMÒ per textum, l.peto. §.prædium.ff.de legat.2. & l.vnum ex familia.§.si ex familia.ff.eod. vbi res prohibita alienari extra familiam, si ex necessitate alienetur (quia bonis cedere cogitur) alij ex familia, quibus ius competit, non possunt tamen ius prætendere ante mortem cedentis, dd.ll. Ergo quoque hic. Nam propter necessitatem hic confiscantur ob delictum, & manet in viuis: SECVNDÒ videtur probari, quia matri hæreditas si relicta fuerit ita, vt filio, vel alte-

alteri, restituat, ea mortua, si mater illa de crimine publico damnatur, ex quo bona publicanda veniunt, certè filius tamen non succedit, quamdiu mater viuit, sed demum post mortem, *in l. Statius, §. final. ff. de iure fisci.* ergo quoque & hîc à simili. TERTIÒ, si mulieri vsusfructus legatus sit ad quinquennium, & posteà per fideicommissum alteri alicui ex agnatis defuncti, certè si mulier moritur intra quinquennium, non tamen ad agnatum veniet, sed ad hæredes mulieris vsque ad quinquennium, *per l. vxori vsumfructum villæ, ff. de vsufruct. legat.* ergo & hic: quia feudatarius instar vsufructuarij est, *c. 1. in fin. in quibus causis feudum amitta.* QVARTÒ, si Prælatus habens feudum à Principe, vel Rege, committat in Regem, vel Principem, dominum, feudo priuatur Ecclesia, quamdiu Prælatus viuit: Eo verò mortuo, redit feudum ad Ecclesiam, *c. 1. §. fin. de capit. Conrad.* ita quoque fieri debere in nostro casu. QVINTÒ, si vsufructuarij bona confiscantur, confiscatur quoq; & vsusfructus, nec redit ad proprietarium ante mortem vsufructuarij, *per l. si postulauerit, §. iubet, ff. ad legem Iul. de adulter.* Sed certum est, vasallum esse instar vsufructuarij, *c. 1. in fin. in quib. causis feud. amit. c. 1. §. fin. de inuestit. de re alien. fact.* ergo vtrobique idem seruari debere: & in hac sententia est latè Speculator *in §. quoniam. versic. 40. in titul. de feud.* & Bellamer. *in sua decisione 705. in Rubric. de feud.* Quid dicemus? Paucis puto distinguendum nouum feudum ab antiquo: secundò, an delinqués immediatè ab Imperatore, vel illo, qui confiscat, accepit, vel ab aliquo alio: si ab Imperatore immediatè accepit, & est nouum feudum, delinquendo in Imperatorem, certè (confiscatis bonis) redibit ad dominum Imperatorem, si tale delictum est, ex quo feudum amitti debet, de quibus suprà narrauimus, *& hoc per § fin. quæ fuit prima causa benefic. amitten. & similes.* & excludentur descendentes, quia vbi delicto feudum amittitur, descendentes non veniunt, *c. 1. § si vasallus culpam, si de feud. defunct. content. sit.* si verò bona sint confiscata, & non est delictum, quare feudum de iure vel statuto amitti soleat, tunc quia apud eum bona manere non possunt, dico deuolui

feudum ad descendentes, quia non deliquit culpa, quare feudum amitti debeat: non obstante d. §. si vasallus culpam *secundùm ea, quæ suprà de incest. nupt. diximus, in 10. conclusione, & supra in 12. parte princip. per §. 1. in Auth. de incest. nupt.* Non desunt tamen, qui dissentiant, & feudi commoditatem & fructus fisco cedere volunt, residente interim iure feudi, ex quo fructus percipiuntur, penes vasallum. Neque enim feudum ipsum ad extraneum hæredem transire potest: Et nec in fiscum igitur, qui publicatis bonis, & hæredis vicem extranei obtinet. Commoditas igitur tantùm, secundùm illorum sententiam, ex feudo percepta in fiscum redigetur. Sed magis esse verisimile, quòd hic ab auctore docetur, quibusdam videtur: ad descendentes, nimirùm, vel agnatos, feudum deuolui, nec remanere penes delinquentem, cuius bona legibus publicata sunt, & consequenter ne quidem fructus, vel commoditatem, confiscari, qui ad eos, qui ius principale habent feudi, id est, filios vel agnatos, spectare tanquam accessorium debeant: Quod & nos verum putamus, si ex eiusmodi delicto publicatio, seu confiscatio bonorum facta sit, quòd vasalli personam inhabilem efficiat, vel maculam & notam aspergat, vt non ampliùs beneficij capax esse possit. Quid enim, si in metallum damnatus sit? Quid si alia capitali sententia condemnatus seruus pœnæ factus sit? an non expers feudi est, & omni iure suo, quod habuit, exuitur, & carere debet beneficio? Sed si non ob delictum eiusmodi, sed ob aliud, propter quod persona vasalli non inhabilis efficiatur, sed idonea, bonorum fiat publicatio, tum sanè probabiliùs esse videtur, vasallum ius suũ in feudo retinere, & commoditatem ex eo redactam, vel fructus inde prouenientes, ad fiscum deuolui debere. Quo enim iuris prætextu descendentes, vel agnati, feudum obtinebunt, cùm certi sint modi, quibus feudum amissum ad descendentes deferatur, vel ad agnatos? Ostendant igitur, qui id defendunt, sub illis modis etiam hunc casum comprehendi, vt, si bonorum confiscatio fiat, feudũ vacare incipiat, & agnatis obuenire debeat.

Quod

Quod tamen, existimo, vel difficulter, vel omninò facere non poterunt. Summatim namque duobus modis tantùm feudum aperitur, vel naturali personæ vasalli interitu & imbecillitate, quæ ad obeunda feudi seruitia impotentem efficit vasallum: vel facinore & delicto perpetrato, quo nominatim feudum amitti debere constitutũ est. Neutrum hîc interuenisse ex hypothesi proposita manifestum est. Veriùs igitur videtur, quod And. de Ysern. docuit, *in §. Cornelius, in c. 1. col. 2. hî. finitur lex, & in c. 1. §. si verò, de pace tenend.* quem sequitur Marin. Frec. *de authorit. & potest. Baron. lib. 2. auctor. 29. col. 1. & 4.* feudum propter confiscationem bonorum non adimi vasallo, nec transferri ad propinquos. NEC OBSTAT, quod adducunt, qui sunt ex aduersa parte, ex c. 1. de milite vasallo, qui arma bellica depos. vbi persona vasalli inhabilis est facta propter habitum religionis assumptum: propterea igitur meritò feudum amisit. Regulariter enim clerici feudorum capaces sunt. Nos autem de vasallo disputamus, qui neque statum, neq; ordinem mutauit, & cuius ad feuda capienda & retinenda persona integra & idonea mansit. Parum etiam vrget, nec multum valere debet, quod afferunt, Principem, vel legem, quę bona confiscauit, noluisse quoque feudum à vasallo abire & amitti, id quod colligunt ex mente & voluntate verisimili Legislatoris, vel Imperatoris, qui cùm omnia bona confiscari voluerit, præsumitur etiam voluisse, nihil à vasallo retinendum esse, sed omnia bona ab eodem auferenda: Quæ ratio ex eo adiuuari potest, quòd confiscatio bonorum in pœnam & vindictam facinorosorum hominum constituta sit, & eorũ malitia coërceatur, & reprimatur fame & egestate, quem finem Legislatores non assequerentur, si per publicationem bonorum allodialia tantùm improbis detraherentur, relictis interim feudalibus bonis, quæ plerumque fertilia sunt & magni æstimantur. Ex hac coniectura Legislatoris inferunt, quoniam feudum, quod adimi vult lex, (vt multis demonstrari potest) nec ad fiscum pertineat, neque ad dominum, vtpotè in quem culpa nõ sit commissa, spectet,
meritò

meritò id ad agnatos deuolui debere. Quoties enim ex defectu personæ, & non ob culpam in dominium commissam, feudum aperiatur, toties agnatis locus succedendi conceditur, & via successionis aperitur. Sed RESPONDEMVS, legis, quę bonorum confiscationem inducit, esse quidem propositum, vt ad extremam redigatur paupertatem, qui deliquit, nec velle tamen Legislatorem hac confiscatione ius aliquod agnatis quærere, quod anteà non habuerunt, nec eorum conditionem deteriorem facere, vel ius antea quæsitum adimere, id quod tum quidem fieret, si feudum adimi vellet à vasallo: nam aut ad fiscum id esset transferendum, & sic spes succedendi agnatis præcludenda, aut, eo aperto, succedendi facultas agnatis repræsentanda, viuo etiam vasallo, quod iuri feudali consentaneum non esset, secundùm quod agnati viuo antecessore nullum ius succedendi habent. Itaque feudum à vasallo adimere noluit. Nihilominùs tamen fructus atque omnis vtilitas ex feudo proueniens fisco cedit, remanente interim feudo penes vasallum. Hac ratione finem suum lex assequitur: quamuis enim ius feudi in persona vasalli relinquatur: egestate tamen is opprimatur necesse est, quoniam reditus inde prouenientes ad fiscum omnes rediguntur. Ex his intelligitur, quàm fragile sit eorum argumentum, qui, diffidentes ab hac sententia, obiiciunt contra eam ex capitulis ex iure feudali adductis, cùm feudum in extraneum hæredem transferri non possit, nec ad fiscum, qui extranei hæredis instar est, id peruenire posse: neque enim feudum ipsum ad fiscum transferri, sed cōmoditatem tantùm & fructus feudi ad fiscum spectare affirmamus, argumento illius, quod notant Doct. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, de damno infect.* de parente, cuius bona confiscata sunt, quòd ius vsusfructus apud eum maneat, ita tamē, vt fructus fisco acquirantur, nisi ex eo delicto bona confiscentur, quod propriam potestatem perimit.] Nam hic iam solùm ob defectum quasi amisit, non culpam commissam erga dominum, vel alium, quare amitti debeat de iure feudum, *vt requirit d. §. fin. quæ*

fuit

fuit prima causa benefic. amit. sed ideò tantùm, quòd Princeps bona apud talem manere non vult, *argum. c. 1. de mil. vasal. qui arma bellica depos. iuncto §. 1. in Authen. de incest. nupt.* Quomodo enim seruiet, qui feudum non habet? Secundò, si vasallus delictum committat, quare feudum amitti debeat, bonaque confiscari, & dominus vasalli non est Imperator, vel talis, quem confiscatio concernit, vt puta Principem proprium prodens, ex quo bona confiscantur, quo ad Principem, *Authent. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* & feudum respectu domini amittitur, quia proditor est, *§. causas, in Authent. vt cùm de appel. cognos. iuncto §. prædictis, quæ fuit prima causa benefic. amit.* Nam talis per hoc fit, qui sine infamia nullo modo in domini curia stare possit, *de quo in c. 1. an ille, qui interfec. fratr. domini.* Videamus, an iam, confiscatis bonis à Principe, veniet feudum simul confiscandum (quæ est nostra quæstio) excluso domino, descendentibus, & agnatis, qui aliquid iuris in feudo habent. Et paucis, † relictis omnibus ambagibus, dicimus, quòd, publicatis bonis alicuius, non confiscabitur feudum, quod vasalli plenè non est, argumento eorum, quæ notantur alibi, *l. si filius, C. de bon. proscriptor. l. 1. eod. tit.* vbi damnati serui vel filij, peculium non ad fiscum, sed ad dominum, vel patrem reuertitur, quia iuris aliquid in illo habent: vt quoque simili modo nec filij peculium, etiam profectitium, si patris bona confiscantur. textus elegans, in l. 3. §. sed vtrùm, versic. nec eò monemur, ff. de minorib. dum aliquo modo ad filium spectare censetur. Ecce ius in casu, vbi solùm aliquid ad alium spectat, vt hîc (nam peculium profectitium patris est plenè, possetque filio adimere, quando lubet, & in quoslibet vsus conuertere, & cuilibet alteri dare, filio isto inuito, *§. igitur, & quæ ibi notantur, Instit. per quas person. nobis acquir.*) confiscatis bonis vult tamen illud separari statim. Qui † textus certè non posset esse clarior, & si ibi statim separatur, multò magis in casu, vbi vasalli bona confiscantur, separabitur feudum, in quo plurimum iuris dominus vel agnatus habet. Iterum quoque libertus damnatus, cuius bona publicanda veniunt, non quoque ius patro-

52 (beside "habent. Et paucis, † relictis omnibus ambagibus, dici-")
53 (beside "Qui † textus certè non posset esse clarior, & si ibi statim")

patronatus ad fiscum transmittit, sed suo reseruat patrono, *text. in l. cum ratio, l. si in libertum, ff. de bonis damnat.* Sed est argumentum bonum à liberto ad vasallum, vt latè dominus Præses in loco suo legali, à liberto ad vasallum. Ergo vt patronus restituitur: ita quoque dominus, vel agnatus: ad quod facit etiam textus alibi, *in l. si quis presbyter, C. de episcop. & cler.* Prætereà certum est, quòd & hodie, vt olim, bona hæreticorum confiscantur, *c. excommunicamus. §. damna, extr. de hæret. l. Manichæos, C. de hæret. & Manich.* & officialium bona occupanda quibuslibet traduntur, qui post Papæ monitionem, vt terram hæreticis vacuent, detrectant. *per l. si verò, C. de hæret. & Manichæ. & c. excommunicamus, §. moueat, extr. de hæret.* tamen istud non amittitur, nisi saluo iure dominorum, à quibus dominia possident, *d. l. si verò, & §. moueat, in fin. extr. de hæret.* licèt lex & canon omnia bona publicanda caueant, *d. l. si verò, et §. moueat.* sic quoque hic erit. Facit quoque ad hanc partem optimè textus qui habet, quòd mandante, vel sciente domino, si nauis illicitis mercibus onusta transmissa fuerit, per hoc confiscari: secùs verò, si famuli hoc domino ignorante fecêre, cùm fiscus iam iuris nihil in nauem habeat, licèt merces publicentur, & famuli capite puniantur, *in l. cotem, §. dominus nauis, ff. de publican.* Rursum, si Decurio alienæ seruæ se nuptiis coniungat, deportatur prius, & omnia eius bona illi ciuitati, cuius curialis est, mancipantur: hoc tamen verum, inquit Imperator, nisi fuerit adhuc in potestate patris, quo casu reseruabuntur patri potiùs, quia in illis aliquid iuris habet, ratione patriæ potestatis, *elegans, text. l. cum ancillis, C. de incest. nupt. & similibus*: Ergo eadem ratione in nostro casu. Quid
54 multis? iniquissimum † esset propter peccatum nocentis innocenti, hoc est, domino pœnam inferri, vt pulchrè meminit Constantinus Imperator *in l. res vxoris, C. de donat. inter virum & vxorem.* dum inquit: alieni criminis infortunio alium astringi valdè inhumanum esse, nec fieri debere: ad quod optimè facit etiam, quòd matris calamitas non potest nocere filio, *§. sed etsi quis, Instit. de ingenu.* propter ius semel acquisitum, tum quòd mater

ter fortè adultera est, ideò posthumum exhæredari non debere, *l. si quis in suo. §. 1. C. de inoffic. testam.* Et certè vt delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare, *c. delictum, de regulis iuris in 6.* ita nec vasalli delictum in domini damnum redundare debet. Et † (vt pau 55
ca pro multis dicantur) quis nescit, crimen sequi suum autorem? *l. sancimus, C. de pœnis, c. quæsiuit, de his quæ fiunt à maiori parte capit. c. satis peruersum. 56. distinct.* Quare ergo puniretur dominus, qui non deliquit? quis nescit alteri per alterum iniquam conditionem inferri non debere, *l. non debet. ff. de regulis iuris.* quod hîc fieret. Præterea contra naturam est, † aliquem alterius iactura non locupletari, *l.* 56
secundum naturam. ff. de regulis iuris. l. nam hoc natura, ff. de condict. indebit. c. locupletari, de regulis iuris, in 6. quod tamen hic per confiscationem veniret. Non enim debet fiscus ex alienis bonis, sibi non competentibus, compendium habere, cum iuris nihil in illis habeat. *l. 1. C. de naufrag. libro 9.* Nam quod nostrum † est, sine facto nostro in alium transferri non debet, *l. quod nostrum ff. de regul. iur.* Rur- 57
sum sine culpa, nisi subsit causa, non est quis puniendus, *c. sine culpa, de regul. iuris. in 6.* Sed hic in domino nulla est culpa, ergo puniri non debet. Postremò esset contra ius diuinum & decalogi præceptum, quod iubet alteri non faciendum, quod sibi fieri nollet, quod optimè obseruasse Diuum Imperatorem Seuerum, hominem gentilem, legimus. *Aelius Lamprid. in Alexan. Seuer.* Sed quis, quæso, Princeps sibi auferri feudum vellet alterius ob factum seu crimen? certè nemo: Quapropter consuetudinem talem, quæ hoc obseruat, vt morbosam, seruandam quoque non putarem, cùm nutriat peccatum, *arg. c. ex parte, c. fin. extr. de consuetud. sed seruandum. c. mala, 8. distinct.*
Nec legem, † seu expressam conditionem talem, cùm 58
contra naturam & naturalem pugnet rationem, valere, sine qua re lex dici non posset, nec debet, *c. erit autem lex, 4. distinct.* Princeps enim, † imò nec Papa, sine causa legitima facere constitutionem non potest, qua ius alicuius 59
auferri posset sine peccato. *vt latè Cynus in l. rescripta, C. de prec. Imper. offeren. & Innoc. in c. quæ in Ecclesiarum, extr. de constit. vbi*
Feu-

Felinus & alij Doct. rursum Archidiac. & Dominicus, in c. ius ciuile, prima distinct. Panorm. in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. Cardi. consi. 147. incipient. dominus noster Papa: & hæc sufficiant: Sed dicet statim hîc aliquis, quòd hæc quidem vera sint respectu eorum, qui primæ fuêre opinionis, videlicet, quòd Principi plenè competeret feudum, bonis confiscatis: at respectu eorum, qui sunt secundæ opinionis, hæc simul stare possent, videlicet, quòd solùm illi competeret ad vitam delinquentis: nam tunc non aufert plenè illi feudum, qui iuris aliquid habet, sed solùm ad tempus: Admittatur ergo, vt saltem apud fiscum sit vtile dominium, quandiu is, qui deliquit, viuit, & constituat aliquem substitutum, qui directo domino tamdiu seruiat, *argum. eorum, quæ suprà in parte 12. de defectu diximus.* Spes enim est, vt restituatur fortè à Principe: cùm enim spes est, quòd aliquando posset seruire, admisimus per substitutum posse seruire, *in dicta 12. parte, vbi de defectu disseruimus, argument. §. si minori, si de feud. defunct. cum similibus ibi allegatis.* Sed paucis huic obiectioni respondemus, spem istam, licèt aliqua videtur: tamen vt impossibilem de iure haberi, cùm per vnum fieri, vt Principem, solùm possit, *l. idem Iulianus. §. constat, ff. de legat.* 1. Præter hoc, certum est, quòd simulatq; vasallus delictum commisit, ex quo feudum amitti debet, quòd tunc statim ad dominum, vel agnatos (non expectata morte) redire debeat. Nam

60 feudatarius domino tenetur ad seruitium personale, *vt in textu c. 1. in fin. in quibus causis feud. amit.* cuius gratia dominus illi dat vtile feudi dominium, *c. 1. §. rei autem, de inuesti. de re alien facta.* nunc certum est, quòd istud vtile dominium nô possit separari à sua causa, sine domini voluntate: & ergo sicut illa obligatio fidelitatis merè personalis non transit, nec possit transire in alium: sic quoque nec feudum, ita pulchrè tenet Barthol. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damno infect.* Cùm ergo obligata persona seruire non potest, debet necessariò ad dominum

61 redire, *l. in omnibus causis, ff. de regulis iuris.* Secundò ex † hoc probatur, quòd dominus non tenetur inuitus alium accipere vasallum, *in c. 1. de frat. de nouo benefic. inuestit. in fin.* certè

tè si non tenetur (cùm maximè intereſt domini, habere principem vaſallum, vel alium) iniquum eſſet cogi debere: Licentiùs enim poteſt dominus imperare ſimplici vaſallo, quàm Imperatori. Tertiò videtur textus apertus ſatis, primo momento ad dominum, vel agnatos, redire, *in c. vnico, de vaſallo milit. qui arma bellica depoſ.* vbi amiſſum feudum ſtatim ad dominum, vel agnatos, redit, cùm ſit talis, qui ſeruire non poſſit, reiecto ſubſtituto, vt in parte duodecima ſuprà docuimus, vbi de defectu egimus. Cùm igitur iſte vaſallus ſit talis, qui ſeruire non poſſit, & fiſcus ille, qui iuris nihil in eo habet, meritò ſtatim amittere debet, quod idem alio etiam loco textus probat *in c. 1. §. qui clericus, ſi de feud. defunct. in verbis, hoc ipſo feudum amittet.* vbi ſtatim, defectu adueniente, ius ſuccedendi agnatis, vel domino, datur. Poſtremò, † nemo i- 62
gnorat, relictum ſub conditione, modo, vel ob culpam, conditione, modo, cauſa non exiſtente vel ſecuta, condici rem poſſe illicò, vel vendicari, *l. 1. C. de donat. quæ ſub modo fiunt, & quæ ibi notantur, l. ea lege, C. de condit. cauſa dat.* At hîc ſub tali cauſa & modo datum eſt, vt tamdiu habeat, quamdiu non committat aliquid, ex quo de iure feudũ amitti poſſet: Quia ergo iam tale quid commiſit, quis dubitat, ſtatim dominum rem ſuam vendicare vel condicere poſſe? Ex prædictis ſatis conſtat igitur, nec ad aliquod tempus, confiſcatis bonis, ius in feudo habere fiſcum, multò minùs totũ ſibi competere, excluſo domino vel agnatis, vt quidam abſurdiſſimè tenuêre. NVNC AD OBIECTA SINGVLA RESPONDEAMVS.

PRIMÒ, quod ad ea, quæ ab iis adferuntur, † qui putant 63
Principem plenè accipere feudum bonis confiſcatis, nõ obſtant textus, qui habent omnia bona confiſcatione venire, *l. penult. & vltim. C. ad leg. Iuliam maieſt. & l. Manichæos, C. de hæret.* quia intelligi debent de omnibus propriis bonis ad eum plenè pertinentibus: ſed quia feudum eius non eſt plenè, ſed domini, *c. 1. in quib. us cauſis. c. 1. § fin. de inueſtit. de re alien. facta.* ergo ius ſuum dominus ſaluum tenere debet, *per l. ſi verò, C. de hæret.* Eſt enim vaſallus ſolùm inſtar vſufructuarij. Prætereà, † vt in generali venditione,

vel obligatione bonorum omnium non veniunt feuda, *c.1.§.in generali, si de feud.defun.content.fit, c.1.de Capit.qui cur.ven di.* sic quoq; in generali confiscatione oim bonorum feuda non veniunt. SECVNDÒ non obstat Imperatoris cõstitutio *in l.quisquis.§.1.C.ad leg.Iul.maiest.* vbi filiis auferuntur bona (licèt nihil commiserint) propter patrem, siue feuda, siue alia bona fuerint: quia alia ibi est ratio, quæ traditur in textu, quare filij puniantur ex delicto patris, quæ ratio hîc in dominum locum non habet: nam dominus non ita curat, si vasallus eius puniatur, atque filij, quorum pater pœna afficitur. Magis enim timetur de filiis eiusdem sanguinis, quàm de extraneis, vt hîc dominus est. Et licèt feuda tali casu filiis auferuntur: non tamen ergo sequitur, quòd ideò ad Imperatorẽ, vel Principem pertinere debeant: imò ad dominum, si nouum fuerit, vel ad agnatos qui vltra quartum gradũ illi sunt, tunc peruenire debet, si paternum fuerit, *argum. §.fin. quæ fuit prima causa benef.amit. & c.1. §.licèt, versic. si vasallus culpam, si de feud.defunct.content.fit. & c.1. si vasal.feud.priuetur, c.1.ar. ille, qui interfec.frat. &c.* TERTIÒ non obstat, quòd mundi dominus Imperator dicitur, *l.deprecatio, ff.ad leg.Rhod.de iact.* & quòd ergo faciliùs ad suam naturam redit: quia licèt dominus mundi dicitur: non tamen dicetur dominus bonorum nostrorum, iure naturali, gentium vel ciuili acquisitorum, *Fel.pulchrè in c.quæ in ecclesiarum, extr.de constit.* nam aliàs nemo posset dicere, illa vel illa bona sua esse, liberè de iis disponere, nec illis contrahere absq; Principis consensu, quod esset absurdum. Intelligetis ergo, dominum quidem esse totius mundi, quo ad defensionem & gubernationem, *c.quo iure, 8.distinct. latè Felin. in d.c. quæ in Ecclesiarum, extr.de constit.* non ita, quod mihi mea, inuito me, posset sine causa auferre. Illud enim esset deflectere à vero iustitiæ tramite ad sceleratam Iuliæ nouercæ, peruicacissimi Imperatoris Caracallæ persuasionem, quæ docuit Imperatorem leges dare, & non accipere, quiduis illi licere indicans, siue honestum, siue inhonestum, *author est Aelius Spartian. in Caracalla Imperat.* contra sanctissimi Imperatoris dictum: Imperatorem legibus

bus solutum, legibus tamen viuere debere, *in l. digna vox, C. de legib. & l. res vxoris, C. de donat. inter virum & vxor.* Atque vtinam idem nec hisce temporibus Regibus, Principibusq; occineretur aliquando: sed satis quo ad hanc partem. NVNC AD EA PAVCIS REFVTANDA ACCINGAMVR, quæ ab aliis adferuntur, qui secundæ sunt opinionis, videlicet,† feudum ad vitam delinquentis apud fiscum permanere talrem debere. Et PRIMÒ NON OBSTAT, quòd res prohibita alienari, extra familiam alienata non tamen (alienante viuente) ad eos, qui ex familia sunt, redit, sed demùm post mortem, *l. peto, §. prædium, & l. vnum ex familia, ff. de leg. 2.* quia ibi necessitate coactus debuit alienare, *d. l. peto, §. prædium.* secùs si voluntariè fecisset, *per l. cum pater. §. libertus, ff. de lega. 2.* Sed replicabit hic statim aliquis, & in nostro casu fieri ex necessitate: ergo idem debere seruari. Sed paucis, longè alia ratio in nostro casu est, quare statim venire ad dominum debeat: nam † dominus non tenetur alium accipere vasallum, quam vult, *c. 1. de frat. de nouo benefic. in fin. & ea, quæ in præcedent. diximus.* Præterea eius naturæ sæpiùs esse dixi feudum, quòd statim amittatur, simul atque defectus accidit, *c. 1. de vasal. milit qui arma bellic. depos. & c. 1. §. qui clericus, si de feud. defunct.* ergo statim ex iure sibi quæsito vẽdicabit: at hoc iuris non habent agnati in alio casu, quãdo ex necessitate prohibitus alienauit extra familiam, cùm ius hoc illi permisit. SECVNDVM etiam OBIECTVM NON OBSTAT, in l. Statius, §. final. ff. de iure fisc. quia cùm MATRI ITA RELICTA FVIT HAEREDITAS, vt post mortẽ suã demùm restitueret filio, damnata quæ non fuit, vt moreretur, licèt bona cõfiscata essent: meritò ergo matris mortẽ expectare debebat filius ex volũtate defuncti, & bona apud fiscũ relinquere ad eius mortem: vt enim plenè matris fuerũt ad mortem ex fideicõmisso: ita quoq; confiscatis bonis illa quoque venire debebant: sed in nostro casu aliud est: nã dñs tacitè videtur vasallo solùm eousq; concessisse feudum quandiu nihil cõmitteret, ex quo amitti posset, nõ diutiùs, *vt supra docuimus.* TERTIÒ NON OBSTAT tertium

65

66

obiectum, in l. vxori vſumfructum villæ, ff. de vſufruct. leg. quia dum vſque ad quinquennium teſtator apud vxorem vſumfructum eſſe voluit, & non ante ad alium deuolui: ergo ex voluntate defuncti rurſum apud hæredes vxoris vel fiſcum, ſi ante quinquennium moritur, etiam ex delicto confiſcatis bonis manere debet: nam ante non voluit teſtator apud proprietarium eſſe. Aliud rurſum in caſu noſtro, vbi ſtatim amitti voluit dominus. QVARTÒ alius textus NON OBSTAT, c. 1. §. fin. de capit. Conrad. quia ibi eſt caſus admodum ſpecialis, & in Eccleſia, quæ non peccauit, & propterea cum plenè ad dominum meritò redire deberet, fauore Eccleſiæ poſt mortem Prælati delinquentis Eccleſiæ reſtituitur:
67 & ideò † eouſque puniri puto Eccleſiam, quòd vſa ſit tali adminiſtratore, qui dominum offendit, vt illi quoque qui vtuntur opera malorum hominum, *argum. eorum, quæ notantur in titulo nautæ, caupo. ſtabul. ff.* & ſic parum, aut nihil, ad hanc rem facit: Nam non ſequitur: dominus læſus ab Epiſcopo vaſallo, ad vitam Epiſcopi feudum vendicat, & poſt mortem reſtituit: ergo, confiſcatis bonis vaſalli, fiſcus ad vitam quoque feudum confiſcabit. Nam dominus ex delicto in ſe commiſſo ius per hoc acquirit, imò regulariter totum feudum per hoc plenè reciperet extra hunc caſum: ſed fiſcus vel extraneus nihil iuris in eo habet: ergo eſt longè diuerſum, imò nihil côuincit, quia ſtatim ille dominus feudum ſuum recipit, *d. c. 1. §. fin. de capit. Conrad.* licèt mortuo delinquente reſtituere ex ſpeciali iure tenetur. POSTREMÒ NON OBSTAT, vſumfructum confiſcari, *l. ſi poſtulauerit, §. iubet, ad leg. Iuliam de adulter.* quia † vſusfructus eſt eius naturæ, quod certis mo-
68 dis finitur, *§. finitur, Inſtit. de vſufruct. & toto titul. ff. quibus modis vſusfruct. amit.* nunc illa in lege non erat ex iis caſibus, ex quibus ſolet vſusfructus amitti: nam propter adulterium ibi eius bona confiſcabantur, qui habebat vſumfructum: ſed olim neque decapitabantur, nec deportabantur tales, *l. qui cum vno, §. adulteri, & ibi gloſ. ff. de re milit.* Quia ergo læſus non eſt, ex quo amitti debeat vſusfructus: meritò ergo proprietarius ante mortem eius nihil præten-

prætendere potuit: secùs tamen hodie esset, cùm adulteri decapitentur, *l. quamuis. 2. C. ad leg. Iuliam de adulter.* Et sic dicta l. si postulauerit, & d. §. finitur. pro nobis faciunt in casu, quando Princeps à talibus hodie vel suppliciũ sumit, vel deportat. Vt enim tunc statim vsusfructus finitur, † ita quoque nec momento apud fiscum maneret, 69
ex d. §. iubet. & d. §. finitur. maximè cum feudum sit instar vsusfructus, *c. 1. in quibus causis feud. amit.* Concludimus ergo, confiscatis bonis (ex prædictis) feudum confiscari, sed secundùm doctrinam trium regularum à nobis in principio huius partis 13. positarum redire vel ad dominum, vel ad descendentes, vel agnatos. Et hæc de confiscatis bonis sufficiant: nunc ad conclusiones redeamus. DECIMANONA erit generalis CONCLVSIO, quòd in omnibus prædictis casibus, vbi feudum ad dominum vel agnatos reuertitur, opus non fuerit tum expectare mortem delinquentis, sed quod poterit accipere, illo etiam viuente. Hæc conclusio probatur ex iis, quæ diximus suprà ad primam regulam in hac parte decima tertia positam. Et ita quoque tenet Baldus, *c. 1. si vasal. feud. priuetur.* & sequitur Aluarotus *in c. 1. §. fin. conclusione 12. quæ fuit prima causa benefic. amit.* Finaliter, quia hactenùs grauauimus vasallum, opus est, vt rursum in alio leuemus. VIGESIMA ergo CONCLVSIO erit, † quòd ex omnibus 70
causis hactenùs dictis, ex quibus vasallus feudum amittit, ex iisdem rursũ omnibus & ipse dñs amittet, & vasallus lucrifaciet, & hoc siue erga vasallum, siue alium, delinquat, *text. in c. 1. qualiter dominus propr. feud. priuetur, c. 1. §. domino, si de feu. defun. conten. sit.* Et sic alibi controuersim responsum intelligetis, reiectis aliorum opinionibus, *de quibus in c. 1. qualiter dom. propr. feud. priuetur.* sequuntur enim communiter Dd. † Nec opinio etiam Aluar. sequenda erit *in d. c. 1. in prin. & in d. §. domino.* qui vult distingui, an do- 71
minus in vasallũ peccauit, an in aliũ: si in aliũ deliquit, an tunc potiùs ad domini agnatos redire deberet, vt in casu, qñ vasallus in aliũ deliquit: sed errat, cùm text. sit apertus pro nobis in d. §. domino. & ibi Bald. quem sequitur ibi Pręposi. qui huius dat rationes. Prædictum tñ,

quòd vaſallus feudum lucratur, ſi dominus feloniã, ſeu delictum cõmittat in illum, intelligetis abſq; hæſitatione verum, ſi ſolùm vnus dominus reſpectu huius feudi
72 & vnus vaſallus fuerit. Sed quid † ſi ſæpiùs ſubinfeudatio facta eſſet. (quod fieri poteſt, *c.1.§. ſi verò vel totum, qual. feud. olim pot. alie n.*) vt vltimus ſubinfeudans dñs delinqueret in ſuum vaſallum, qui nunc vltimus eſt in ordine, an iam per hoc vaſallus iſte vltimus lucrifaciet feudi proprietatẽ, excluſis primis & ſuperioribus dominis? Paucis, in hac parte exiſtimarem iam prædicta notata in d. text. *§. domino, ſi de feud. def. inc. content. ſit.* locum non habere:
73 Nam non † debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet, ff. de reg. iur.* Primus enim dominus nollet per hoc ſuam amittere proprietatem, nec æquum eſſet: putarem ergo, quòd iſto caſu, ſi vaſallus iſte fortè domino ſuo hactenus dediſſet penſionem, vel ſimile, pro feudo, quòd iſtud amitteret, nec quod ad hoc teneretur. Præterea nec teneretur iã ad vlla illi ſeruitia, tum quoque, ſi vaſallus ei⁹ eſſe ampliùs nollet, poſſet de delicto in ſe cõmiſſo conqueri, & hoc apud iudicem ſolicitare, vel actione iniuriarum, vel alia, vt in tantundem illi cõdemnaretur, atq; feudi huius proprietas valet, quã lucratus fuiſſet, ſi ille primus dominus, & ipſe vaſallus fuiſſet, *arg. d. §. domino, ſi de feud. defun. conten. ſit.* cùm ſit eadẽ ratio. Sed iam pro complemento dubitari poſſet, an iſte vaſallus ita delinquens, vt antè iam recenſuimus latè, ipſo iure feudum amittat, an verò minimè. Paucis dicen-
74 dum, † quòd in omnibus cauſis prædictis ipſo iure nõ amittat, ſed quod requiratur in his plena cauſæ cognitio & ſententia, *c.1. de feud. ſine cu pa non amit. vbi pulchrè Aluarot.* Decet ergo iudicialiter in his procedi, & debet legitimè dominus probare vaſallum culpã commiſiſſe, quare ei feudum auferri debeat: nam licèt videatur ſæpiùs prima facie iuſta cauſa: latet tamen aliquando aliquid, cur meritò excuſari debeat, vt ex ſupra dictis benè patuit. Præterea, cùm omnis offenſa non auferat vaſallo feudũ *c.1. §. illud enim. quæ fuit prima cauſa benef. amit.* ſed ea, quæ egregiã ingratitudinis notam præ ſe ferat, *c.1. in medio, in quib.*
cauſis

causis feud. amit. necessariò igitur requiritur causæ cognitio plena. *Aluarot. in d. c. 1. de feud. sine culpa non amtt. iuncto c. 1. §. si voluerit. de Capit. qui cur. vend. c. fin. quo temp. mil.*

Nunc in fine hîc videamus, † QVA ACTIONE VTETVR DOMINVS contra vasallum, ad feudum commissum repetendum, vel etiã contra quemlibet possidẽtem. Breuibus, si feudum ex culpa cõmissum penes vasallum est, vtetur dominus contra eum condictione ob causam: nam sub modo & causa dominus illi feudum concessit, eousq; scilicet, quandiu in eum non peccaret, *& hoc ex l. 1. C. de donat. quæ sub modo, & l. ea lege, C. de condict. ob causam dat.* vel vtetur contra eum directa actione rei vendicationis, *ex d. l. 1. C. de donat. quæ sub modo. vt etiam vult Iacob. de Beluis. & Bald. in c. 1. §. item qui dominum. versic. porrò, quæ fuit prima caus. benef. amit.* quod etiã ea ratione confirmo: Nam certum est vasallum esse instar vsufructuarij, *in c. 1. in fin. in quib. causis feud. amit.* Sed iam apertum est, quòd ab vsufructuario res commissa rei vendicatione repetitur: (quia dominium penes proprietarium mansit, *l. si vsusfructus nomine, iuncta l. fin. ff. vsufruct. quemad. caue. l. 1. ff. si vsufruct. peta.*) Ergo eodem modo à vasallo petetur: nam penes dominum etiam semper dominium mansit, *c. 1. §. fin. de inuestit. de re alien. facta.* Cùm verò feudum alienatione amissum est, & ab emptore, vel alio, possidetur, tum semper rei vendicatione vtitur contra possidentem, qui de iure tertij, hoc est, vasalli alienantis, nihil excipere possit, *l. fin. C. de seruis fugitiuis.* cùm is solùm ad suum dominium egit, quod semper habuit in re feudali, *ex dicto c. 1. in fine, in quibus causis feudum amit. & c. 1. §. final. de inuestit. de re aliena facta.* Et si fortè emptor præscriptionem obiiceret, refutabitur istud per ea, quæ suprà de præscriptione docuimus, *per c. 1. §. præterea. de capit. Conrad. & c. 1. de probib. feud. alienat. per Freder. & ea quæ suprà de præscriptione docuimus in fine 12. partis.* Si verò contra † dominus feudum culpa amiserit, iam vasallus erga dominum ad plenam proprietatem consequendam vtetur, vel vtili rei vendicatione, vel condictione ex lege, *ex c. 1. versic. rei autem, de inuest. de re alien. fact. & §. domino, si de feud. defunc. conten. sit. & c. 1. si dominus*

75

76

propriet. feud. priuetur. Et hactenus de his satis. Forma verò libelli horum petenda erit ex Specul. *in titul. de feudis.* Et proderit quoque forma Barth. Chassan. *in fine tit. des fiedz,* & Ioan. Petr. de Ferrar. *in forma libelli, quo agitur ad reuocandum feudum.*

Hæc quo ad secundam hanc principalem partem sufficiant, ad quos feudum ex mero delicto amissum reuertatur: nunc TERTIAM PARTEM auspicabimur. Hactenus ad quos feudum amissum per contemptum verũ & per merum delictũ reuertatur, explicauimus: † Nunc
77 AD QVOS FEVDVM EX QVASI CONTEMPTV, hoc est, ALIENATIONE AMISSVM REVERTATVR, enucleabimus per conclusiones iterum. PRIMA ergo CONCLVSIO erit in hac parte, quòd feudum nouum sine domini voluntate alienatum, non ad descendentes, nec agnatos, (quia illi regulariter nunquam in nouo succedunt) sed ad ipsum dominum reuertitur, *probatur in c. 1. §. final. in fin. quæ fuit prima caus. benefic. amittend. c. 1. de vasallo, qui contra constit. Lothar. reg. c. 1. quid iuris si post alien. feud. c. 1. §. 1. em si fuerint, quibus mod. feudum amit. titul. 1. c. 1. §. callidus. de prohib. feud. alienat. per Fred.* SECVNDA CONCLVSIO erit, feudum antiquum, seu paternum, à vasallo sine consensu domini illicitè alienatum, exclusis descendentibus, ad agnatos redire, non ad dominum, *ita alibi gl. satis famosa, glos. magna, c. 1. §. hoc quoque, de success. feud.* quæ ratione illa hoc probare nititur, quòd alienato feudo sine domini consensu, *alibi in c. 1. §. donare, versi. porrò, qualiter olim feud. poter. alien.* redemptio detur potiùs agnato quàm domino, vt quoque alio rursum responso *c. 1. §. licèt, versic. si vasallus culpam, si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasal.* feudali traditur. Vasallo culpam committente, ex qua feudum amitti debeat, agnatos (exclusis descendentibus & domino) potiùs admittendos: & ergo vt in iis præferuntur: ita quoque agnatos hîc domino præferri, quam gloss. sequitur Bald. Iacob. de Beluis. Nicola. de Neapolis, Andre. de Ysern. Aluarot. & communiter Doctores, *in dicto §. hoc quoque. de success. feud.* quos imitatur Zasius *in decima parte sui tractatus feud. fol. 72. mihi.* & Curtius Iunior

Iunior *in quinta parte, in 4. conclus.* confirmantque omnes, per duas potissimùm ratiões: Primò, quòd agnatis hoc iuris, quod in feudo antiquo habent, sine facto illorum illis auferri non debeat. *Andr. de Isern. & Doct. in c. 1. de alien. feud pater. per l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. & l. non debet. eod. titu.* Secunda ratio est, vt vult Bal. *in c. 1. §. fina. quæ fuit prima causa benefic. amitt.* quod istuc si amitteretur, fraudarentur sæpiùs agnati, dum inuitamēto illi delinquendi posset vasallus, quandocunq; feudum alienando, miserè fraudare suos agnatos, quòd esset iniquissimum, *l. iniquissimū. ff. de iuris & fact. ignoran.* † Sed paucis, quanquàm communiter quasi Doctores & gloss. hanc comprobent sententiam & conclusionem: equidem tamen induci vt id credam nequeo, dum feudorum diuersa responsa, *vt, c. 1. de vasal. qui contra constit. Lotha. c. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amit. tit. 1. c. 1. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Freder. c. 1. quid iuris. si post alien. feud. c. 1. §. fin. versic. si vasallus quæ fuit prima causa benefi. amitt. c. 1. versi. adhuc. extr. de feud.* absque cauillo intellecta, diuersum me sentire cogunt, quæ non ad agnatū, sed illicitè alienatum feudū expressè & simpliciter ad dominū redire volunt, nulla adhibita distinctione noui vel paterni feudi. † Quæ cùm negligitur à nobis, adferenda non erit, *l. de pretio. ff. de publ. in rem act. cum similibus:* tum etiam potissimū, quòd ea, quæ à diuersa parte proferuntur, nihil horum probant, nec vllum responsum toto in iure feudorum. † Quid enim clariùs (relictis alijs quàm plurimis responsis) esse posset isto responso. *in d. c. 1. §. fin. versic. si vasallus. quæ fuit prima causa benefic. amitt.* Si vasallus contra constitutionem *bonæ memoriæ* Lotharij Imperato. beneficium alienauerit, quia dominum contemnere videtur, ad dominum beneficium pertineat. † At hic statim objiciat glo. prædicta allegatum responsum de feudo nouo, non paterno, intelligi debere, aut paterno saltem tali, ad quod non veniunt agnati ex latere venientes, ex verbis, *non ad proximos*, (relicto verbo, *agnatos*) positis in immediatè præcedentibus dictum responsum, nempè in d. c. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amit. quasi intelligere voluerit de descendentibus

78 79 80 81

tantùm: sed breuibus, errat. Nã cùm in iam d. responso, videlicet, d. §. fin. quæ fuit prima cauf. benef. amit. quàm plurimis amissionũ causis præmissis disceptaret compilator in fine, ad quem redire amissa feuda tam noua, quam antiqua, deberent, voluit simpliciter, si in dominum esset peccatum, ad dominum redire: si in aliũ, iam ad proximos, hoc est, agnatos, ad quos de iure pertinere posset, *secundùm c. 1. §. licet, versic. si vasallus culpam. si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasal. & c. 1. si vasallus propri. feud. priuetur. cui communiter Doct. consentiunt, in d. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amitt.* Quare non etiam responsum immediatè sequens tam de antiquo, quàm de nouo feudo, intelligeret? imò si de nouo intelligi solùm voluisset, dixisset vtiq; distinguendo qualitates, adhibitis differentijs. Cæterùm hoc quia non fecit, quis dubitat, non finem vnius responsi, vt principium & medium intelli-
82 gi debere? † cùm ferè semper secundùm prædicata subiecta intelligi debeant. *§. prætereà, Institu. de inutil. stipul. cum similibus.* Prætereà, cùm responsum expressè habeat ideo feudum illicitè alienatum ad dominũ redire, quia dominum per hoc contemnere videtur (quæ verba sunt notanda) quis dubitat sub præcedentibus immediatè prædictum responsum comprehendi: nam si alienãdo contemnit dominum: ergo in eum delinquit: necessariò ergo principium responsi. §. fina. quæ fuit prima causa benefi. amit. habere locum debet, vbi volunt ad dominum redire simulatque in eum peccatum foret. Et certè, si quis introspiciat, rectè videbit, feudorum compilatores timuisse, ne quid tale comminisceretur, atque pars aduersa asserit. Et ergo, cùm in principio responsi, d. §. fin. quæ fuit prima causa. dixissent, ad dominum redire feudum, cùm in eum esset peccatum: vbi in alium, tum ad agnatos, ne quidam dubitarent in alienatione facta non ita peccatum videri, vt ad dominum rediret, in fine dicti responsi. in d. § fin. versic. *si vasallus.* quæ fuit prima causa benefi. clariùs expresserunt etiam ad dominum redire, rationem sdijciendo, nimirum quia per hoc dominum contemnere videretur. in d. versicu. *si vasallus.*

Quasi

Quasi dicerent sub ea parte regulæ comprehendi, qua in dominum peccatur, & in vltionem iniuriæ sibi illatæ ad dominū reuertitur, qui verus est intellectus dicti responsi, quicquid glossa dicat. † Et quod grauiter feu- 83
dum alienando ergo dominum delinquat, ex eo probabiliter videri potest, quod præterquàm, quod re sibi concessa aliter quā decet vtatur. *arg §. furtum, Instit. de oblig. quæ ex delict. nas. argum. l. si pignore ff. de furt. cum similibus.* vitio quoque prædæ afficiat, *l. fina. C. vnde vi. iuncta l. penul. eodem titu.* Ad hæc, negari nequit etiam, quin domino damnum graue per alienationem adferat circa bona sua, ex qua feudum amitti, & ad dominum redire alio loco satis monstrauimus, *suprà conclus. 2. & 8.* vbi de meris delictis egimus. *per §. prædictis. quæ fuit prima causa benefi. amit. iuncto §. aliud quoque, versicu. causas, in Authent. vt cùm de appel. cogn.* Postremò, non video satis, quæ ratio esse possit feudum paternum, seu antiquum, illicitè alienatum, quare minùs ad dominum redire debeat, quàm nouū, cùm causa prohibitionis alienatiōis tam in vno, quàm in alio militet. Causa enim prohibitionis fuit, ne, feudis à vasallis diuenditis seu alienatis, dominorū seruitia, exhaustis iam bonis, subterfugerent, *c. 1. de prohibit. feud. alien. per Lothar.* ita enim inquit Lotharius Imperator: [per multas interpellationes ad nos factas cōperimus, milites sua beneficia passim distrahere, ac ita, omnib⁹ exhaustis, suorum seniorum seruitia subterfugere, &c.] & paulò post: [Hac igitur edictali lege in omne æuum valitura decernimus, nemini licere beneficia, quæ à suis senioribus habent, sine eorū permissione distrahere, vel aliquod commercium aduersus tenorem nostræ constitutionis excogitare, per quod Imperij, vel dominorū, minuatur vtilitas, &c.] Ecce, si nemini liceat beneficia distrahere, q̄s hic dicet prohibitionem Lotharij non ita se ad paternū extendere feudum, quàm nouum? Anne ita agnatus alienans antiquum feudum in dominum peccat, eiusque vtilitatem minuit, atque alius aliquis nouum alienans? quis dubitat? Sed cui cedet illud feudum antiquum, siue nouum, ita à vasallo contra Lotharij constitutionem

ſed ad tempus tantùm, & donec viuit alienator, vt etiã propter alienationem, inuito eo ſuſceptam, non perpetuò beneficium ſibi delatum retinere poſſit, ſed eouſque, donec vaſallus viuit, fruatur, quo mortuo, agnatis id deferatur. Qui verò, contrariæ ſententiæ aſtipulantes, feudum propter alienationem amiſſum non ad dominum, ſed ad filios, vel agnatos, pertinere voluerunt, eorum maximum numerum enumerauit, idem D. Piſtoris, *capit. eod. num. 1.* noſtrę qui ſimul eſt opinionis, & Bal. alio loco, *in d. ver. ſi vaſallus. quæ fuit prima cauſa benefi.* † Qui, vt hæſitans, dat agnatis & deſcendentibus conſilium benè notandũ etiam, nempè, quòd prohibeant tradi poſſeſſionem ratione intereſſe, quod habent, tum, vt per dominum prohibeatur, (illis interpellantibus) emptorem vel ſimilem ingredi poſſeſſionem, *argum. l. ſi quis ſciens. ff. de contrah. empt.* quæ impediét, quominùs fraudentur deſcendentes, vel agnati, ſuo iure, per multa, quæ ab jllo allegantur. *in d. §. fin. verſic. ſi vaſallus. quæ fuit prima cauſa benefi. amit.* † Nam dominus ſi eum non prohibet, in dolo conſtituitur, ex quo lucrum non reportabit, *l. non fraudantur. §. nemo. ff. de regul. iuris, l. 1. ff. de dolo. cum ſimilibus.* Quod conſilium etiam tacitè ſequitur alio loco Alua. *in c. fin. concluſ. 17. quæ fuit prima cauſa benefic.* vbi vide etiam Martinum Lauden. qui aliam dat cautelam. RESTAT nunc igitur RATIONES ET IVRA PARTIS ADVERSAE REFVTARE: PRIMÒ, quòd, alienato feudo ſine domini conſenſu, alibi redemptio potiùs detur agnato, quam domino. *c. 1. §. donare. ver. porrò. qual. olim feud. pot. aliena.* atque ideo videri hic quoq; agnatum præferendũ: Quia reſpondeo, illa parùm aut nihil ad hanc rem facere. † Nam quod in redemptione agnatus præferebatur domino, id de veteri iure obtinebat, quo licuit liberè ad medietatem ſine dñi conſenſu feudũ alienare, vt multis feudorum reſponſis comprobatur, *c. 1. de aliena. feud. c. 1. §. ſi quis deceſſerit, verſi. Titius filios. ſi de feudo defunct. content. ſit inter dominum & agnat. vaſall. c. 1. § item ſi fidelis, verſic. aut ſi libellario. quibus modis feudum amit. tit. 1.* reſeruato tamen iure redemptionis ſemper filijs, agnatis, & domino, *d. c. 1. §. donare, verſ. porro.*

(Margin numbers: 84 beside "† Qui, vt hæſitans"; 85 beside "† Nam dominus"; 86 beside "† Nam quod in redemptione".)

porrò.qual.olim feud. pot.aliena.c.1.§.sed etiam res. per quos fiat inuest. Non mirum igitur, si filius, vel agnatus, tum dño in feudo præferbatur redimendo, cùm longè ille, vt consanguineus, domino, quasi extraneo, præferendus erat. Cæterùm cũ vetera illa iura alienationis feudi penitùs hodie sublata & abolita sint, tum omnis penitùs alienatio vasallo sine domini consensu inhibita, *c.1.qua.olim feud.poterat aliena.c.1.de prohib.feud.aliena.per Lothar.c.1.de prohib.feud. aliena. per Frederic.* illa redemptio hodie sibi locum non vendicaret, nisi domini consensu alienatio facta esset, imò quiduis alienatum plenè domino cederet, *d.c.1.§.callidis.de prohib.feud.aliena. per Frederic.c.1. de vasal.qui contra constit.Lothar.c.1.§.fin.versi.si vasallus. quæ fuit prima causa*
87 *benefi.amit.* † vt olim, seu veteri iure, alienatũ plenè supra medietatem feudi contra prohibitionem, *c.1.§.item si fidelis. versi.at si libellario, iuncto versic.his omnibus, & §. prætereà. versicu.item si fuerint. quibus modis feud.amit.titu.1.* quod maximè etiam pro nostra parte facit. Nam si tum vltra mediã feudi partem alienatum redibat ad dominum propter prohibitionem. quare nõ etiam hodiè, cùm æquè prohibitio facta sit? SECVNDÒ, NON OBSTAT alterum obiectum, videlicet, agnatos domino præferri, etiam cùm vasallus delicto feudũ amittat, *c.1.§.licet, versic.si vasallus culpam.si de feud.defunct.content. sit inter dominum & agnatum.* non minùs ergo præferri debere alienatione facta, quia argumentum illud simpliciter non procedit. Nam agnatum præferri domino simpliciter, vbi delicto feudum est amissum, plus quàm falsissimum est. *per c.1.§.fina. in 1.responso. quæ fuit prima causa benefi.amitt.* At tum facilè admisero, vbi in alium, quàm dominum, committendo cecidit in commissum, *d.§.fin.in 2.responso. quæ fuit prima causa benefic.amit.* vt ius per aduersam partem allegatum loquitur. *in d.c.1.§.licèt, versic.si vasallus culpam.si de feud.defunct.content.sit inter dom.& agnat vasall.* Sed tum nobis obstare nequiret propter diuersitatis rationem: quia quod nostro in casu ad domnum redit, ideo est. quod in dominũ peccauit eum contẽnendo, *c.1.§.fin. & versic.si vasallus. quæ fuit prima causa benefic.amitten.* id ipsum in alio casu non reperies,

ries, vbi in alium, quàm dominum, deliquit. Meritò ergo tam agnatus dominum excludit, *d.c.1.§.si vasallus culpa.sine f. n.l.de iure n.c.l.contente fit, iuncto c.1.§.fina.in 2.responso.quae fuit prima causa benefic.* TERTIO NON OBSTAT Doct. ratio, qua volunt, agnatis hoc iuris, quod habent, auferendum non esse, &c. Qua paucis dicimus, nihil iuris quoad hanc partem in feudo habere agnatos. Nam nouo vel antiquo feudo cōcesso, hoc secum naturæ, inquimus, adferre eousq; vt vasallus teneat, quousq; in dominum non peccetur. vide suprà *in 4.parte*, vbi de naturis feudorū propriorū egimus? † Quapropter agnati, cùm 88
plus iuris non habeant, quàm feudi natura ijs admittit, quid cōqueri possent dñs suum si alienatum feudū vendicat. † QVARTÒ, Bal. ratio etiam NON OBSTAT. *Bal.* 89
in d.c.1.§.fin.quae fuit pri.cau.benefi.amit. qua voluit in arbitrio vasalli non esse constituendum, agnati vt fraudarentur: quia isthuc vt minus verum est: ita expresso vno feudali hoc responso. *in c.1.§.firmiter.de prohib.feud.alie.per Fred.* fieri posse cōprobabo. Inquit enim: [firmiter statuimus, tam in Italia, quàm in Alemania, vt quicunque, indicta publica expeditiōe, vocatus à dño suo in eadem expeditione spacio competenti temere venire supersederit, vel alium pro se, dño acceptabilem, mittere contempserit, feudū, quod a domino habuit, amittat, & dominus feudi in vsus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem.] Ecce quis negabit, vasallum suo in arbitrio feudum habere, tum facultatē agnatis præiudicandi? Si ergo hic præiudicare (feudi ex natura) poterit inuitis agnatis, in qua glo. concorsq; Doct. sententia consentit. *glo. & Doct.in d.§.firmiter.* quare non etiam in alienatione feudi? Non tamen præsumendū est, suum vel iactare vasallum, *l.cùm de indebito.ff.de probatio.* quanquàm præiudicare posset: prædicta tamen hucusq; consuetudine mutari posse, dubium non est: vniuscuiusque igitur territorij vsus circa prædicta inspiciendus fuerit. Et hactenùs satis. Nunc ad CONCLVSIONEM nostram SECVNDAM redeamus: Prædicta omnia, quæ in secunda conclusione de alienatione diximus, intelligetis quoque

obli-

obtinere in oppignoratione in dotis datione, & similibus, de quibus in parte præcedenti 12. sufficienter egi-
91 mus. † Et ergo, si citra domini consensum oppignoratum, vel in dotem datum fuerit, ad dominum plenè re-
91 dire dicetis, per suprà hactenùs dicta. † Sed cùm hactenùs dictum sit latè, feudum alienatum ad dominum redire, meritò hic quis dubitaret, ad quem dominorũ redire debeat, nempè feudo sæpiùs subinfeudato, & iam ab vltimo alienato: sunt enim iam plures domini respectu huius feudi. Paucis putarem, ad solum immediatum dominum illius, qui alienauit, vt quoque fit in casu, quando sæpiùs subinfeudato feudo, vltimus delinquit in primum dominum, vel alium, quàm suũ dominum, *argumen. c. 1. §. illud quoque. de prohib. feud. aliena. per Freder.* Nec iam tamen deducendus erit ad satisfaciendum, vt alio loco recensuimus. suprà *in 12. conclusi.* vbi de meris delictis egimus, *ex d. §. illud quoque.* quia hic non ita delinquit
92 in personam domini, atque ibi, sed potiùs in rem. † Nec hic primus dominus multum de alienatione facta per vltimum conqueri posset, quia per hoc parùm, aut nihil, præiudicij illi contingit: Quia quamdiù suus vasallus præstat seruitia illi, ad quæ præstanda semper æquè tenetur (licèt ex subinfeudatis alienatio posteà facta sit) primus dominus conqueri iustè non posset, cùm nec per alienationem ius suum præscriptione, vel vllo alio modo, posset minui, vt de deterioratione suprà, & de præscriptione satis superque docuimus. *in fin. partis 12. argu. §. furti autem actio, cum duobus sequen. Institu. de oblig. quæ ex delict. nascun.* (non tamen ignoro, tenere communiter Doct. simpliciter ad primũ dominum redire. *Doct. communiter in*
93 *d. §. illud quoque.*) † Præterea, cùm tex. dicat, alienatũ feudum redire ad dominum, *§. fin. versic. si vasallus. quæ fuit prima causa benefi. amit.* & solus immediatus habeatur pro domino tantum, cùm dñi mei dominus, meus dominus nõ est, *d. c. 1. §. illud quoque. de prohib. feud. ali. na per Frede.* rectè er-
94 go ad immediatum redibit. † Si tamen à primo vasallo seruitiũ denegaretur, vel per alienationem deterioraretur, etiam per vasallum subinfeudatũ, tunc facilè admisero

misero feudum ad dñm primũ redire, *per c.1.§.qui dom. nā, versic. sed non est alia iustior. quæ fuit pri. cau. benefic. am. it.* † Sed 95
hic aliquis quæret, quid si ex medijs dominis aliquis (nō superior) vbi subinfeudasset feudum rursum, ius suum alienaret in aliquem, hoc est, vtile illud dominiũ, quod penes se retinuit subinfeudando sine consensu sui domini & vasalli, an iam feudum redibit ad dominum alienantis, an ad eius vasallum? Certè dicendum, quod iam rursum immediatus dominus alienantis repetet feudũ, vt antè diximus, & tenebitur hic alienans subinfeudatis, quicquid damni per hoc sint perpessi, resarcire. Sed dubitaret rursum aliquis, an iste alienãs solùm amittet illud vtile dominiũ feudi alienatũ, an verò totum feudum, quod iam rursum subinfeudauit? Et certè videtur, solũ quod alienauit. *per c.1. de vasallo, qui contra constit. Lothar. reg.* Sed paucis putarem, eo etiam non obstante, totum redire ad dominum alienantis: Et hoc ideo, quia si nihil rediret, quàm quòd esset alienatum, nempè vtile dominium, iam nihil lucri accederet domino alienantis, respectu iniuriæ sibi quasi illatæ per alienationem, *ex §. fin. quæ fuit prima causa benefi. amit.* † Nam 96
vtile dominium omnes domini, quotquot secundò iterum infeudant. penes se seruant, *vt infrà docebo.* Præterea eodem modo fit, quãdo in dominum primum, vel aliũ, delinquitur, etiamsi fit aliquis ab eo, qui deliquit, infeudatus, *vt suprà quoque alibi docuimus*, ergo & hic. per tex. *d. c. 1. §. illud quoque, & c.1. in fine. qualiter olim feud. pot. alien.* vbi textu benè inspecto satis probatur. Nec obstat his, quod alibi solùm pro parte alienatum vult amitti *in c.1. de vasallo, qui contra consti. Lothar. reg. feud. alien.* quia ibi potuit aliquid lucri dominus ex alienatione consequi, nẽpè, partem alienatam: hic verò in nostro casu nihil nisi vtile dominium, quod penes se quoque habet, *vt iam antè diximus.* Præterea eo ipso, quod dominiũ alienat statim omne, quicquid respectu feudi habet, alienat: At ita nõ fit, vbi vasallus partem feudi tantùm alienat. † Et ergo 97
si etiam solum partem vtilis dominij, quod in feudo habet, alienaret, dicerem iam etiam, quod pro rata parte

Y feudum

feudũ tantũ amitteret, *ex d.c.1.de vasal.qui cõtra constit.Lothar.* Nũc ad FALLENTIAS nostræ cõclusionis veniamus. FALLIT hæc prædicta secunda conclusio, si vasallus alienaret feudum in proximiorem descendentem, vel agnatum: Hoc enim casu non amittetur feudum, sed remanebit apud accipientem, excluso domino: nam tunc propriè nõ censetur verè alienare, sed potiùs refutare, *c.1.de alien.feud.pater.c.1.§.si quis decesserit, versicu. Titius filios si de feud.defunct.content.sit.* nec tali casu domini cõsensus est necessarius, *d.c.1.de alien.feu.pater.* Et obtinet hæc fallentia tam in nouo feudo, quàm antiquo: in nouo tamẽ solùm descendẽtium: in antiquo etiã respectu agnatorum, qui solùm in antiquo succedunt, non in nouo. Et ergo si nouum feudum in aliquem agnatorum alienaret, iam non esset refutatio, sed vera alienatio. FALLIT secundò, si nesciuisset feudum esse, cùm alienaret vasallus, secùs, si sciuisset, *Aluarot.in c.1.§.fina. quæ fuit prima causa benefic.amitt. conclus.*28. Et quomodo possumus ignorare esse feudum, docuimus in parte præcedenti: hoc ergo casu redibit ad alienantem, *c.1.§.si vasallus.si de feud.defunct.content.sit.* restituto illi pretio & interesse, *vt ibi.* FALLIT tertiò, si vasallus sine domini voluntate ex necessitate sentẽtiæ, vel transactione, debuit alienare: illo enim casu manebit apud alienatarium, & nõ redibit ad dominum. *c.1.§.si vasallus.si de feud.defunct. iuncto c.1.de controuer.inter vasal.& aliũ. de feud.Aluar.in d.§.fi.quæ fuit prima causa benefi.amit. conclus.*34. *de quibus latè in parte duodecima suprà diximus.* FALLIT quartò, si venditum vel donatum feudum vasallus nondum tradidisset, *Aluarot.in d.c.fina.conclus.*41. *per l.alienatum.ff.de verbo.signifi.* hoc ergo casu apud vendentem manebit: tenebitur tamen emptori haud dubiè de interesse. *l.1.ff. de actio. empt. iuncto c.1. §. si vasallus. si de feud. defunct. content. sit.*

98 † FALLIT quintò, si vasallus alteri feudum infeudaret sine consensu domini: hoc enim casu non reuerteretur ad dominum, sed remanebit penes infeudatum ad mortem vsque infeudantis. Posteà verò, si descendentes, vel agnati sint infeudati, illi tum recuperabunt gratis, ex
99 regula: Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris,

ex c.

ex c.1.§.& si clientulus.de alien.feud. vel etiam in vita infeudantis, si modò redimere velint, *vt infrà in quinta conclusione latiùs docebimus*: si tamen infeudanti agnati, vel descẽdentes, non essent, tunc eo moriente ad dominum rediret rursum, ex dicta regula: Resoluto iure datoris, &c. nisi subinfeudatus dominum subinfeudantis rursum recognoscere vellet, *c.1.in fin.qualiter olim feud. alien.pote. vt docebimus infrà in octaua conclusione: & hæc de secunda conclusione sufficiant.* †TERTIA CONCLVSIO erit, si vasallus feudum nouum cõsensu domini alienauerit in extraneum, vel agnatum aliquem, non poterit per hoc pater vasallus filio, vel descendenti, præiudicare: & ergo posset filius, vel descẽdens proximior, feudum redimere, etiam viuente patre, refuso pretio dato pro feudo, vel æstimatione, si gratis accepit. *probatur in c.1.§.Titius filios.si de feud. defunct.content.sit.iuncto c.1.§.sed etiam res.per quos fiat inuest.c.1. §.porrò.quali.olim feud.pot.alie. de quibus infrà in quinta conclusio.* Sed huic opinioni meæ & conclusioni nostræ rursum obluctatur concors Doctorum opinio, qui dicunt, patrem, simpliciter alienando feudum nouum cum consensu domini, posse præiudicare filio, vel descendenti, atque adeò, vt ne spes vnquàm vlla sit ad hos reuertẽdi, neque in vita, nec post mortem. ita Andr. de Isern. *in c.1. de alien.feud.pater.* quem sequitur Martinus Lauden. *in c.1. §.Titius filios.si de feud.defunct.content. sit.* Aluarot. *in c.1.§.fina. quæ fuit prima causa benefic. amitt.conclus. 47, & in c.1.in fin.de alien.feud.pater.* vbi etiam Schenck, Præposi. & alij, rursum. Zasius *in 9 parte, fol.55.mihi.* Curt. *in 4.parte* dubitat, *fol.456.* Et hoc probare nituntur potissimùm ex Andr. de Isern. *in d.c.1.de alien.feud. patern.* quem vt coryphæum vno ore omnes sequuntur, sequentibus rationibus. PRIMÒ, quia illud, quod acquiro, mihi acquiro, & sic illa re facere possum quæ volo, *l.qua ratione.§.hi quoque.ff.de acquiren. rer.domi.* † Quum nihil tam sit naturale, quàm sequi voluntatem domini transferre rem suam volentis in aliũ, *§.per traditionem, Insti.de rer.diuis.* Imò iniquũ videri, libero homini interdicere rerũ suarũ alienationẽ, *l.2.ff.si quis à parẽ.manumiss.fue.* SECVNDÒ, quia solũ inuenitur in iure prohibitum

100 and 101 (margin section numbers beside TERTIA CONCLVSIO and "Quum nihil")

hibitum alienare cum consensu domini in preiudicium agnatorum, *c.1.de alien.feud.pater.* Videtur ergo cocessum in nouo feudo, respectu filiorum & descendentium, 102 *argumen.l.cùm prætor.ff.de iudic.* † Et quòd feudum plenè ad vasallum primum pertineat, atque ergo consensum alicuius descendentium nō requiri, ex eo satis patet, quia certum est, si alicui nouum feudum sit concessum, quòd non succedant mutuò sibi in eo fratres, *c.1.de benefic. frat. & qualiter frater frat.c.1. de duobus fratrib.de nouo benefic.inuestit.* & hoc ideo, quia dominus respexit solùm primum vasallum, cuius solius contemplatione concessit. Quæ ratio etiam est, quare sine consensu agnatorum alienare plenè possit, dūmodò domini consensum habeat, secùs si antiquum foret, in quo sibi mutuò agnati succedunt, *toto tit.de success.frat.& grad.succed. in feud.iuncto c.1.de alien.feu. pater.* Sic nunc videtur à simili, quod in nostro casu feudum nouum absque consensu filij, vel descendentium, posset plenè in alium transferi, cùm nihil adhuc iuris habeant, antequàm fiat paternum, *vt latè Andr. de Isernia in d.c.1.de alien.feud.pater.* Ad quod facere quoque videtur textus alibi, & glo.*c.1.& ibi glo.verbi inuestiri.qui succes.teneāt.* quæ filijs præmortui denegat inuestituram, patri abusiuè, conditionaliter, aut ex tempore prius datam, quum tamen aliàs ius conditionale, ex contractu contingens inter viuos, transitorium sit ad hæredes etiam ante conditionis existentiam. *ex §.ex conditionali, Instit.de verbo.oblig.* Sed paucis, his omnibus non obstantibus, tenebimus nostram conclusionem, quicquid Doctores dicant, per iura à nobis citata. Et PRIMÒ quòd in alia sim sententia, mouet me, quòd omnia per illos allegata pro parte illorum parùm, aut nihil, faciant, vt posteà monstrabo. SECVNDÒ, quòd nulla sint iura feudalia, quæ eorum probant expressè opinionem, videlicet, quòd aliter obseruetur in nouo feudo respectu filiorū, seu descenden-
103 tium, quàm respectu agnatorum in antiquo feudo. † Et ergo q̃a in dubijs benigniora sunt præferēda, maximè in re fauorabili filiorū, *l.benignius.ff.de ll.l.in dubijs.l.quoties. ff.de reg.iur.* & infinitis alijs, potiùs pro filijs & descēdentibus

tibus pronunciandum puto.†TERTIÒ, quòd ratio hoc 104
dictet, quòd liberi non debeant esse deterioris conditionis, quàm agnati, respectu feudi. Sed hic statim obijciet quis, aliud esse in agnatis, aliud in filijs, q.a agnatis est quid iuris acquisitum in feudo antiquo: filijs verò in nouo feudo ni[...]: †Vt videmus in feudo nouo fratribus 105
concesso, in quo tamen sibi mutuò non succedunt, *c.1.de benefic.frat.& qualiter frat.* sic quoq; à simili in isto casu in feudo, respectu filij, vt etiã antè diximus. Sed certè his reiectis respondeo, nihil facere nec ponderis habere, quod adferũt, iuris nihil filiũ habere in feudo nouo, vt fratres inter se. † Quia dico, quod tantum iuris filij, seu 106
descendentes, in feudo nouo habent, atq; agnati in feudo paterno. Nam feudum datum de nouo patri, cẽsetur statim quoque datum contemplatione descendentium secundariò, *per c.1.in quibus causis feud.amitta.argum.l.vnicæ.§. in nouissimo.C. de caduc. tollend. iuncta l.1.C. de ijs, qui ante apertas tabulas.* †Dominus enim eligendo sibi vasallum statim 107
admittere videtur, vt descendentes succedant mortuo patre, citra nouum consensum domini. † Nam vt quis- 108
que præsumitur sibi & descendentibus acquirendo feudum prospexisse, *c.1.de duobus fratr.à capita.inuestit.* ita quoque dominus hoc sciens eò firmiùs in filios, seu descendentes, transfert. *d.c.1.in fine.in quibus causis feud.amit.* secùs est in casu prædicto, vbi nouũ feudum duobus fratribus simul, vel vni, dedit, vbi frater fratri non succedit: quia tunc non censetur alterius fratris contemplatione dedisse dominus, cũ necessariò fratri non succedat frater, vt filius patri, *argum.d.§.in nouissimo.C.de cadu.tollen.* Nec ita egregijs factis imitatur fratrem sæpè frater, atq; patrẽ filius, cuius persona totaque propago ob id, (cùm ferè patrem filius sequitur,) eò magis feudi munere decoratur. QVARTÒ, quod plus iuris in feudo nouo habent descendentes, quàm agnati, ex eo patet, quod filij benè succedunt patre mortuo, non tamen agnati, *vt suprà in nona parte latè dictum est, per c.1. de success. feud.* & hoc ideo, quia cõtemplatione agnatorum non censetur donatum primò: filiorum verò contemplatione maximè, qui sem-

per succedunt, etiamsi à patre præteriti vel exhæredati essent, *vt suprà docui in d. parte nona, per c. 1. de success. feud. & ibi allegat.* QVINTò, descendentes plurimum iuris habere in feudo nouo, ex eo probatur, quod patre mortuo, qui abusiuam solùm à domino inuestituram habuit, nempè ex tempore, quo alius possidens vasallus moreretur, vel conditionaliter, si sine liberis decederet, conditione illa, vel tempore adueniēte, dominus filium, vel descendentem, velit nolit inuestire realiter & cum effectu necesse habeat, *c. 1. qui successor. teneantur, vbi communiter hoc omnes Doct. tenent, licèt gloss. ibi aliter sentiat.* Et ergo vt in feudo ius ibi habuit filius (saltem spem, quæ transmittitur, *per §. ex conditionali, Instit. de verbo. oblgat.*) ita & hic ex natura feudi. *c. 1. in fine, in quibus causis feud. amitt.*
109 † Nam natura feudi est, quod filius necessariò patri in pleno feudo succedere debet, velit nolit pater, nisi culpa amittatur, *d. c. 1. in quibus causis. c. 1. de success. feud.* sed eius naturæ non sunt alia allodia: quia illa pater in alium potest transferre, seruata filio legitima. Et licèt in illis bonis quoque spes aliqualiter acquisita liberis est: si tamē pater alienat, filius spem planè amittit, ideo, quòd non sint eius naturæ bona illa, vt sunt feudalia. SEXTò, probatur & ea ratione, quod quamuis licitè ad medietatem olim alienari feudum potuit tam nouum, quàm antiquū, *ex c. 1. §. & si clientulus. de alie. feud.* qui titulus generaliter inscribitur tā de nouo feudo alienato, quàm antiquo: hoc tamen non licuisse in præiudiciū filiorum & descendentiū: sed nunc perinde est: vt olim ad medietatem alienare sine consensu domini, ita hodiè cum consensu domini. Quia ergo
110 olim non præiudicabatur filijs: ergo nec hodie. † Sunt enim vetera illa iura solùm quoad alienationē correcta, non quoad suam rationem & alia, & loquuntur generaliter de alienatione tā noui feudi, quàm antiqui, vt probatur ex titulo generali, qui inscribitur, de alien. feud. NON OBSTAT huic, quod alibi dicitur, alienationem feudi cum cōsensu domini stabilem manere, *in d. c. 1. vers.*
111 *si vero. de aliena feud.* † Quia illud intelligendum verū fuerit, quoad dominū, secùs quoad descendentes vel agnatos,

cos, quorum ius semper saluum manet, quia nō consenserunt, *per c.1.de alie.feud.pater.iuncto c. 1.§.Titius filios.si de feu. defunct.content.sit.* Rursum eodem modo alius probat textus in d.c.1. versic. *si autem dissentiente*, in verbis, *si tamen sine hærede masculo descendente decedat.* qual. olim feud. poterat aliena. & alibi alio loco alius, in d.c.1.§.rursus. quibus modis feud.amitt. titu.1.in verbis, *& sine hærede decesserit*, c.1.§.si aliquis.apud quem vel quos.in verbis, *& ipse, vel hæres eius, sine hærede decesserit.* in quibus locis semper pater vasallus licitè alienarat, & tamen non præiudicatur descendentibus, quæ omnia capitula manēt adhuc hodiè, quoad rationem & nostrū casum incorrecta, & non loquūtur minùs de nouo, quàm antiquo feudo, quod considerādum. SEPTIMÒ, ratione probatur: nam si posset licitè alienare pater feudum cum consensu domini in præiudicium descendentium: ergo quoque concessum illi esset liberè de eo disponere & testari in illorū præiudicium: sed hoc illi simpliciter negatum est, *per c.1.de success.feud.* vt infrà alio loco docebo: ergo patet quòd nō posset: Quanquàm non ignorem quosdam sentire, id in antiquo feudo tantùm obtinere, vt Castrensis, sed malè, vt infrà patebit. †OCTAVÒ, meo iudicio, videtur 112
ad hoc textus, qui in nostro casu loquitur, in c.1.§. præterea, vers. item si fuerint. quibus modis feud. amit. tit.1. (licèt nostri Doct. aliter intelligant) Loquitur enim de feudo nouo per vnius inuestituram accepto duobus, & quòd filij, seu descendentes, ibi succedant: Dicetis ideo fieri, quod domini cōsensu plus, quàm partem mediam alienarat, vt etiam finalia verba illius textus indicant: nam primò dicit: Si sine legitimo hærede decesserit: Ergo debebat expectari eius mors, *vt nunc antè docuimus in 19.conclus.huius partis*, quod mors delinquentis expectari non debet à domino vel agnatis: ergo domini consensu ibi alienarat: Secundò, suprà docuimus satis superque, descendentes omnes excludi, vbi culpa vasallus quocunque modo feudum amittit, *c.1.§.licet, versic. vasallus culpam.si de feud.defunct.content.sit.* Malè ergo rursum de hærede mentionem ibi faceret. præterea certū est, quod

feudum alienatum semper ad dominum reuertebatur, etiam de iure veteri, quum aliquid vltra medietatem erat alienatum. *per c.1.§.aut si libellario.quibus modis feud.amitta.qui praecedit,d.versicu.item si fuerint:* Ergo debet intelligi, quod in d § dominus consenserat. Vt ergo breuibus nostri responsi intellectus habeatur: Quaestio fuit an etiam in nouo feudo, accepto per vnam inuestituram pro se & fratre (potest enim vnus omniũ nomine inuestituram accipere, *c.1.§.person.. per quos fiat inuest.* licèt omnes fidelitatem æquè præstare debent, *c.1.§.omnes. si de feud.defunct.content.sit.*) si alter sine hærede legitimo decederet, alter alteri succederet? Et dicit, quod non, etiam si vnus inuestituram accepit. NEC OBSTAT, quod, vt obijci posset, idem multis in locis dictum fuit, *vt in c.1.§.1.versi. sin autem.de ijs qui feud.dare poss.& in c.1.in fin.de feud.March.in c.1.de benef.frat.& c.1.de duob.frat.de nouo benefi.* & sic esse super-
113 fluum. † Quia dico, quod nusquã iste casus expressè fuit decisus, quando per vnam inuestituram vnus fratrum simul pro suo fratre inuestituram acceperat, quod tunc, altero mortuo sine hærede descendente, feudũ ęquè rediret ad dñm, excluso fratre, vt etiã in capitulis citatis nusquã apparebit, sed solùm fit mẽtio huius casus vnico alibi in responso. in c.1.§.*filia.* de success.feud. vbi solùm dicitur hoc fratri non prodesse, quod per vnã inuestituram feudũ accepit, non dicit tamẽ, ad quem debeat redire: sed hoc iam dicit, seu decidit, in d.§.*item si fuerint.*
114 quibus modis feudum amittatur. Et esto, quòd etiam in alijs locis idẽ diceret: hoc tamen non esset nouũ: † Quia sæpiùs in iure feudali superflua ponũtur, vt videre multis locis licebit apertè, in c.1.de allodi. iuncto c.1.§.*firmiter.* de prohib. feud. aliena. per Freder. quæ idem habent. Ratio verò decidendi in d.§.*item si fuerint.* erat, quia vterque nouum feudum habebat: Et ergo succedere alter alteri nõ potuit, nisi pacto sibi prouidissent. *per d. §. filia, in fin. de success.feud.& c.1.qualiter frater fratri.* Rursum non potest intelligi d.§.*item si fuerint.* quod sine consensu domini ibi alienarit, propter verbum, *plus medietate*, quod illicitam alienationem innuit, qui, ita intelligendo, veni-

veniret contra plura iura feudalia, & contra textum c. 1.§.aut libellario, quibus modis feud. amit. iuncto versic.his omnibus.ibidem,titul.1. qui expressè dicit, tunc ad dominum redire, & maximè contra illum text. c.1. §.licèt si. versic.si vasallus culpam, si de feud. defunct. content.fuer. c.1.§.fin.quæ fuit prima causa benef.amit. & regulam in d.§.fin.positam, quæ habet,quòd quando peccatur in dominum,quòd tunc semper ad dominum, exclusis etiam omnibus,redire debeat,sub quo §.continetur etiam dictus versic.si vasallus.quæ fuit prima causa benefic.vbi dicitur,quòd per alienationem factam ad dominum feudum redit. NONÒ,quoque alio loco probatur apertè satis,in c.1.§.si aliquis, apud quẽ vel quos, vbi indistinctè etiam loquitur tam de nouo,quàm antiquo feudo. Et hæc quo ad hanc partem suffecerint: nũc ad propositum diu intermissum, redeamus. SI agnatis ergo,simulatque illis aliquid iuris acquisitum est, præiudicari non possit, *c.1.de alienat.feud. patern.* non minùs credimus descendentibus quoque præiudicandum non esse per patris alienationem, propter eandem rationem,quæ non militat magis in vno quàm alio. Refutemus igitur iam ab Andrea de Ysernia, & aliis communiter Doct. obiecta:nimirùm, rem acquisitam mihi acquiri,atque ideò illa re facere posse quæ volo, dum nihil tam naturale sit, quàm sequi voluntatem domini rẽ suam transferre volentis in alium:imò videri iniquum, libero homini rerum suarum administrationem inhibere,*l.qua ratione,§.quoque,ff.de acquir.rerum domi.l.2.ff.si quis à parent.manu.fuer. §.per traditionem, de rer. diuis. Instit.* quia illa loquuntur,quando plenè res illius est, qui acquirit. At in nostro casu ex † natura feudi plenè non est vasalli, 115
sed quoque secundariò liberorum,*c.1.de aliena. feud. pater. &,c.1.in fin.quibus mod. feud. amit. vt suprà alibi docuimus*: ergo in hac parte locum habere non potest,quod Andreas de Ysernia & sui sequaces adferunt, *in d. c.1.de alien feud. patern.* NON OBSTAT quoque,solùm de agnatis fieri mẽtionem,& non de descendentibus,in d.c.1.de alie. feud. pater.atq; ideò descendentes excludi, *argum.l.cum prætor,*

ff. de iudic. quia nec illa in nostra parte locum habere posset: nam licèt d. c. 1. de alie. feud. pater. de liberis, seu descendentibus, expressè nihil dicat: aliis tamen capitulis anteà à nobis citatis, satis expressè declaratur, vt etiamsi non declararent, facilè ex mente d. c. 1. de alien. feud. pater. haberi possit, & eadem ex ratione, *per suprà dicta, argum. l. vnicæ. §. in nouissimo, C. de caduc. tollen. l. 1. C. de his, qui ante apert. tab.* Vt enim nepotes veniunt ad hæreditatem aui, licet pater solus institutus obiit ante aditam hæreditatē, non facta mentione nepotum: quanquam textus simpliciter dicat, hæreditatem non aditam non transmitti, *in d. §. in nouissimo.* sic quoque à simili hîc, *in d. c. 1. de alien. patern.* Concludimus ergo, feudum nouum, cum consensu etiā domini, non posse alienari à vasallo in præiudicium filiorum, siue descendentium, quicquid Doctores dicant. Nunc ad nostras conclusiones redeamus. QVARTA ergo erit CONCLVSIO: si vasallus cum consensu domini, vel absque consensu domini, (nam vtrumq; potest) in agnatum remotiorem in gradu, nullis descendentibus superstitibus, feudum antiquum alienauerit, non tamen per hoc agnatis proximioribus præiudicabit, *c. 1. & ibi omnes Doct. de alien. feud. patern. &, c. 1. §. hoc quoque, de success. feud.* Quum † enim in agnatum remotiorem in gradu alienauit, recuperare feudum tum proximior debebit, alienante mortuo demùm, non antea, ex regula: Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris: *hæc conclusio probatur in c. 1. §. si quis decesserit, versic. Titius filios. si de feud. defunct. content. sit.* & sic non posset hoc casu in vita alienantis pretio redimere, quòd secus est, vbi in extraneum alienatio facta est, vt in sequente conclusione dicemus. QVINTA erit CONCLVSIO: † si vasallus cum consensu domini feudum antiquum alienauit in extraneum, hoc casu poterit proximior agnatus, vel etiam quilibet remotior in gradu agnatus (etsi proximior nolit) feudum redimere, restituendo pretium, quod pro eo datum est, si nihil dedit, æstimationem, & hoc in vita alienantis, si mortem eius expectare nolit: *hæc conclusio probatur in c. 1. § sed etiam res, per quos fiat inuestit. c. 1. §. porro, qualiter olim feudum*

p[...]-

116 (margin, beside "feud. Quum † enim…")

117 (margin, beside "TA erit CONCLVSIO…")

poterat alien. Sed posset dubitari, quæ sit huius rei ratio, quòd, cùm in agnatum alienatur, non possit redimi in vita alienantis: quando verò in extraneum, tum licere: 118
puto † illam esse rationem, quòd in casu, quando in agnatum alienatur, per talem alienationem licitam nondum vasallus amittat ius suum plenè, quousque viuat: quia ergo contingere posset, proximiores agnatos mori ante mortem vasalli alienantis, tuncque ordine recto & iure illum posse succedere, in quem nunc alienatum est, ideò non posse proximiorem ante alienantis mortem redimere existimarem. Secundò propterea, † quòd 119
ius retractus principaliter concessum sit, ne res patrimonialis immobilis extra familiam iret: sed hîc extra familiam non alienatur, quia in agnatum transfertur: ergo non admittitur hic ius retractus: sed econtrà in casu, vbi extraneo res feudalis data est, admitti retrahi, etiam in vita alienantis, & hoc à quocunque agnato in remotiori etiam gradu constituto, *expressè in d.c.1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit. & c.1. §. porrò, qualiter olim feud. poterat alienar.* Nam † interest aliquando non alienari rem, 120
vel feudum, extra familiam, *l. si in emptione, ff. de minoribus. l. lex quæ tutores, versic. nec verò domum, C. de administr. tutor.* & ita quoque ex prædictis habetis, in feudis adhuc hodie ius retractus locum habere: quanquam non ita in allodialibus bonis, *vt in l. dudum, C. de hæred. vel act. vend.* Nam Fredericus, Lotharius, & Conradus Imperator, qui feuda confirmarunt, dudum post Valentinum, Theodosium, & Arcadiū viguêre, prohibitores iuris prothomiseos. *de quo in d. l. dudum.* NEC obstat huic textus ille, vbi videtur, quòd siue in extraneum, siue in filiam vasallus alienarit, quòd semper mortem alienantis expectare debeat, *c.1. §. hoc quoque. de success. feud.* quia dicendum, mortē expectare debere ibi, si gratis feudū habere velint, secùs si redimere affectēt: nam tūc dico, ꝙ etiam statim possunt redimere, † etiam à filia, quæ in hac parte extranei loco 121
est, cùm in feudo non succedat, *per d. c.1. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit. d. c.1. §. porrò. qual. olim feud. poterat aliena.* quicquid dicat Aluarot. *in c.1. de alien. feud. patern.* Nam licèt in d. respon

d.responso, *d.c.1. §. hoc quoque. de feud.success.* dicatur, quòd post mortem alienantis proximior agnatus feudum reuocabit: ergo tum non dicit, nec sequitur, non posse in vita redimere, per iura suprà ad hoc allegata, *vt c.1.§.sed etiam res.per quos fiat inuestit. & similia*: Loquitur enim d. responsum in casu, quo non vult redimere. Sed ad hoc statim obiiciet aliquis, filium benè redimere feudum, etiam viuente patre vasallo alienante, licèt in agnatum (& sic vnum ex familia) alienauerit; *per d.c.1.§.Titius filios.si de feud.defunct.content.sit.* quare etiam tunc mors patris non expectatur? Paucis puto, quòd in hoc filiis, seu descendentibus, prærogatiua concessa est præ agnatis, propter affectionem maiorem, quam erga rem magis, quàm cæteri, habent: tum etiam, quia illi multò plus iuris in eo
122 habere videntur. Sunt † enim filij pars patris, *l.fin.C.de im puber. & alijs substit.* & sunt quodammodò domini rerum paternarum in vita patris, *§.fin.Instit.de hæred.qualit. & differ.* Et certè negare nemo posset maximè interesse filiorum & descendentium, rem immobilem non transferri in agnatos collaterales (vt quoque diximus antea maximè interesse agnatorum in extraneum rem non esse a-
123 lienatam:) Quia † descendentes magis afficiuntur erga domum aut castrum patris auitum, (ex quo ferè cognomen habent) quàm collaterales, *argument.l.lex quæ tutores, versic.nec verò domum, C.de administr.tut.* Nemo enim præripi facilè locum fineret, vel ab alio possideri permitteret, à quo maiores agnationis nomen, stemma & gentilitatem traxêre, quæ in collateralibus ita frequenter locum non habent, nec vendicant similitudinem: Quam puto genuinum esse intellectum, & meram rationē dicti responsi obiecti, quod, vt elegans & vtile admodum etiā hodie ad similia multa adaptari poterit, quicquid dominus Schenckius dicat *in d.§.Titius filios* qui putat, hodie infrugiferum esse. & emendatum planè, etiam longè aliter, quàm nos, declarans post Iacobum de Beluis. & Bal. putans se rectum sensum illius & interpretationem inuenisse: Sed, meo iudicio, fallitur, vt ex eo patet, vno saltem, reliquis amissis, quòd existimat loqui nostrum

ſtrum reſponſum de alienatione facta illicitè tam in agnatum longiorem, quàm extraneum, quod probare illi poſſibile non eſſet: Nam † noſtrum reſponſum ſiue ſecũdùm vetus ius, ſiue nouum loqui aſſeras, ſemper quo 124
ad agnatum rectè & licitè fuiſſe alienatum inuenies, vt mittam, etiam feudum illicitè alienatum tam de veteri, quàm de nouo iure, non ad agnatum, (vt in noſtro fit reſponſo) ſed ad dominum redire, *c.1.§.aut ſi libellario, iuncto verſic. his omnibus, quibus modis feud. amit. titul. 1. c.1, de vaſal. qui contra conſtit. Lothar. regis feud. aliena. c.1.§.callidis, de prohibit. feud. alienat. per Freder. & ea, quæ ſuprà in 2. concluſ. diximus.* Et vt comprobem vtroque iure, quo ad noſtram partem, reſponſum noſtrum etiam hodie inemendatum eſſe, tum ſtare poſſe, accipe noui iuris intellectum d. §. Titius filios, ſi de feud. defunct. content. ſit. nempè, quo omnis alienatio ſit inhibita: illo enim primo ſumpto intellectu, loquitur primo in reſponſo in caſu, quo Titius vaſallus mediam partem feudi alienârat in extraneum, & partem mediam aliam in aliquem agnatorum longinquiorem in gradu: Quæſtio iam ibi eſt, quid de illo ita alienato feudo fiet? Et reſpondet ad alteram partem tãtùm, inquiens, quòd mortuo demùm Titio Sempronius proximior agnatus Titij partem feudi recipiet: Sed dubitauerit aliquis, cuius partem? certè dicendum, illius agnati exiſtentis in longinquiori gradu, vt verba ſatis indicant. Sed quare non accipit partem etiam alienatã in extraneum? certè ideò, quòd illa cecidit in commiſſum: nam citra conſenſum domini erat alienata contra prohibitionem Frederici Imperatoris, *in c. 1. de prohib. feudi alienat. per Freder.* Quia tam res alienata (etiam hodie) ſaltem amittitur alienari prohibita, & nil amplius, *c. 1. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar. regis feud. aliena.* & hic ſolum partẽ, quàm in agnatum tranſtulit: quia hoc potuit, *per c.1. de alienat. feud. pater.* Ergo in d. §. Titius, ſolùm partem non perperã alienatam recuperauit à longinquiore in gradu agnato: aliam verò partem, vt ex culpa ad dominum deuolutam, minimè: & ideò quo ad illam partem extranei non reſpondet in d. §. Titius. Si † ergo & hodie 125
vaſal-

vasallus etiam partem feudi in agnatum, etiam sine domini consensu alienaret, & aliam partem in extraneũ, non amitteret nisi partem, quam in extraneũ alienasset illicitè, non aliã partem quam in agnatũ licitè alienasset, *per d.c.1.qui contra constit. Lothar.reg.feudum alien.iuncto c.1.de feu.pater*. Satis igitur constat, d.§.Titius.hodie adhuc obtinere, & esse elegantem, tum multò vtilissimum. Nunc iuris veteris intellectum accipe, d.§.Titius filios. quo licuit mediam feudi partem, etiam sine consensu domini alienare, vt quoq; verba innuunt, tum semper partis mẽtionem faciunt: nam licèt text. ibi dicat, quòd Sempronius proximior agnatus, mortuo demùm Titio, partem recuperabit tantùm: ergo non sequitur, quòd etiam alteram partem non consequetur ab extraneo. Sed dicet aliquis, quare ergo subticuit de extranei parte magis, quàm de parte agnati? Respondeo, propterea, quòd illã extranei partem licitè possit redimere & recuperare, etiam in vita alienantis, *per c.1.§.sed etiam res, per quos fiat inuestit.c.1.§.donare, versic.porrò.qualit.olim feud.pot.alien. vt infra adhuc docebimus.* Quia ergo in d.§.Titius filios. solùm decidere voluit casum, quando alienatio esset facta in aliquẽ agnatorum, de redimendo per descendentem, vel agnatum proximiorẽ, propterea, quòd iam res alienata adhuc in familia & agnatione erat: (qui casus nusquam in re feudali decisus inueniretur) ergo solũ dixit: quòd Sempronius proximior agnatus feudi partem, alienatã in alium agnatũ longinquiorem in gradu, demùm post mortem Titij alienantis recuperaret: filius verò etiã in vita Titij, relinquens seu omittens decisionem alterius partis, quo ad extraneum, quasi istud satis esset decisum alio loco, vtpote in text. *d.c.1.§.sed etiam res. per quos fiat inuestit.* & in text. *d.versic.porrò.qual.olim pot.feud.alien.* vbi clarè deciditur, quòd etiam in vita alienantis possit agnatus redimere: rectè ergo illam partem, quo ad extraneum, subticuit, inquiens solùm: [Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partem illius feudi, nullo dato pretio, recuperare potest:] quasi diceret, hoc speciale est in isto casu, quando in agnatũ longinquiorem al.e-

alienatio facta eſt: quãdo verò in extraneũ tranſlata eſt, tunc non prohibeo. Et ergo de parte hîc poſita quo ad extraneũ nihil dico nec decido, quia illã poſſes ſtatim etiam viuẽte alienante, recuperare, ex deciſione noſtra facta, *in d. §. ſed etiã res, & verſic. porrò.* Ecce quomodocunq; intellexeris d. §. Titius. ſiue ſecundùm ius vetus, quo licuit ad medietatem alienare, ſemper erit non emendatus & vtiliſſimus d. §. Titius. nempè, quòd cum in agnatum aliquem feudum à vaſallo tranſlatum eſt, quòd tũc ſemper proximior agnat[9] redimere nequeat ante mortem transferentis: filij verò quandocunq; (intra annum tamen poſt alienationem) *per d. §. Titius, in fin. & ea quæ ſuprà diximus.* Cæterùm hac mea interpretatione, quo ad filium, quòd is quandocunq; intra annum à quocunq; redimere poſſit feudum à patre alienatum, rurſum dominus Schenckius fortè contentus non erit, † qui arbitra- 126
tur in d. §. Titius filios. ſi de feud. defun. conten. ſit. diſtinctionem inter filium & agnatũ, quo ad redemptionem, locum habere non poſſe in filio, ſed tantùm in agnato: quia inquit, quomodo filius pretium reſtituet in vita & poteſtate patris, cùm nihil habeat, qui etiam ſi quid acquireret, ſtatim patri acquireret, *in l. placet, ff. de acquir. hæred. Inſtit. per quas perſon. nobis acquir.* nec aduentitium peculiũ obſtabit, quia in eo pater vſumfructum habet, *d. §. igitur, & l. 1. C. de bon. matern. l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber.* Non poſſet ergo locũ habere, niſi cùm filius caſtrẽſe, vel quaſi, haberet: Et iſtuc rarum eſt: ita (vt aliquantulũ iuuem) veriſimile non eſt, compilatores d. in noſtro reſponſo de iis cogitaſſe, cùm rariſſimè contingat habere filiũ caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia. Poſtremò cõfirmat ſua quoque ratione, inquiens, abſonũ & abſurdum eſſe ſatis, filium in vita patris à patre alienatũ feudum retractare, cùm non paruum hoc inter patrem & filium generaret odium, inuidiam, & rancorem, & id genus ſimilia. Sed paucis, † quicquid ille dicat, non curo, nec aliquid faci- 127
unt, imò ſunt admodum leuia. Nam eſto, quòd filius nulla bona, etiam profectitia, habeat: non tamen ideò ſequitur, non poſſe emptori pretium reſtituere: nam

licèt

licèt a se non habet: inueniet tamen ex amicis aliquem facilè, vel extraneum, tantum qui mutuò sub fœnore (si non gratis) subministrabit, vidēs ex re filij esse feudum recuperari: nam pone, patrem domini consensu mille Carolinis feudum vendidisse, annuè tamen, cùm plus quingentis, vel mille, valeat, quis hic amicorum non sentiet ex re filij maximè esse, feudum redimi, aut non tantùm, vel sub vsuris, mutuabit? quanquam aliquando euenire posset non ex re filij esse in vita recuperare, vtpotè, cùm iusto pretio venditum est, ac certum est patrem obiturum, priusquam annuè tantùm inferre posset, atque venditum est. Illo enim in casu mortem patris expectare satius est, ac tum gratis recuperare, ex regula: Resoluto iure datoris, &c. NON OBSTAT quoque, quod de aduentitiis adfert, in quibus patri vsusfructus competit, filio nuda proprietas, *d. §. igitur. & similibus.* Quia
128 hoc licèt regulariter † verum sit: tamen hoc negare nō possit, ex multis causis plenè bona habere posse absque eo, quòd pater habeat vsumfructum, qui casus notantur alibi. *in Authent. idem, & ibi gloss. C. de bonis quæ liber.* Nec dubitandum etiam, quin is mutuò, vel gratis, qui pecuniam subministrat, posset hoc pacto facere, ne pater vsumfructum in feudo isto habeat, *argum. Authent. excipitur, C. de bonis quæ liber. & §. 1. vt liceat matr. & auiæ, in Auth.* Et esto, quòd nudam proprietatem aduentitiorū filius tantùm habeat. ex eo tamen, quòd certum est in posterum ad se plenè venturum dominium, facilè quis interim suppeditabit, *vt etiam suprà diximus.* NEC OBSTAT postremò, quòd cōtentionem, inuidiam & rancorem inter eos generaret: quia putarem hoc aliquando non esse verum: nam fortè pater necessitate coactus alienauit, nunc si posset filius tantundem aliunde corradere, quo posset emptori suum restituere, & sibi redimere. quare hoc indignè ferret pater: imò gauderet? Possunt enim esse amici, qui filium iuuare cupiunt, non patrem, ob factum aliquod, quia fortè prodigus, ignauus, fruges consumere natus, vel similis. Si verò pater animo maligno alienasset, non necessitate pressus, certè licet tunc aliqualē rancorem

corem generare posset: istud tamen non fuerit curandum. Nam † parentibus passim & sine delectu quiduis 129
agere contra liberos admittendum sæpè non erit, arg. l. Imperator, ff. ad S.C. Trebel. quæ est elegans ad hoc. Et sic nihil faciunt, quæ à parte aduersa in d. §. Titius. adferuntur. Stat ergo nostra posita conclusio. Prædicta hactenus à nobis diffusè in tertia, quarta & quinta conclusione, nempè, quòd filius vel agnatus, feudum, alienatū à vasallo in aliquem, redimere in vita alienantis, vel reuocare post mortem possit: fallunt primò, si expressè cōsentiāt alienationi, vel ex quo sciuerunt alienationem factam tacitè annum præterlabi passi sint: tum enim excluderentur, *per d. §. Titius filios, in fin. si de feud. defunct. content. sit. & c. 1. §. porrò. qual. olim. poter. feud. alien. argum. c. 1. §. prætereà. quibus mod. feud. amit. iuncto c. 1. §. si verò. de alien. feud.* Sed dubitabit hic aliquis fortè, dum diximus, expressum † con- 130
sensum filij, vel agnati, impedire redemptionem & reuocationem, anne ad hoc, vt dicantur expressè consensisse, sufficiat scientia & præsentia eorum, cùm à vasallo alienatur? Et certè Doct. communiter tenent, quòd tantùm operabitur tacitus, quàm expressus consensus, *in c. 1. §. prætereà. quibus mod. feud. amit. titu. 1. vbi etiam glos. & est glos. in d. §. Titius. in verbo, consensit, si de feud. defunct. content. sit.* si ergo præsentes essent, cùm vasallus pater, vel agnatus, alienaret, & scirent feudum esse, etiamsi non contradicerent: tamen consensisse viderentur, *per supra dicta, & alibi notata in c. qui tacet, de regul. iur. in 6. in l. qui tacet. ff. de regul. iur. & simil.* Sed paucis equidem putarem, † tacitum consen- 131
sum cum scientia ante annum non nociturum, per textus apertos, qui anxiè semper annum post scientiam requirunt, *in d. §. Titius & §. porrò, qualit. olim feud. pot. alie. & c. 1. §. 1. per quos fiat inuestit.* qui haud dubiè aliquid operari debent: si enim tacitus consensus sufficeret, non esset opus de anno semper adiicere, post sententiam. Et quòd illis annum concessit ius, habet rationem: nam † præsens a- 132
gnatus, vel descendens, statim intelligere non posset, sibi an expediat redimere feudū, an minùs. Præstat enim aliquando alienationem admittere, quàm redimere vel

 reuo-

reuocare, si fortè oneris plus illis adferret, quàm lucri: Veluti, cùm filius, vel agnatus, à domino longe dissitus est, multisq; grauibus impensis euocatus venire cogeretur: vel si quidem illis conducibile esset, non tamen scirent, vnde statim tantùm sibi corraderent, quo posset redimi, vel spes esset fortè alienantem non diu superni cturum: His enim & similibus casibus filius, vel agnatus consentirent potiùs: quàm reclamarent, seu redimerent:
133 eget ergo res deliberatione.† NON obstant gl. & Doct. tacitũ consensum, qui pro expresso haberi volunt, *gl. & Dd. in d. §. Titius filios. & l. qui tacet, ff. de regul. iur. & similes.* quia dico, illam regulã generaliter verã esse, & Dd. allegata, quandiu lex aliqua in casu aliquo contrarium non docet. Sed hic videmus annum datum expressè ad consentiendum: ergo nos hunc casum illa sub regula comprehendere non debemus, nempè, quòd is, qui tacet, censea
134 tur consentire. Simile est in procuratore, † qui quoque præsens tacendo nõ dicitur consentire, cùm lex expressè docet eius taciturnitatem cum pręsentia pro consensu haberi non debere, ob certas rationes, *l. filiusfamilias, §. inuitum ff. de procur.* Sed hic subest & ratio, quare filiis & agnatis annus concedatur. Accedat, quòd pudor prohiberet sæpiùs in præsentia alienantis patris apud viros graues reclamare, *argum. l. penult. ff. de furt. l. 1. §. quæ onerandæ, versi. vt nimia, ff. quarum rer. act. non datur.* Pater enim sic faci-
135 lè filium vel agnatum deciperet: Nam † quid si filio vel agnato nihil horum antè indicasset, & subitò nunc, vbi alienare vellet, filium eò secum duceret, alienationẽ istam vt audiret, quis dicet, si filius fortè pudore, vel patris formidine, contradicere non auderet, censeri per hoc consensisse? nemo certè. Verùm hic mihi quis fortè obiiceret textum feudalem, qui habet, quòd ille, ad quem feudum per successionem iure obuenire debet, si consenserit eos inuestiri, ad quos secundùm rectũ morem non pertinet, nullo modo ad feudũ regressum habere, *c. 1. §. prætereà, vbi gl. & Dd. quib. mod. feud. amit. tit. 1.* Quare videretur nõ annus, sed solùm simplex consensus inspiciendus. Sed paucis, non obstat: nã aliud est consentire

re inuestituræ alteri factæ post mortẽ patris, vbi plenè feudum illius iã est, vel esse præsentem: aliud, si in vita adhuc patris alteri factæ inuestituræ adest: quia primo casu, patre mortuo, pudor non prohibet, nec seueritas patris timetur, vt plurimùm secundo casu. Paucis ergo, annum ad deliberationẽ habebit. Sed hic rursum dubitari poterit, † an filius vel descẽdens, patre viuente, qui 136
redimere feudum potest (siue pater in agnatum, siue extraneum, feudũ alienauit, *vt supra diximus in 3. & 5. conclus.*) excludetur perpetuò, si à tempore scientiæ infra annũ non redemerit, an verò tacere possit non redimendo vsque ad mortem patris, & tunc adhuc ad annum deliberare & reuocare. Aliud enim est redimere, † aliud reuocare: redimimus pecunia in vita alienantis: reuocamus 137
gratis mortuo alienãte. Certè iste punctus est difficilis: sed breuibus putauerim, quòd filio, vel descendenti, tantùm intercluderetur via reuocandi, si post mortẽ patris alienantis intra annũ non reuocaret: & hoc ideò, quia viuente patre patris seueritas aliquãdo prohibet facto patris contrauenire: (quod tamen aliqualiter in præclusione redemptionis admittitur, cùm istud sæpè non fit ita magni præiudicij, atq; esset in præclusione reuocationis.) Quia † ergo passus iste dubius est, hanc partẽ, vt 138
æquiorẽ, rationabiliorem & iustiorem, amplectendam existimarem, *l. semper in dubijs. l. quoties. ff. de reg. iur. l. benignius. ff. de legib.* Agnatus verò vasallus, si alienauit in aliquem agnatorũ in remotiori gradu, diximus suprà, quòd tunc proximior agnatus non posset à remotiore reuocare in vita alienantis, pretium restituendo etiam, *ex d. §. Titius filios* Ergo necessariò in illo casu proximior agnatus annum † habebit post mortẽ alienantis demùm, infra quẽ 139
si non reuocauerit, omninò rursum excludetur, *per d. §. Titius filios.* nec ante præiudicabitur illi, etiamsi præsens alienationi fuisset prius, & non contradixisset: quia etiamsi se opposuisset: non profuisset tamen, *per l. sæpè. ff. de iud. iuncta l. 1. §. fin. C. de annal. except.* Potest enim solùm post mortẽ alienantis prius reuocare, nõ ante, *d. §. Titius filios.*
Videam⁹ † ergo, an tacitus vni⁹ anni cõsensus illi oberit 140

casu, quo vasallus alienauit in extraneum: Diximus enim, quòd etiam tunc in vita alienantis feudum redimi tam ab agnato, quàm filio possit: *vide suprà in principio huius quintæ conclus.* Et paucis, putarem etiam in hoc casu non præiudicari agnato magis, quàm filio, hoc est, non impediri, quò minus, mortuo vasallo, gratis possit intra annum adhuc reuocare, imò quandocunque, ad triginta annos vsque, etiam filius, licèt sciens, tacitè post alienationem annum labi passus est, & sibi tacendo præiudicauit, quoad redimendum, *per glos. in d. §. Titius filios. Bald. Andr. de Ysern. Aluarot. & communiter Doct. sequuntur.* quod est notandum. Et habet rationem: nam quare cogeretur redimere pecunia in vita alienantis, cùm eo mortuo gratis habere posset? nam si fortè carissimè vendidisset, iniquum esset, quòd agnatus sciens tanti redimere deberet intra annum, cùm fortè impossibile sit alienantem vltra biennium, aut triennium, victurum. Profectò, si hoc admitteretur, aperiretur vasallis, agnatis & patribus egregia fenestra inescandi filios, vel agnatos, *vt ex suprà dictis patuit.* NON OBSTAT his ille text. c. 1. §. porrò, qual. olim feud. pot. alien. qui scientes post annũ excludit: quia istud verũ est, viuente alienante quoad redimendũ, vt ibi, nõ etiam, quòd mortuo alienante nõ possunt feudũ reuocare, ex regula: resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. Cõcludendo ergo dicemus, quod filius, vel agnatus, viuente alienante, redimendo quidẽ excluderetur, si sciens intra annum non redimeret: nõ tamen à reuocando post mortem, nisi expressè ita consensisset, quòd nec redimere, nec reuocare vnquam vellet, vel annum post mortem alienantis sciens, præterlabi fineret. Illis enim casibus plenissimè excluderetur, nisi in extraneum, vt iam dictum est, alienatio facta foret:
141 putarem tamen † in casu etiam, vbi simpliciter tantùm consensisset alienationi vasalli, non addens, quod nunquam, nec in vita alienantis, nec post mortem reuocare vellet, quòd tum etiã simplex ille consensus solùm prę-iudicaret quo ad redimendum, & non quo ad reuocan-
142 dum post eius mortem. Sed † quid si vasallus in dominũ suum

suum feudum alienaret sine consensu descendentium, vel agnatorum, an iam mortem alienātis expectare debēt, an verò statim possent redimere? Certè quia dominus agnatus non est, puto statim ab illo redimi posse, restituto pretio vel æstimatione, *vide Bald. in c.1. de alienat. feud. pater.* Nam filij, vel agnati, in redimendo ab extraneo semper domino præferuntur, *c.1. §. donare. versic. porrò, qual. olim. feud. pot. alie. & hæc satis.* Postremò, iam aliquis dicet, esto, quòd in prædictis casibus quis omninò excluditur propter consensum expressum, vel tacitum, cùm anni curriculo post mortem, quid ergo erit, si descendentes, vel agnati, ignorauerint sic cum domini consen su alienatum? Certè dicendum,† quòd tunc nullo tempore excludētur, etiam triginta vel quadraginta annis. 143
[Supra in quæstionem ab authore nostro vocatum fuit, num agnatus, qui ignorauit alienationem, & per triginta annos feudum non reuocando tacuerit, longissimi temporis præscriptione excludatur, & ab eodem respósum est, non obstare agnato ignoranti hanc præscriptionem. Nos autem per l. sicut, & per l. fin. C. de longi tēpor. præscript. contrarium verius putamus. NIHIL autem OBSTAT, quod de præscriptione ab Imperatore Lothario sublata adducitur *ex c. imperialis, de prohib. feud. alien. per Lothar.* Nemo enim est, qui non videat, & ex verbis illius constitutionis intelligat, hanc tantùm sublatam esse præscriptionem, quæ aduersus dominum currit: non autem quæ aduersus agnatos: Id quod præter verba, quæ nominatim de domino tantùm loquuntur, ostendit etiam ratio in eadem constitutione ab Imperatore exposita, quæ ad dominū tantùm, & non agnatos, spectat: Parum etiā efficit, quòd propter occupationem agnati non possint feudorum curam habere. Neq; enim constitutio Lotharij, quæ præscriptionem sustulit, occupationibus dominorum consulere voluit, sed Reip. necessitati atq; vtilitati, qua motus fuit Imperator ad illam constit. promulgandam. Et si maxime eandem militare rationem in agnatis, quæ est in domino feudi, concederemus: non admittemus tamen, vt ea constitutio

propter eandem rationem ad casus similes extendatur. Est enim correctoria, & à iure ciuili & feudali recedit. Quamobrem extensionem non patitur, maxime cùm etiam odiosa sit, dum tollit præscriptionem, quæ inprimis Reipubl. causa introducta est. ILLVD etiam ab eodem authore defensum, quòd agnatus, qui præsens alienari feudum passus est, nec contradixit, tacito hoc consensu, qui interuenisse præsumitur, nõ impediatur, quò minùs possit alienationem reuocare, verisimile vix esse videtur, per iuris feudalis capitula, quibus nominatim scriptum habemus, agnatum alienationi consentientẽ retrahendi, vel reuocandi feudum, potestatem non habere, text. *in c. Titius, si de f. ud. defunct. content. fit. in fin. & similibus.* vbi nihil inter consensum tacitum, vel expressum distinguo. Quòd autem in fine dicti c. & alibi, vltra scientiam agnati, etiam hoc desideretur, & per integrum annum taceat, ex eo non recte colligitur, solo consensu tacito non tolli ius reuocandi agnatorum. Neque enim in dictis locis habetur, lapsum anni ad tacitum consensum desiderari, sed ad scientiam agnati, qui alienationem sciuit, qui non sola scientia à reuocando feudo excluditur, sed requiritur insuper ad eum excludendum, vt annus à tempore scientiæ lapsus sit. Quamuis igitur sola scientia non impediat ius reuocandi: solus tamen consensus, etiam tacitus, agnati id tollit. Liquidò autem apparet in d.c. Titius, separari scientiam à consensu, vt mirum sit fuisse, qui capitulum illud, ad tuendam negatiuam sententiam adducere ausi sint. Iam ad alia, quæ ab authore afferuntur, hæc attendenti responsio non deerit. Nam quòd metu reuerentiali filios ad consentiendum cogi existimat, id in reliquis agnatis locũ non habet. Deinde & filij sæpiùs non metu reuerẽtiali impulsi, sed sua sponte & liberrimè consentiunt alienationi paternæ, quod si contingit, cur reuocãdi potestate nihilominùs vti possint, nõ intelligo. POSTREMÒ, etiam illud in dubium vocari potest, num quemadmodum vasallus, sine consensu domini feudum alienans, id perdit: ita econtra dominus etiam, qui sine consensu vasal-

vasalli feudum alienauit, proprietate sua cadat, quòd non dubitamus contra authorem affirmare. Vasallus etenim & dominus, ad paria iudicantur, *§. final. de form. fidel. §. domino. si de feud. defunct. conten. sit.* Atqui extra omnem controuersiam est, vasallum propter alienationem sine consensu domini factam feudum amittere. Idem igitur iuris in domino obtinebit, id quod magis ex eo confirmari potest, quòd nominatim constitutum habemus, ex omni felonia, propter quam vasallus feudum perdit, etiam dominum proprietatem amittere, *c. vnico, qualit. domi. propriet.* Est autem felonia sine consensu vasalli alienare, *c. denique. fin. in verbis, quia dominum cõtemnere videtur. quæ fuit prima causa benefic. amit.* ADVERSVS HANC SENTENTIAM vel nihil, vel parum vrgent, quæ ex aduersa parte adducuntur: Pœnas enim non esse extendendas concedimus: negamus autem nos extendere, qui ex verbis & mente, vel sententia constitutionis suprà adductæ, pœnam hanc domino feudi, sine consensu vasalli alienanti, imminere diximus, vt proprietate priuetur. Hac responsione tollentur tria argumenta ab authore nostro adducta. Illud autem fragile est, quod ex eo, quòd constitutum est, irritam & nullius momenti esse alienationem sine consensu vasalli factam, efficere conantur dominum, qui alienauit, nullam aliam pœnam incurrere, quàm vt irrita constituatur alienatio. Quamuis enim in loco adducto ab authore de amissione proprietatis nihil sit constitutum: ex eo tamen non sequitur ex aliis locis non posse colligi: dominum feudi, qui sine consensu vasalli feudum alienauit, proprietatem amittere.] argument. text. *in c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Freder.* per ea, quæ supra diximus de præscriptione, *in duodecima parte.* vbi probauimus: Feudum † præscribi non 144
posse, nec contra dominum, nec contra vasallum ignorantes, propter rationes ibi datas latè, nempè, quòd impediti illi circa alia necessaria, curam sæpiùs feudorum, seu vasallorum suorum, habere non possunt: sed iam certum est, quòd filij vasalli, in vita patris etiam, quasi vasalli, vel vasalli, quo ad quid, habentur, vide

de Bal. in c. 1. in fin. an mutus, vel surdus. futuri saltem post mortem patris, nisi delicto impediantur, *per c. 1. in fin. in quibus causis feud. amit. iuncto §. fin. Instit. de hered. qualit. & differ.* ergo ignorantia eorum tantum iuuare debet eos, quantum patri, si ipse ignoraret feudum suum alienatum à subuasallo. *per ea, quæ suprà in parte 12. de præscript. diximus. & argum. à pari.* Non obstat, quod hic consensus domini adest cum voluntate patris vasalli, quæ simul faciunt *argum. c. 1. §. si vero. de alien. feud.* cessare causam prohibitionis, quo ad præscriptionem: quia dico, quòd nunc adhuc aliud obstat, quòd scilicet feudum alienari non posset in præiudicium agnatorum, vel filiorum, quorum interest, etiam cum consensu domini, *per c. 1. de alien. feud. patern. & ea, quæ notat Aluarot. in c. 1. §. hoc quoque. circa fin. de success. feud. per ea, quæ suprà diximus in tertia conclusione de filio in nouo feudo:* & ergo, quia Imperator Fredericus omnem præscriptionem sustulit in feudo, & alienationem, *c. 1. de prohib. feud. aliena. per Freder.* nisi scientia, vel consensus eorum adest, quorum interest, idem intelligemus ergo obtinere in filiis & agnatis ignorantibus, in isto casu, cùm eorum interest. Turpe enim esset Imperatorem tale quid in se & suis vasallis constituere propter ignorantiam, quod non in aliis idem statueret, vel obtineret, vbi similis & eadē quasi ratio est, *argum. tit. quod quisq; iuris in alium statuit.* SED prædictis VIDETVR OBSTARE alius tex. c. 1. §. porrò. cum vers. præscriptione, qual. olim feud. pot. alien. vbi dicitur, quòd ignorantes etiam 30. annis excluduntur. Paucis dicendum, verum quidem esse 30. annis olim excludi potuisse, & feudum præscribi solere, sed istuc ante nouam constitut. Conradi, Lotharij, & Frederici: verùm posteà Diui Imperatores ignorātia noluisse excludi dominos, nec vasallos 30. annis: † Quod etiam text. in
145 d. versic. præscriptione. pulchrè indicat, dum vtitur verbo præteriti temporis, nempè, submouebatur: quasi diceret, olim ita fuit, hodie aliter seruatur, *secundùm c. 1. de probib. feud. alien. per Freder.* quod omnem præscriptionem tollit. Potest præterea proprius textus versic. præscriptione. intelligi, nempè, quòd ignorans 30. annis olim à

redi-

redimendo feudo excludebatur, de qua ibi agitur: non tamen hodiè. Et sic ille textus hoc clarè etiam probaret, quòd filij vasalli, vel agnati, 30. annis ignorantes non excluderentur à feudo, etiamsi cũ consensu domini pater, vel agnatus vasallus alienasset: Loquitur enim ibi tam in casu, vbi domino incõsentiente alienarat, quàm sine cõsensu domini, saltem ad medietatem, quod olim licuit, *c.1.de alien.feud.& similes.vt ex dicto textu ibi constat.d.§.porrò.qualiter olim feud.poterat alien.* Quia ergo ibidem hodiè non vult, quod vel agnati ignorantes 30. annis à redemptione excludantur, meritò ex eo probabiliter inferre poterimus, & rectè etiam, filium, vel agnatum, ignorantes per alienationem vasalli, à recuperando feudo nec triginta, nec quadraginta annis excludi, contra textus, *in l.sicut.l.omnes.C.de præscript.30.vel 40.annorum.& per ea, quæ suprà de præscriptione diximus.* quod est notandum. Et hactenùs de redimendo & reuocãdo feudo hęc sufficiãt, quoad explicationẽ difficillimi. § *Titius filios.* Nunc ad FALLENTIAS redeamus. †FALLIT secundò, (quod nec 146
reuocare possunt) si filij, vel agnati, vasalli alienantis hæredes existerent, & alienatio facta esset cum cõsensu domini. †Tunc enim factum eius, à quo lucrum habẽt, 147
probare debent, *l.ex qua persona.ff.de regul.iur.& per l.cùm à matre.C.de rei vend.l.venditrici.C.de reb.alien.non alienan.l.vendicantem.ff.de euictio.* Sed dicet aliquis, quid si consensum domini nõ haberet, & in feudo aliter disponeret, quàm iure deberet, veluti dicendo, vt filij inæqualiter diuiderent, vel vt vnus duas partes feudi, alter vnam, vel vnus totum, alius nihil ampliùs ex allodialibus haberet, vel vt filiæ simul diuiderent feuda cum filijs, vel similiter, & si illla dispositione contenti esse nollent, quòd præter legitimam suam non auferrent, quales videmus indies fieri dispositiones? †Paucis de his TRES ponam 148
PARTES, ad quas separatim respondebo, & hoc in casu, vbi de consuetudine maior natu filius feudum obtinet, vel vnus filiorum, vt nunc passim vsurpatur, ex quibus facilè colligenda erunt tum, quæ ad hanc partem & similem aliquando dicenda essent, vsu si euenerit. Et

quia hoc in passu sæpius peccatur, quia difficilis admodum est: bene ergo fuerit discutiendus. PRIMA ergo PARS erit, quando pater simpliciter in testaměto suo cauet, (sine consensu tamen domini) quod filij æqualiter omnia sua bona diuident, vel inæqualiter, non faciendo mentionem feudi: SECVNDA erit, si pater dixit, vt omnia bona allodialia & feudalia æqualiter diuidant, vel inæqualiter: (sine consensu domini iterum) TERTIA erit, si dixerit pater in testamento, cum consensu domini, quod æqualiter filij diuidět, vel inæqualiter.

149 † QVOAD PRIMAM PARTEM, si simpliciter voluit diuidi omnia sua bona æqualiter inter liberos, vel inæqualiter, non habita mentione feudi, dicendum, quòd hoc casu solùm censetur disposuisse de proprijs suis bonis allodialibus, & non de feudis:

150 † Quia in obligatione omnium bonorum, tum alienatione, feuda non veniunt, *c.1.§.in generali.si de feud.defunct.content. sit.c.1. de capita. qui curiam vendidit.* Præsumitur enim sciuisse, quod de feudo disponere non potuit, *secundùm c.1.de success.feud. c.1.§.donare.qualiter olim feud. poterat aliena. quæ hæc vetant.* Et sic feudum in isto casu suum habebit naturalem cursum, & veniet ad vnum illum, cui ex consuetudine feudum competit.

151 † QVOAD SECVNDAM PARTEM, vbi expressè de feudo etiam mentionem fecit, dicēdum, quod potest ille contentus esse illa parte sibi à patre relicta de feudo, sed tamen alij filij de feudo non participabunt, sed illæ partes aliæ omnes ad dominum reuertentur, vt illicitè alienatæ, *per c.1.de prohibit.feud.aliena.per Fredericum. & per c.1.§.fina. versicu.si vasallus.quæ fuit prima causa benefic.amitt.* Pars enim illicite alienata solum amittitur, alia non, *text.in c.1.de vasall.qui contra constitut.Lothar.& Aluarot. in c.1. de prohibit.feud.aliena. per Fredericum.* Et quòd illicitè hic alienauit pater, ex eo constat, quod vt domini consensus abfuit: ita quoque eius voluntas à principio fuit, cùm daret, vt ad vnum tantum transmitteret filiorum, vt primò illi quoque à parente factum erat. Non enim potuit plus iuris in alium transferre, quam ipse habuit, & dominus ei concessit,

l.nemo

l.nemo plus.ff. de regul. iuris. Debuit ergo eo modo transmittere ad filium vnicum suum, vt ipse accepit, *argumen. c.1.§.similiter.de leg.Conrad.* neque consensus filij in hoc casu aliquid operabitur, quò magis alij filij partes habere possunt, quia natura feudi tali alienationi resistit, *c.1.in fi.de success.feud.c.1.§.donare.qualiter olim feud.poterat aliena.l.nemo potest.ff.de legat.1.* Filij ergo consensus domino ius suũ auferre non debet, nec illi iniquã adferre conditionem, *l.non debet.ff.de reg.iur.* Optimè ergo filius fecerit, si totum feudum retineat, nec partiri patiatur. Cæterùm respondebit hic aliquis, quod ergo iam contẽtus esse debet legitima tantùm, vt pater in testamento disposuit. Paucis dicendum, quòd fratribus prædicta iam filius insinuet, nempè, patrem non potuisse de feudo disponere absque eo, quòd reliquæ partes non redirent ad dominum, seruata voluntate patris: iam fortassis nõ contradicent: mallent enim penes fratrem manere, quàm ad dominum deuolui: Et si tetrici esse vellẽt (vt sæpiùs inueniuntur) tunc æqualem accipiat partem bonorum allodialium ex dispositione patris, & feudum diuidi non patiatur, de eo conquerens apud dominum ante possessionis traditionem, iuxta cautelam Baldi, *de qua in §.fina. versicu. si vasallus. quæ fuit prima causa benefic. amitten.* Si verò fratres feudum vi, vel alio modo, occupent, accepta inuestituræ renouatione, conqueratur de ea apud dominum, iam facilè defendet dominus partes veri vasalli sui, cùm nihil iuris adferre possent, præter illicitam dispositionem patris, quæ nihil patrocinabitur, & sic, alijs inuitis, obtinebit & æqualem partem allodialium, & totum planè suum feudum. † Rursum re- 152
plicabit aliquis, patrem posse talem dispositionem de filij bonis facere, in quibus pater etiam nihil iuris habet, vbi tum filius contentus esse debet, si patris velit esse hæres, *per d.l.cùm à matre, & d.l.si venditrici.* ergo & hic. Breuibus ad hoc respondendum fuerit, diuersum esse in illo & nostro isto casu: nam in casu alio, d.l.cùm à matre.C.de rei vendicat. factum patris exitum habere potuit & eius voluntas, quia bona ibi plenè pertinebant

bant ad filium: sed hic etiamsi filius vellet & consentiret: non tamen posset defuncti volũtas habere exitum, & hoc, quia feudum plene filij non est, sed & domini. Cùm ergo fratribus prodesse non posset, & sibi commodo esse, quare non vtetur iure suo? *argumen.l.1.& 2.§. idem Varus.ff.de aqua pluui.arcen. Faber in §.1.de lege Fus.Canu.tollend. Iason in l.rescripta.C.de precibus Imperator.offeren.* Sed iterum dicet aliquis, per hoc tamen obluctari vltimæ eius voluntati, & hoc effici, vt nunc pater decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra iuris communis regulas, *l.ius nostrum.ff.de regulis iuris.*

153 † Paucis ad PRIMVM dicendum erit, defuncti voluntatem non curari in illicitis, cùm illa in testamentis pro non adiectis (vt impossibilia) de iure habeantur. *§.impossibile, Institu.de hered.instit.* Et si rectè inspiciatur, non contrauenit voluntati patris: nam dubium non est, quin maluerit pater potiùs apud filium, quàm dominum, feudum manere, *argumen.l.cùm acutissimi.C.de fideicommiss.* Respectu enim aliorum filiorum disposuit, non domini contemplatione.

154 † SECVNDò, non decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus: quia feudalia sunt bona per se, *vt suprà diximus*, nec posset in ijs testari, etiamsi vellet: ergo sub illa regula non comprehendentur. Postremò, omnium fortissimè hic quis obijciet, filium patris feudum habere non posse, nisi patris debita velit satisfacere, *per text.in c.1.an agnat. vel filius defuncti.* sed hic pater debet alijs filijs ex sua dispositione: ergo debet saltem exonerare eum debito illò, si feudum retinere volet. *ex d.c.1.an agnat. vel filius.* & quanquam non iustè disposuit pater, nec transferri in alios posset absque amissione, (vt diximus) satisfaciat igitur saltem æstimationem, & feudum totum retineat. Breuibus ad PRIMVM OBIECTVM respondendum fuerit, dictum text. d.c.1. an agnat. vel filius. NON OBSTARE: quia intelligi debet, cùm vasallus ex necessitate debito grauatus est aliunde,

155 non quando sua liberalitate, vt in nostro casu. † Quid enim si pater omnia sua bona legatis exhauriret, numquid tum filius patrem debito illo exonerare teneretur, si f[illegible]

si feudum retinere vellet? Certè esset valdè absurdum, & fraudare constitutionem super ea latam, *in c.1. de succeß. feud. & c.1. §. donare. qualiter olim feud. pote. aliena. & c.1. de prohib. feud. aliena. per Fredericum.* imò si pater omnia exhausisset legatis, & filium in feudo solùm instituisset, dico filium posse patris testamentum facere nullum, vt præteritus. †Nam feudum nō cōputatur in legitima, (quicquid aliqui Doct. dicāt) cùm non sit eius propriū, cuius etiam meminit Curtius alibi. *in 4. par. fol. 446. mihi.* Et si aliquantò ampliùs supra feudum titulo institutionis acceperit, poterit ad supplementum legitimæ agere, *ex l. omnimodò. C. de inoff. testam.* †SECVNDÒ, etiam fratribus non tenebitur ad æstimationem partis feudi, per ea, quę notantur à Doct. alibi, *in l. apud Iulianū. §. constat. ff. de lega. 1.* qui communiter decidunt, rei, cuius commercium legatarius habere non possit, legatæ nec eius deberi æstimationem: Sed ista res feudalis est talis, quia non potest licitè esse apud fratres: Ergo æstimatio non debebitur, quod sequitur etiā Curt. latè *in 4. par. fol. 434. mihi, per totū.* Et hæc quoad secūdam partem: †Duobus tamen casibus puto, quòd pater in prædictis filio præiudicare posset, nempè, si alios fratres omnes subinfeudaret. Tūc enim PRIMÒ dominus contentus esse deberet, si modò æquè idonei essent, *per c.1. §. similiter. de leg. Conra. iunct. c.1. in fin. qualiter olim feud. aliena. pote.* Rursus, filius maior cōtentus esse deberet, si modò patri in parte hæreditatis sibi relictæ supra legitimā succedere vellet. *ex d. l. cū à matre, & similib.* quæ cautela notanda est. †SECVNDÒ quoq; putarem, patre posse filio præiudicare in feudo, vel parte eius, cū moris est, plures filios simul in feudo succedere, vt est in iuribus feudalib⁹ nostris, vbi oēs æqualiter simul succedunt, *vt c.1. de succe. feud.* Nam vt tunc filij, dño inuito, feudum ita diuidere possunt, vt ad vnum deueniat, seu maneat, *c.1. §. si quis per triginta, versicu. omnes filij. si de feud. defunct. content. sit. c.1. §. paternum. de natu. succeß. feud. c.1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. aliena. per Fredericum.* ita quoque putarem, quòd tunc pater suo testamento efficere posset, vt apud vnum filiorum solum feudum maneat, reiectis alijs,

156 157 158 159

alijs, si modò hæredes patris esse volunt, *per d.l. cùm à matre.C.de rei vendica.* quia iam solùm consistit in voluntate filiorum, an apud omnes, vel vnum tantùm feudum maneat, reiecto consensu domini, *per cc. suprà allegata.* Si tamen filius mallet patris partem sibi debitam seruare, hoc pater impedire non posset, *per c.1. de success. feud.* Ita intelligetis illa verba textus, [nulla alienatione valente, vel manente.] in c.1. de success. feud. quæ omnia notanda sunt.

160 tanda sunt. †AD TERTIAM verò PARTEM, quando pater cum consensu domini ita disposuit, vt antè dictum est: dicendum, si filius patris hæres esse velit, quòd eius factum approbare debet, *l. ex persona. ff. de regulis iuris, d.l. cùm à matre. C. de rei vendi. d.l. venditrici. C. de rebus alien. non alienan. & l. vendicantem. ff. de euictio. l. si ab eo. C. de libera. causa.* Filius tamen hoc casu habebit electionem, seu arbitrium, an malit feudum cum sua legitima tantùm habere, an verò partem feudi cum alia portione hæredi-

161 taria à patre sibi relicta. † Nam domini consensus non potest præiudicare alijs in iure suo, vt sæpè antè docuimus, etiamsi Imperator dominus esset & consentiret, *argum. c.1. de aliena. feud. pater. & l. nam ita diuus. ff. de adopt.* Sed contra hanc partem consuluit Paul. Castrens. *in cons. 179. incipiente: in causa, quàm magnificus.* vt refert Curtius alibi. *in 4. parte, fol. 437. mihi.* qui consulit, quod pater potest vni filiorum prælegare feudum, inuitis alijs, quod probat per textum, l. 2. C. de secundis nuptijs. vbi in his, quæ mulier fuit consecuta à primo viro, & quæ tenetur reseruare filijs primi matrimonij, potest eligere vnũ ex ijs, quem vult, & alios excludere, huic conferendo. Et, inquit, licèt dictus textus corrigatur hodiè ibi. per Authent. *lucrum,* ibi sequentem. C. de secund. nupt. tamen eandem manere rationem: & ergo à simili eodem modo quoque hic fieri posse. Secundò, mouetur ex alio loco, ex l. 1. ff. de assign. libert. vbi licèt ius patronatus descendat ad oẽs filios, *l. vt iurisiurandi. §. liberi. ff. de oper. libert.* potest tamẽ pater vni ex liberis assignare libertum, cui volet, *d.l.1. ff. de assign. liber.* ergo & hic à simili. Tertiò mouetur, quia si grauatus est aliquis rem aliquã in familia relin-

relinquere, poteſt dare tamen vni, cui volet, dummodò ex familia fuerit. *l. vnum ex familia. ff. de leg. 1. l. ſi filiusfamilias, §. peto. ff. de lega. 1.* Sufficiet ergo, ſi vni ſaltem ex liberis tribuit. Quartò, monetur authoritate Speculatoris, *in tit. de locato. §. nunc verò aliquam, verſi. 78.* qui vult: ſi pater emphyteuſim accepit pro ſe & liberis, quod pater æquè poteſt vni ſoli relinquere, & addit, idem fortè eſſe in feudo: Quapropter conatur Paulus Caſtrenſis ad textum noſtrũ. in d. c. 1. de ſucceſſ. feu. reſpondere, quòd loquatur, vaſallũ non poſſe in feudo diſponere, quoad extraneos, ſecùs quoad filios. † Sed paucis, putarem non rectè ſentire Caſtrenſem, & (vt vno verbo expediam) malè inqt, tex. ibi. in d. c. 1. de ſucceſſ. feud. non intelligi de filijs, qa textus ibi ſolùm differit de ſucceſſione filiorum, dicendo, quòd æqualiter ſuccedẽt filij patri: ſtatim ſubijcien do, nulla ordinatione defuncti manẽte, ſeu valẽte: quaſi diceret, filij ęqualiter ſuccedent; & pater, ſi aliter vellet diſponere, nõ valebit in præiudicium illorum, quod indicat contextus verborum: ſubiectum enim ibi intelligi debet ſecundùm prædicatum, ſeu præmiſſum, imò nullum verbum ibi fit de extranea perſona, neque hoc fuiſſet dubium: nam certum eſt, in extraneam perſonam non potuiſſe vllo modo ſine conſenſu domini alienare, quia ſic alienaſſet illicitè, & per conſequens redijſſet ad dominum, *ex §. fina. verſic. ſi vaſallus. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. t. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frederic.* nec cum conſenſu domini valuiſſet: † Quia ſine conſenſu filiorum, vel agnatorum, vaſalli alienatio ex teſtamento nõ valet, *vt ſuprà latè docuimus. per d. c. 1. de alien. feud. pater. Doct. in d. c. 1. de prohib. feud. alien. per Freder.* Nam ſemper ad eos redijſſet ex regula: reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, & ſic nullo modo de extraneo poſſet ibi intelligi. NON OBSTAT PRIMÒ ille textus, d. l. 3. C. de ſecund. nupt. vbi mater vni ex liberis multis lucrũ relinquere poteſt, licèt omnes aliquid iuris cenſentur habere, ſecundùm rationem, d. l. 3. vt vult Caſt. Quia nego, ꝙ omnes aliquid iuris in bonis acceptis per matrem à patre eorum primo marito habent: nam tantũ iuris habẽt ſolùm,

(Margin: 162 beside "ſecùs quoad filios. † Sed paucis"; 163 beside "conſenſu domini valuiſſet: † Quia")

solùm, atque illis lex concedit: sed liberis aliquid iuris tantùm reseruat, si alijs ex secūdo matrimonio liberis, vel extraneis, relinquit, non si vni ex illis etiam omnia dedisset, & sic solùm cōditionaliter aliquid iuris habet: quare si vni eorum relinquit, alijs nihil iuris detrahit, quia iam impleuit conditionem. Nec mirum etiā, quòd olim in vnum eorum solùm transmittere potuit, quia plenè ex donatione ad eam pertinuisset. Sed hic in nostro casu lex expressè voluit, quòd pater nō disponeret de feudo, sed quòd æqualiter illis, vel maiori natu, relinqueret, quod est seruandum. *ex d.c.1.de success.feu. & c.1. §.donare.qualiter olim feud.pot.aliena.* NON OBSTAT SECVNDÒ text.in l.1. de assign. liber.ff. vbi pater potest vni filiorum assignare libertum, licèt oēs filij iuris aliquid habere videntur in liberto. *ex l.vt iurisiurandi.§.liberi. ff.de oper.liber.* quia rursum dico eodem modo, vt in præcedēti dixi, quod hoc iuris saltem habent, quod ius illi cōcedit: & nego planè, quod in vita patris aliquid iuris in liberto habent, respectu huius. Nam pater potest vni soli (vt dixi) assignare, inuitis alijs. NEC OBSTAT, ꝙ licèt in inæqualibus partibus instituti sunt: tamen eos æqualiter in iure patronatus succedere, *d.l.vt iurisiurandi. §.si liberi ff.de oper.liber.* quia istud ius præsumit patrem voluisse, cùm nihil de eo disposuit: nec posset negari, si aliter disposuisset, scilicet, vt apud vnum plus iuris patronatus esset, quā penes aliū, quin hoc potuisset.
164 † Nec argumentum à vasallo ad libertum, (vt ibi vult) semper verum est, vbi non est eadē ratio. Tertiò, non obstat argumentum à vasallo ad emphyteutam, & ecōtrà, quod ex Speculatore adfert, vbi inquit, emphyteutā posse ius emphyteuseos in vnū filiorum dirigere, relictis alijs, ꝙ tamen oēs aliquid iuris in illo habent. Quia respondeo paucis, in casu, quo pater solū pro se emphyteusim accepit, quòd filij tunc nihil iuris in emphyteusi habent, nisi pater specialiter & expressè ijs quoque accepisset: & ergo nō mirum, ꝙ posset in vnum eorum tunc transferre: imò illo casu in extraneum merum transferre poterit, inuitis liberis, dummodò domini consensum habeat,

beat, *l.fina.C.de iure emphyt.* nam nusquàm inuenitur toto in iure, quòd filiorum consensus ad hoc requiratur, aut quòd aliquid iuris in eo habeant: habebit ergo liberam alienandi potestaté iuris emphyteuseos pater. per text. *in d.l.fina.C.de iure emphyt. iuncta l.2.ff. si quis à paren. manu fuer.* quanquàm Bartol.& alij, *in d.l. vt iurisiurandi. §.si libert.ff.de operis liberto.* contrà tenent, quod non obtinet in casu, vbi pater sibi simpliciter feudum acquisiuit, non facta mentione filiorũ, vel filij, qui ex consuetudine in feudo succedit: † Quia is, etiamsi nominatus non est: ex natura tamen feudi succedit, & impedit, quominùs pater in aliquem transferre possit, citra eius consensum: si tamen pater emphyteusim pro se & filijs expressè nominatim accepisset, vt Speculator loquitur, tũc dicerem, patrem etiam emphyteusim non posse in vnũ eorum, citra eius consensum, transfundere, propter expressam prouisionem: † Secùs si simpliciter accepisset pro se & liberis: nã hoc semper facere censetur, etiamsi pro se solùm accipiat, *c.1.de duob.fratr.à capi.inuesti.l.si pactum.ff.de probat.* POSTREMÒ, NON OBSTAT textus l.vnum ex familia. ff.de legat.2. vbi relictum, vt in familia maneat, sufficit, si eligat vnum, cui detur, quem velit: quia respondeo, quod rursum omnes nihil iuris habent, nisi in casu, quo extra familiam alienaret. Non mirum ergo si rursum posset in vnum alienare: & sic prædicta non obstant. At in nostro casu filij plurimum iuris statim accepto feudo habent, *c.1.in fin.in quib.causis feud. amitt.* meritò ergo in ijs pater, nec dominus, præiudicabit, vt in præcedentibus multis locis sæpè docuimus: & hæc satis. Nunc ad conclusiones reuertamur. † SEXTA CONCLVSIO erit, quòd quanquàm requiratur consensus descendentiũ & agnatorum, quorum interest, ad hoc, vt alienatio stabilis & firma maneat: non tamen est irrita, quandiu non reuocant, etiamsi sine consensu eorum vasallus cum domini voluntate alienauerit. ita intelligetis c.1. de alien. feud. † Nec verum est, quod putat Aluarot. *in §.fina. quæ fuit prima causa benefic.amitt.conclus.22.* semper in alienatione feudi consensum agnatorum etiam requiri, aliàs

165 166 168 169

A a non

non valere, *per d.c.1.de alien.feud.pater*. quia ad hoc, vt firma & stabilis sit (quoad eos) benè requiritur eorum consensus: ad hoc verò, vt liceat alienare tantùm, non requiritur eorum consensus, imò illis inuitis possunt, dummodò domini habeat consensum: 169 † Nam alienatio prohibita est primariò solùm in fauorem dominorũ, talem in vita alienantis, non etiam descendentium & agnatorum, nisi secundariò, videlicet, quod in vita redimere, vel post mortem reuocare possunt, *vt suprà docuimus*.

170 † SEPTIMA CONCLVSIO est: si vasallus alienauerit cum consensu domini feudum nouum, vel antiquum, & consensu vel descendentis, vel agnati proximioris, qui alias in feudo erat successurus alienanti, per hoc tamen non præiudicabitur vlterioribus in gradu, quominùs vel statim intra annum scientes redimere possint, vel feudum reuocare, mortuis prius illis, qui consenserunt, si modò hæredes non fuerint præcedentis defuncti. PRIMA PARS HVIVS CONCLVSIONIS, de redimendo, textu alibi probatur. in c.1.§. sed etiam res. per quos fiat inuestitu. iuncto c.1.§. porrò. qualiter olim feud. pote. aliena. SECVNDA PARS & textu probatur, & authoritate Aluaroti. *in c.1 de aliena. feud. pater. & in §. fina. conclus. 30. quæ fuit prima causa benefic. amitt. & in c.1.§. hoc quoque, in fin. de success. feud.* vbi pulchrè, qui admittit in agnatis, & sic feudo paterno, quia aliquid iuris in feudo habent, quem omnes Doctores sequuntur. Sed iam, quia probauimus suprà in tertia conclusione, tantum iuris descendẽtes habere in nouo feudo, atque agnati in paterno, ideo & nos simpliciter omnes, tam descendẽtes, quàm agnatos, tam in nouo, quàm in antiquo feudo, ius suum reuocandi, vel redimendi, perpetuò tenere dicimus, *argumen. c.1. §.1. Titius filios. si de feu. defunct. content. sit. iuncto c.1. de aliena. feud. pater in verbo, quandocunque*: hinc sequeretur, etiamsi feudum mille annis apud alienatarium & eius hæredes fuisset: per hoc tamen feudum, vel successores legitimos, non præscribi, 171 ex regula: † Non valenti agere, non currit præscriptio, *posita in l.1.§. fina. C. de annal. except. adde Aluarot. in d.c.1. §. hoc quoque*.

quoque. de success. feud. nam tot anni possent aliquando intercessisse, priusquàm omnes, qui consenserunt, è medio sint sublati, quia ad redimēdum (vt antè docuimus) nō coguntur. † Est ergo cautela, vbi quid simile factū est, 172
quod tunc lōginquiores in gradu, qui non consenserūt, feudum redimant, si putant sibi vtile fore: quia etiam in remotissimo gradu constitutus (dummodò agnationis est communis) potest statim redimere, si præcedentes non volunt, vel consenserunt: & debet (velit nolit) qui accepit (si modò extraneus est) feudum restituere, restituto illi pretio, *c.1. §. sed etiam res. per quos fiat inuestit.* Quando tamē in agnatum aliquem sic esset alienatum paternum feudum, qui in longinquiori gradu esset, tunc possent aliquando mille anni intercedere, liberis non existentibus alienanti: nam solùm per mortem tum reuocatur, non per redemptionem, *vt suprà docuimus in quinta conclusione, per d.c.1. §. Titius filios. si de feud. defunct. content.*

POSTREMA CONCLVSIO erit, quod eadem, quæ diximus de filijs & agnatis in alienatione facta cum consensu domini, quoad redimendum & reuocandum feudum, eadem quoque obtinebunt in casu, vbi pater vasallus, vel agnatus, alium in feudo subinfeudauit: *probatur hæc conclusio in c.1. §. sed etiam res. per quos fiat inuestitu.* († Quod potest etiam hodiè, vt olim, facere sine cōsen- 173
su domini, *c.1. qualiter olim pot. feud. aliena. c.1. §. similiter de leg. Conrad. c.1. §. callidis. de prohib. feud. aliena. per Feder. §. illud quoque, eod. titu.*) Hæc intelligetis procedere cum distinctione prius facta, an hæredes defuncti sint, vel nō, hoc mo- 174
do: † Si vasallus habens liberos, in feudo subinfeudauerit extraneum, vel agnatum, potest vel in vita patris alienātis redimere, vel expectata morte patris gratis reuocare, si modò patris hæres non fuerit, *vt suprà distinximus in sexta conclusione.* † NON OBSTAT huic ille text. in 175
c.1. versic. laici. qui success. teneant. qui vult, quòd debet hæres rursum inuestire, quē pater vasallus inuestierat, quia ibi loquitur in feudo, quod pater ex allodialibus suis bonis prius dedit alicui, hoc hæredes filij cōfirmare debēt, vel alij eius hæredes: aliud est in feudo, ꝙ pater à

ſuperioribus habuit, vel alio domino: hoc enim ſubinfeudando, nō poteſt filijs præiudicare, vt hic: ergo mortuo patre vaſallo redit ad filios, ex regula: reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris: Et hoc, ſi in vita redimere nolit.
176 †Sed quid ſi pater ſubinfeudaſſet, & filius eſſet hæres patris, anne iam patris factū approbare debet? vt ſupra quoque tenuimus, *per d.l.cùm à matre.C.de rei vendica.* Certè hic putarem inſpiciendum eſſe, an ſimpliciter pater infeudaſſet, an ita expreſſè, vt poſt mortem ſuam etiam apud eum maneret. PRIMO CASV exiſtimarē, quòd æquè ad filios, vel agnatos, redire deberet: nam videtur ſubinfeudaſſe iam ſecundùm feudi naturā, quæ habet, quod reſoluto iure datoris, reſolui quoque debeat ius acceptoris. *per c.1.in fi. qualiter olim feud. pote. aliena.* & hoc niſi contra probari poſſet, *per c.1.§.præterea. quid ſit inueſt.* & ea, quæ notat Zaſius *in 10.parte, fol.71.in fin. de emct.* & quæ notat Aluarot. *in c.1.§. rurſus. quibus modis feud. amit. tit.1.* quod eſt notandum. SECVNDO CASV, ſi expreſſum fuit, vt apud ſubinfeudatū maneret, tum haud dubiè excludentur, ſi hęredes eſſe velint.
177 †Sed obijciet aliquis hic, quòd licèt ſubinfeudatio non duret diutiùs, quàm ſubinfeudans viuit: tamen fuiſſe dictū alibi, ſi maiorem dominum ſubinfeudatus recognoſcere vellet, vt recognouit defunctus, quòd tum feudo priuari non deberet, & quòd maior dn̄s teneretur eum in ſuo accipere ſeruitio vellet, nollet. *ex c.1.in fin. qualiter olim feud. pote. alien.* Si hoc verum eſt, ergo videtur quod filij, vel agnati, ſaltem non admittentur, quamdiù ſubinfeudatus rurſum maiorem dominum velit recognoſcere. Paucis dicendum, allegatum textum, *d.c.1.in fine, qualiter olim feud. pote. aliena.* loqui in caſu, quando filij & agnati nulli ſunt, qui iuris aliquid in feudo habent: & feudum aliàs mortuo vaſallo ad dominum redire debet, hoc caſu, ſi ſubinfeudauerit rurſum vaſallus, eo mortuo, dominus non poterit vēdicare feudum, ſi velit eum recognoſcere: aliud verò eſt, vbi filij vel agnati ſunt: tunc enim non obtinebit, per textum *c.1.§.hoc quoque. de ſucceſſ. feud.* vbi inueſtita fuit filia, & tum poſt mortem ad agnatum redibat, quòd obti-

obtinuiſſet etiam, ſi voluiſſet recognoſcere dominum. † Ita quoque probat alius textus. in d. c. 1. §. ſed etiam res. 178
per quos fiat inueſtitu. vbi ſi filius, vel agnatus, redimere voluit feudum ſubinfeudatum, ſubinfeudatus pretio accepto, velit nolit, debet reſtituere. Et hæc ſufficiant quoad iſtam partem, ad quos feudum amiſſum alienatione reuertatur, quoad vaſallum. Reſtat ergo nunc rurſum in fine videre, an ſicut vaſallus alienando feudum amittit & transfert in dominum: ita econtrà dominus alienando totum, vel partem, ſine conſenſu vaſalli, amittat, & proprietatem tranſmittat plenè in vaſallum.
† Breuibus, quia ferè in omnibus ad paria iudicatur dominus & vaſallus, c. 1. in fine de forma fidelita. & ſimil. 179
volunt quoq; Doct. quod in hoc caſu ad paria tenebuntur. Et ergo ſi alienat ſine vaſalli voluntate, volunt totam proprietatem ad vaſallum deuolui, ſi modò totum alienauit: ſi partem, quoad partem, vt in vaſallo ſuprà diximus, *per c. 2. quo tempo. miles inueſti pet. debe. c. 1. §. ex eadem. de leg. Conrad. c. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. aliena. per Frederi. in fin. quibus in locis Doct. Zaſius in 10. parte, fol. 70. iuncto c. 1. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar. reg. feud. aliena.* NON OBSTAT placitum illud feudale. in c. 1. §. ex eadem. de leg. Conradi. quo caueri videtur, dominum alienare poſſe ſine vaſalli conſenſu: quia ibi loquitur ita moris fuiſſe Mediolani: ſecùs de iure communi, & alijs in locis. Nec eſt dubitandum, cuius conſuetudo potiùs ſit obtinẽda, de quibus dicto loco: quia prima pars, nempè, quòd non poſſit alienare ſine vaſalli conſenſu, confirmata eſt poſteà per ipſum Imperatorem Fredericum, *in d. §. præterea ducatus. de prohib. feud. aliena. per Freder.* † Et ergo generaliter illa conſuetudo ſeruanda: Si tamen alibi illa 180
conſuetudo Mediolanenſiũ ſeruaretur, illa tamen nunc ſe non poſſet extendere extra illum locum, quia eſt conſuetudo ſpecialis: alia verò generalis. *ita Andr. de Iſernia, & Aluarot. in §. ex eadem, vbi gloſſa.* Sed certè quoad primam partem, qua putant per domini alienationem proprietatem in vaſallum deuolui, ſi vaſalli conſenſus adhibitus non eſt, multum dubito. PRIMÒ ideo, quòd

nusquàm lex apertè dicat, quod dominus per hoc feudo, seu proprietate, priuabitur, licèt prohibeatur illi alienatio: nam si hoc voluissent Gerardus & Obertus, vtique hoc expressissent, quemadmodũ in delicto commisso à domino erga vasallum fecêre. *in c.1.§.domino.si de*
181 *feud.def.contr.content.sit.* † SECVNDÒ moueor ex textu.c.2. quo tempore miles. vbi solùm dicitur, quòd talis alienatio facta à domino pro non facta solùm habebitur, non etiã quod proprietate priuetur. TERTIÒ per hoc, quòd is magis puniri debet, qui magis deliquit: sed vasallus plus deliquit alienãdo, quàm ipse dominus, quia per hoc, vt suprà albi probauimus, prædaturã, vel quasi furtum committit: non vtique ipse dominus in re propria, cùm vasallus æquè ius suum seruet, & non ita multum illi per hoc præiudicatur, nisi quòd alium dominũ
182 iam agnoscere deberet: † Quem tamen iure non tenetur, nisi velit acceptare. *d.§.prætereà ducatus, de prohib.feud. aliena.per Freder.* posset enim licitè illi dicere, non volo tibi seruire, nec te vt dominũ agnoscere. QVARTÒ, cùm pœnæ sint odiosæ, infligi non debere cõstat, nisi in specie a iure expressæ sint. *Barto.in l.nemo martyres.C.de sacrosan. Eccles.i.ac si quis impediat, versi u.Diuus autem Marcus. de religi.& sumpt.fun.* QVINTÒ, cùm nusquàm iure istud inueniatur cautum, vt suprà diximus, temerarium certè esset, illud asserere, *l.dissentientis, versic.nulla præcipit constit. C.de repud.§.optimum, in Authent.de non eligen. secund.nube. c.1. de voto, & voti redempt.in extrauag.Ioan.22.l.illam.C. de coll.* Et quanquàm nostra intentio satis prædictis probata esse videtur: tamen pro maiori authoritate adijcimus quoq; Baldum in eadem sententia existentem, *in d.c.2. quo tempore miles.& Schenck in d.c.1.§.ex eadem. de leg.Conrad.* Rectè ergo dicemus, alienationem factã à domino sine vasalli consensu nõ transferre proprietatem in vasallum, sed solũ
183 pro non facto haberi, *per suprà dicta.* † FALLIT prædictũ in casu, vbi dominus Ecclesiæ feudum, vel pio loco, pro anima vel oblatiõe fidelium alienasset, vel dedisset: illo enim casu pro non facto non habebitur, sed plattè trãsferetur, *tex.vnicus in c.1.§.si verò contigerit.de allo.* Tenetur tamen

men tunc dominus, vel eius heres, rursum vasallo ad interesse, imò ad aliud feudum eiusdem quantitatis & bonitatis. *vaglo. & Doct. in d. c. 1. de allodijs.* & habet rationem.
† FALLIT secundò, si dominus feudum cum tota curia alienaret. *ita Doct. in d. c. 1. §. ex eadem, in fine. de leg. Conrad.* 184
de quo tamen dubito, quia verba textus hoc nõ habent: sed ita, dum tamen non totum alienetur. text. *in d. c. 1. §. ex eadem, in fine. de leg. Conrad.* qui sanior est, meo iudicio, & quæstioni ibi habitæ magis conuenit: nam quæstio ibi fuit, anne dominus mediam partem dominij directi possset inuito vasallo alienare, retinendo aliam dimidiam partem, quemadmodum econtrà liberè poterat alienare mediam vasallus, inuito domino, *ex c. 1. de alienat. feud.* Et respondet, quod non, constituens dominum in conditione peiore, quàm vasallum, subijciens statim fallentiam, nempè, hoc obtinere, nisi cum tota curia alienaret, illo casu benè posse alienare in rusticum: Sed quantum? certè puto solùm medietatem, de qua quæstio & dubitatio ibi erat, non totum, vt volunt Doctores. Imò Gerardus ibi *in fine d. §. ex eadem.* voluit nec cum curia ad medietatem alienari posse in inferiorem dominum, quàm ille erat, contra Obertum, & benè. † Nam vt vasallus subinfeudando rursum similem sibi accipere tenetur, *c. 1. §. similiter. de leg. Conrad. (qui §. statim subiungitur. §. ex eadem præcedenti)* ita quoque dominus: nam vt interest domini non habere quemlibet vasallum. *argumen. c. 1. §. similiter. de leg. Conrad. c. 1. in fine. de duobus fratrib. de nouo benefic. inuestit.* ita quoque maximè interest vasalli, quemlibet nõ habere dominum cùm ad paria dominus & vasallus iudicantur. *§. fina. de form. fidelita.* Atque ita censeo intelligendum dictum textum. *d. c. 1. §. ex eadem. de leg. Conrad.* quicquid Doct. dicant. † Et vt hodiè omnis alienatio prohibita est quoad vasallũ, qui olim ad medietatẽ alienare potuit, *c. 1. de aliena. feud.* ita quoque putarem hodiè dominum nullo modo admissum, citra vasalli consensum, cùm ad paria iudicantur, *d. §. fi. de forma fidelit. §. domino. si de feud. defunct. content. fit.* † Nunc rursum in fine videamus, an ad hoc, vt dominus feudum ita per alienationem

185 (margin, beside "quàm ille erat, contra Obertum")
186 (margin, beside "quid Doct. dicant")
187 (margin, beside "Nunc rursum in fine videamus")

amissum acquirat, requiratur processus iudiciarius, vt supra in precedente parte diximus, cùm merè delictum est, an minus. Et paucis dicunt Doct. non requiri iudiciarium processum, sed quòd ipso iure feudum vasallus alienatione amittat: declaratoriam tamen sententiam esse necessariam volunt, & hoc quoad alienantem vasallum: contra verò bonæ fidei emptorem semper requiri iudiciarium processum, vt per dominum probetur feudum fuisse, & sine cõsensu suo alienasse, atque ideo ipso iure alienationem nõ valuisse, & similia, quæ alibi latè tractat Aluar. *in c.1. §. callidis. de prohibi. feud. aliena. per Freder. & in c.1. de feud. sine cul. non amit.* Quòd autem vasallus alienans ipso iure feudum amittat, probat Baldus, Aluarot. & alij Doct. ex eo, quòd alibi Frederici constitutio habeat, feudum illicitè alienatum liberè ad dominum redire, *in d. c.1. §. callidis.* Sed paucis, putarem semper requiri processum iudiciarium: nam quomodo ipso iure dicet dominus alienationem non valuisse, nisi priùs probatum fuerit sine consensu alienatum fuisse, imò feudũ fuisse, & id genus alia similia multa, quæ alienans allegare posset, *per d. c.1. de feud. sine culp. non amitt. iuncto c. fina. quo tempore miles inuestit. pete. debe.* quæ sunt satis expressa. accedat, quòd trita sit regula:

188 † Omnem pœnam requirere iudicis sententiam & processum, *vt tenet Bal. alibi. in l. cum ancillis. C. de incestis nupti.* NON OBSTAT dicta Frederici constitutio, in verbo: *liberè reuertatur:* super quo glossa & Docto. totale fundamentum constituunt, dum verbum, *Liberè*, interpretantur ipso iure, absque sententia: quia non sequitur: feudũ liberè reuertitur ad dominũ: ergo processus, vel sententia non est necessaria: quia simile habemus alibi. *in c. dixit dominus, 32. quæstio. 1.* vbi textus dicit: liberè dimittitur vxor propter notoriã fornicationem. Cæterùm glossa alibi, illo verbo, *liberè*, nõ obstãte, dicit æquè requiri processum & iudicis sententiam. *in c. ex parte. de sponsa.* licèt fornicatio sit notoria, qui textus & glossa satis probant, ipso iure non amitti propter verbum, *liberè*, de quibus alio loco latè Curt. *in 4. par. fol. 469.*

189 † Et hactenùs satis de tertia parte.

Nunc

Nunc ad quartam partem contendamus, AD QVOS ſcilicet FEVDVM, REFVTATIONE AMISSVM, REVERTATVR. Paucis docuimus ſuprà in parte duodecima, quòd feudum vel refutatur domino, *per c.1.de vaſal.qui contra conſtit.Lothar.regis.c.1.de vaſal.decrep.ætat.c.1.§.rurſus.quibus modis feud.amit. titul.1.* vel etiam agnato, vel filiis, ſeu deſcendentibus, etiam inuito domino, *per c.1.de eo, qui finem fe.i.agnat.de feud.pater.& per ea quæ ſuprà in 12. parte docuimus.* Nam PRIMÒ, ſi feudum fuerit nouum, & vaſallus refutauerit domino, exiſtentibus liberis ſeu deſcẽdentibus, hoc caſu omnes Doct. rurſum tenent, feudum manere apud dominum plenè, excluſis perpetuò deſcendentibus, (quemadmodum etiã vno ore omnes tenent) in alienatione feudi noui facta conſenſu domini in quemlibet, vt ſuprà in præcedente parte de alienatione diximus, ita Aluarotus & alij Doct. *in c.1. de alien. feud. patern.* Zaſius *in 10. parte.* per rationem eandem, quam in alienatione attulerunt poſt Andream de Yſern. nempè, quòd iſtud, quòd acquiro, poſſum alienare pro libito vt plenè meum, *per l.qua ratione, §.hi quoque, de acquir. rer. domi.* SECVNDÒ per hoc, quòd prohibitio alienationis facta ſolùm ſit de feudo paterno: ergo videri admiſſam in nouo, *per l.cum prætor, ff. de iudic.* Et † ſic argumentantes 190
ab alienatione ad refutationem à ſimili, cùm refutatio ſit quaſi alienatio, *d.c.2.de alien.feud.pater.* Sed certè, quemadmodum ſuprà tenuimus, feudum nouum alienari nõ poſſe conſenſu domini plenè in præiudicium filiorum, ſeu deſcendentium, in tertia concluſione ibi poſita: Ita quoque † nec refutari poſſe veriùs crediderim præiu- 191
dicando liberis plenè, hoc eſt, vt ne vnquam ſuccedant, & hoc per eaſdem rationes, quas in parte præcedenti, vbi de alienatione tractatum fuit, dedimus: quæ ergo ibi dicta ſunt, omnia hîc fuerint repetenda, cùm eadem ſit ratio vtrobique. PRIMA ergo in hac parte CONCLVSIO erit: ſi pater vaſallus nouum feudum refutauit domino, quòd ſolùm manebit apud dominum ad vitam alienantis, ſi nolit filius ante redimere, quod tamen licitè poſſit, etiam in vita alienantis, vt ſuprà do-

cuimus in quinta conclusione, vbi de alienatione tra-ctauimus, *per c.1.§.Titius filios.si de feud.defunct.content.sit.* Præ-
192 fertur † enim filius vel agnatus, semper domino in re-dimendo, *c.1.§.porrò.qualit.olim feud.poter.alien.* SECVNDA
193 CONCLVSIO erit, † si vasallus domino nouum feu-dum refutauerit, nullis existentibus liberis, apud domi-num manebit plenè, exclusis agnatis, quia in nouo feu-do non succedunt, *argum.c.1.§.item si fuerit, quibus modis feud. amitta.c.1.de duobus fratrib.de nouo benefic. inuestit.* nisi ex pacto fuisset acceptum, vt agnati etiam in feudo nouo succe-derent, vel communibus ex bonis indiuisis, domino sciente, emptum, *de quibus in c.1.de benefic.frat. & qualiter fra-ter fratri. de quibus suprà latè tractauimus in parte nona principali.* illo enim casu non secùs ad eos rediret, atque in prima ista conclusione de descendentibus, seu filiis, diximus.
194 TERTIA CONCLVSIO erit, † si vasallus proximio-ri descendenti, qui immediatè post eum successurus est, feudum refutauit, siue nouum, siue antiquum, iam dicendum, penes eum manere debere, inuito etiam do-mino, (consensus enim domini in refutatione non re-quiritur. *probatur in c.1.de alienat.feud. patern*) inuestituram tamen, seu releuium, (vt vocant) rursum intra tempus legitimum petere debet, *vt suprà alibi docuimus.* QVAR-
195 TA CONCLVSIO erit, † si vasallus in remotiorem de-scendentem refutaret, hoc casu licèt videatur propin-quior expectare mortem alienantis debere, *argum. c.1.§. Titius filios.si de feud. defunct. content. sit.* (vt in agnatis suprà docuimus obtinere ob similitudinem rationis, de qua in quinta conclusione suprà tractauimus, vbi dictum fuit, ad quos feudum alienatum reuertatur.) putarem tamen hoc in casu locum non habere, sed statim proxi-miorem posse redimere: *per d.§.Titius filios.* illa enim præ-rogatiua filios semper honorari existimamus, per d. §. Titius filios. qui expressè hoc filio simpliciter conce-dit, præsertim etiam, cùm nullum aliud capitulum con-trarium dicens reperiatur, *per §.optimum. in Authent. de non elig.secund.nubent.l.illam, C.de collat. c. 1. de voto & voti redempt. in extrauagant.22.* QVINTA CONCLVSIO erit: si agna-tus

tus agnato proximiori refutasset feudum paternum, (nam nouum non potest, cùm in eo non succedat) manebit iam apud agnatum proximiorem, *per c. 1. de alienat. feud. pater. c. 1. de eo qui finem fecit agnat.* renouationem tamen inuestituræ à domino rursum petere debet. SEXTA erit CONCLVSIO si refutauit vasallus agnatus vlterio ri in gradu agnato, hoc casu quidem vt valet alienatio sine consensu etiam proximioris agnati, *§. Titius filios. si de feud. defunct. content. sit.* ita quoque valebit refutatio & expectabit isto casu proximior agnatus rursum mortẽ refutantis, *per d. §. Titius filios, si de feud. defunct. content. sit.* quicquid † Aluarotus *in c. 1. de alien. feud. patern.* dicat, qui existimat tunc nõ valere, sed fallitur. SEPTIMA CONCLVSIO erit: si vasallus feudum paternum refutat domino, non existentibus liberis, agnatus alius statim potest redimere à domino, vt suprà in parte alienationis docuimus, quicquid Aluarotus & gloss. dicant, *in c. 1. §. final. conclus. 37. & gloss. verbi, nec filiam. de alien. feud. patern.* qui volunt, apud dominum manere debere ad mortem vsque alienantis. Et probatur conclusio nostra per text. *c. 1. §. 1. per quos fiat inuestit. & c. 1. §. donare. versic. porrò qualiter olim feud. poterat alien.* Bald. & Beluis. *in c. 1. de alien. feud. pater.* & ea, quæ suprà in quinta conclusione partis præcedentis de redemptione & reuocatione docuimus: quæ omnia etiam hic in refutatione locum sibi vendicabunt: Et hoc obtinere dico, etiamsi vasallus refutasset feudum in propriam filiam, vel eam subinfeudasset domini consensu, *per supra dicta.* quod etiam sequitur Iacobus de Beluiso, *in d. c. 1. de alienat. feud. patern.* quanquam ibi glossa contrarium teneat. NON OBSTAT ille textus, vbi agnatus tale feudum a filia non reuocare posse videtur ante mortem vasalli alienantis, *c. 1. § quoque, de success. feud.* quia loquitur ibi textus, & intelligitur, quòd agnatus non voluit in vita redimere, quod tamen licite potuisset, si voluisset: † Est enim filia respectu feudi, quasi extranea persona. POSTREMÒ, † extraneam in personam vasalli refutare feudum non possunt, quia esset mera alienatio, quæ est prohibita, *argum. c. 1. de alienat. feud. pater.* & ergo refutatio-

196 197 198

futatione facta in extraneum, vel etiam agnatum, qui non esset agnationis communis, rediret statim ad dominum. *per c.1.§.fin.versic.si vasallus, quæ fuit prima causa benefic. amit.* Et hæc obiter quo ad refutationem sufficerint.

Nunc, AD QVOS FEVDVM EX DEFECTV A-
199 MISSVM REVERTATVR, auspicemur. † Defectu quoq; feudum amitti diximus in parte duodecima, distinguentes ibi defectum, qui opinione medicorum sanari possit, ab eo, de quo spes nulla esset: Dicendum hîc ergo, si vasallus habens nouum feudum, vitium naturale vel accidentale acceperit, quod medicorum iudicio sanari non possit, *argum.c.ex literis, de frigid. & malefic.* hoc casu, si liberos non habet, ad dominum redire: si verò habet, tunc ad filios seu descendentes, ita intelligo c.1.§.mutus.Episcopum, vel Abbatem. (quanquam alij Doct.omnes, quotquot sunt, contra tenent, semper ad dominum tunc redire, exclusis liberis, *Aluarotus in §.final. conclus.23. quæ fuit prima causa benefic. amit. Andreas de Ysernia in c.1.an mutus, vel surdus. Zasius in 10.parte, folio 70.mihi, & communiter omnes in d.c.1.§.mutus. Episcopum, vel Abbat.*) Nam vt antè in aliis etiam casibus alienationis & refutationis docuimus, nihil præiudicari filiis & descendentibus in nouo feudo, quia aliquid iuris in eo habent: ita quoq; hic negare non possumus, ab initio iuris aliquid acquisitum fuisse liberis, quod certè illis non ita absque eorum facto auferri debet, vt ibi latè probauimus, quæ hic repeti possent. NEC OBSTAT ille textus d.c.1.§.mutus. Episcopum, vel Abbat. qui vult ad dominum simpliciter tale feudum redire: quia illum intelligo de nouo feudo dato illi, qui iam mutus factus, nullos liberos habet, *argum.c.1.§.item si fuerint, quib.modis feud.amit.tit.1.& c.1.de frat. de nouo benefic. inuestit.* in quo casu locum tamen habere vt posset, tutius & æquiùs putarem ita intelligi de-
200 bere. Cùm enim † dubium est, an intelligat de isto casu ibi, an etiam vbi liberi sint, in dubio potiùs sequenda ea semper est sententia, quæ est rationabilior, æquior, & quæ facit rem tutiori loco consistere, *l.in dubijs, l.quoties, ff.de regulis iuris, l.benignius, ff.de legibus, & infinitis alijs.* Sed æquior

quior est, & rationabilior, apud filium manere, quàm ad dominum redire, cùm sit satis idoneus, ne dolor dolori coniungatur, *argument. l. 1. in fin. C. si ante apertas tabul. iuncto §. 1. Instit. de Senatusconsult. Tertul.* SECVNDÒ, non hæsitatur à Doctoribus in paterno feudo, ob vitium naturale amisso, filios, vel agnatos, succedere, ideò, quòd in eo à superioribus quid iuris acquisierunt, quod illis auferri non possit, *Aluarot. in c. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amit. conclus. 23.* Sed iam docuimus suprà, quòd eodem modo semper filij, seu descendentes, in nouo feudo statim aliquid iuris acquisierunt: (quod neque illis auferri debet) ergò & illi à simili succedent, quod & Baldi opinione comprobatur, *in Rubric. c. 1. an mutus, vel aliàs imperfect.* vbi etiam Andre. de Ysern. licèt Andre. de Ysern. aliter eum interpretari nitatur. Prætereà compilator feudorum æquiparat mutum, cœcum, & similem imperfectum clerico, *in d. c. 1. in fine. an mutus, vel aliàs imperfectus.* Sed satis superque suprà docuimus in duodecima parte, (vbi docuimus, quibus modis defectu feudum amittatur) quòd filij clerici præferuntur domino, etiam in feudo nouo, *per c. 1. de vasallo milite, qui arma bellica depos. & ea, quæ suprà de nouo feudo, quo ad filias, satis docuimus*; ergo & filij muti vasalli, seu surdi, in nouo feudo non succedent, excluso domino. PRIMA ergo CONCLVSIO erit: quòd in prædicto casu descendentes succedent, contra Doctorum opiniones, vt ex prædictis patet. Et tenuimus quoque idem suprà in nona parte, vbi de successione tractauimus. SECVNDA CONCLVSIO erit: si vasallus mutus, aut surdus, aut aliàs imperfectus est, siue natura, (vtpotè ita natus) vel per accidens, cùm tamen spe medicorum sanari posset, quòd hoc casu vasallus feudum nouum non amittet, sed sibi seruabit, *per c. 1. in princ. an mutus, vel aliàs imperfectus. & ea, quæ suprà docuimus in parte duodecima, vbi de amissione ex defectu tractauimus.* Est enim spes, vt aliquando restituatur, & sic temporale vitium, ex quo feudum non amittitur, *vide Bald. in c. 1. an mutus, vel aliàs imperfect. quem sequitur ibidem Aluarot. & hoc casu per substitutum interim seruiet, vt alibi docuimus in duodecima parte, vbi de defectu egimus.*

egimus. TERTIA CONCLVSIO est: si feudum est paternum, seu antiquum, & vasallus fiat mutus, vel aliàs imperfectus, hoc quid fieri debeat dubitabant olim Obertus & Gerardus, & multi alij *in c.1. an mutus, vel aliàs imperfectus*. Volebant enim aliqui, ne per imperfectionem amitteretur, etiam, quæ natura venisset, *vt Gerardus & Obertus in d.c.1. in primo responso, an mutus, vel aliàs imperfect.* Nam putabant, cùm à maioribus iam esset feudum obtentum & in illis radicatum, quòd ergo illis auferri non posset: sed alij contra censebant, *in d.c.1. in 2. responso, an mut. vel aliàs imperfect.* inspicientes causam, quare feudum concessum esset, nimirùm ob seruitium præstandum. Cùm ergo talis nunc esset, qui seruire non possit, nec de eo possit sperari, volebant certè eum amittere feudum, & benè, *per l. in omnibus. ff. de reg. iur.* vt tum tantum illi daretur, (si aliundè non haberet) quo se posset sustentare, *d.c.1. §. mutus, Episc. vel Abbat.* nihil tamen ibi determinatum fuit apertè, ad quos rediret. Cæterùm vos rursum distinguite, an talis sit defectus, qui medicorum opinione sanari possit, an minùs: Si talis est, iam penes ipsum vasallum manere feudum, & opinione Oberti & Gerardi obtinere: si verò spes nulla est, iam amitti & redire ad filium, vel agnatum proximiorem, *Aluar. in §. fin. conclus. 23. quæ fuit prima causa benef. amit.* quo casu aliorum opinio obtinebit, in text. *d.c.1. in 2. responso. an mutus, vel aliàs imperfect. argum. c.1. de vasal. milit. qui arma bel. depos.* vbi incurabilis imperfectio seu defectus, fuit ob clericatum adeptum. Prædicta tamen locum sibi non vendicabunt in feudo franco, hoc est, nullo seruitio subiecto: nam vt talia habentes feuda ab omni seruitio sunt immunes: ita cœcitas, surditas, mutitas, similisve imperfectio obesse illis nequit, *Bal. in c.1. an mut. vel aliàs imperfect.* Quod idem obtinebit in feudo ad certum officium dato, vbi cœcitas, surditas, mutitas, similisq; imperfectio, impedimento, quò minus fiat officiũ, non est. *Bald. d. loco.* QVARTA erit CONCLVSIO: si vasallus feudum nouũ habens, clericus, religiosus, vel conuersus fiat, feudum amittit, *vt suprà in par. 12. diximus*, & eo amisso, ad filios, si quos habet, transmittet, excluso

domi-

domino, ita Aluar. *in §. fin. concluſ.* 44. quem ſequitur Zaſ. *in 10. par. fol.* 72. & alij omnes. Miror multùm, quòd eximij illi Doct. in hoc caſu admittant liberos, & quòd in caſu primæ concluſionis ſuprà in hac parte, de defectu in nouo feudo, vbi vaſallus vel cœcus, vel mutus ſit, non admittant, cùm tamen vtrobique eadem ratio eſt: clericus enim æquiparatur muto, ſurdo, cœco, vel tali imperfecto, qui ſeruire nequit, *in fin. d. c. 1. an mutus, vel aliàs imperfectus. in verbis, ſic dicimus in clerico.* Certè ſi horum filij admittuntur tam in nouo, quàm in antiquo feudo, non video rationem, quare non eadem ratione filij, vel deſcendẽtes, cœci vaſalli admitti debeant, & ſimilium imperfectorum. QVINTA CONCLVSIO erit: ſi vaſallus nouũ feudum habet, & clericus vel religioſus fiat, nullis exiſtentibus liberis legitimis, hoc caſu ad dominum, excluſis agnatis, feudum deuoluetur, ſecundùm communes feudales regulas, quæ agnatos in nouo feudo nõ admittunt. *Aluar. in d. §. fin. concluſ.* 44. *quæ fuit pri. cauſ. benef. amit.* SEXTA erit CONCLVSIO: ſi vaſallus antiquum feudũ habet, ſeu paternũ & cleric⁹ vel religioſus fiat, hoc caſu nullis exiſtẽtibus liberis, proximior agnatus auferret, excluſo dño, ſecundùm communes regulas, *Aluaro. in d. §. fi. concluſ.* 44. Prędicta omnia intelligetis ſecundùm ea, quæ in duodecima parte diximus, & de feudo, ſuper quo clerici vel monachi, ſeruire non poſſunt, vt dictum fuit ibi: ſecùs, vbi per ipſum expediri ſeruitium poſſit, vbi quoque fallentias poſuimus, & quando per ſubſtitutum ſeruire poſſunt, quando non, quæ in ſingulis partibus hic repetenda fuerint, & quæ ſuffecerint quo ad hanc partem, de defectu. De ſexta parte, nempè præſcriptione, quia docuimus ſuprà, præſcribi feudum nõ poſſe, certum eſt, quòd non aperiatur vlli. Inſpicienda ergo ſolùm fuerint, quæ de ea ſuprà declarauimus in parte duodecima principali, in fine, vbi de præſcriptione tractauimus. De ſeptima quoque parte, nempè ad quos feudum mortè amiſſum reuertatur, ſufficienter in nona principali parte docuimus. Reſtat ergo nũc decimaquarta pars principalis, quæ habet, apud quos iudices feudi

quę-

quæstio agitari debeat, quæ est etiam elegans & difficilis.

PARS DECIMAQVARTA, Apud quos iudices feudi quæstio agitari debeat.

SVMMARIA.

1 *Quibus in locis potissimùm materia iurisdictionis feudalis tractetur.*
2 *Pares curiæ qui propriè dicantur, & quare ita dicantur.*
3 *Refutatur opinio Innocentij, Hostiensis, & Panormitani, de significatione parium curiæ.*
4 *Duo, habentes feuda ab eodem domino ex territorijs diuersis, non sunt pares curiæ.*
5 *Quadrupliciter fit controuersia super feudo.*
6 *Qualiter iurisdictio dominorum, vel parium, fundatur.*
7 *Quandoque causa feudalis concernit dominum, & tunc ipse iudex esse non potest.*
8 *Quare vasalli aliquando non possunt se inuicem ad tribunal domini, vel parium, trahere.*
9 *Curia cum domino licitè potest vocare ad tribunal suos vasallos differentes, nec possunt eorum examen declinare, etiamsi definire nequeant.*
10 *Dominus inter duos, inuestitos à se, cõtendentes, vter ad feudum melius ius habeat, non potest esse iudex.*
11 *Vasallorum contentio de agro aliquo intermedio disceptantium, an spectet ad feudum, necne, fiet coram ordinario.*
12 *Si quis dicat se vasallum, & dominus neget, pares erunt iudices.*
13 *Parium iurisdictio inter quos consistat.*
14 *Pares curiæ mores melius nouerunt, quàm ordinarij.*
15 *Vt parium iurisdictio fundetur, requiritur, vt saltem nudè, vel abusiuè, hoc est, sine traditione, inuestiatur vasallus, non habens aliud feudum ab eodem domino.*
16 *Nemo præsumitur peierare.*
17 *Vasallus habens aliud indubitatum feudum à domino alterius, feudo*

feudi possessionem controuersam iuramento ab eodem obtinebit.

18 *Aluaroti error.*

19 *In controuersijs Capitaneorum regni Imperator, vel Rex, est iudex, etiamsi causa eos concernat, & quæ eius rationes.*

20 *Vasalli non Capitanei regni dominum immediatum habent iudicem, siue Ecclesiasticus, siue secularis sit.*
Bartolus fallitur, ibid.

21 *Controuersia inter pares, si dominus alios pares non habeat, apud ordinarium terminatur.*

22 *Doctorum interpretatio non vera in §. si autem inter, de leg. Conradi.*

23 *Sufficit ad hoc, vt pares cognoscant, quòd vterq; litigantium dicat se à domino inuestitum, etiamsi dominus non inuestiuerit, aut dominus id negauerit.*

24 *Zasij opinio reiecta.*

25 *Pares non præsumitur propter dominum in iudicando animam suam periculo æternæ condemnationis velle exponere.*

26 *Intellectus §. illud sciendum tamen. de inuestit. in marit. fact.*

27 *Inter vasallos, de feudo controuertentes, dominus est iudex, nisi sit suspectus: nam tunc pares erunt iudices, si habeat: sin minus, ordinarius.*

28 *Imperator & Rex, non possunt allegari suspecti in cognitione de causa suorum vasallorum.*

29 *Nemo meliùs de feudi quæstione cognoscit, quàm dominus, vel pares curiæ.*

30 *Quæstionem inter dominum & vasallum, pares iudicabunt.*

31 *Casu, quo negatur dominus, vel feudum, de eo cognoscit ordinarius, quousq; intellexerit feudum esse.*

32 *Dominus & vasallus controuersiam habentes, quid facere debeant.*

33 *Vasallus dominum omnibus modis contumacem deprædare potest.*

34 *Appellatio à sententia parium.*

35 *Quo ordine, & qualiter in causa feudali procedendum.*

36 *Domini feudalis, vel parium iudicium, non potest prorogari.*

37 *Dominus, aut pares curiæ, an vt suspecti reijci poßint.*

38 *An in feudalibus causis reconuentio locum habeat.*

39 *Cuiuscunque territorij, regni, vel ciuitatum consuetudo in feudalibus seruanda.*

40 *Vasallus cum extraneo actiuè, vel passiuè, controuersiam habens de diuersis dominis, de finibus, aliisq; qualitatibus feudi, ordinarium habet iudicem.*

41 *Extraneus à curia, à domino, vel paribus citatus, potest illos iudices recusare.*

42 *Domini & parium iurisdictio est limitata, vt sit solùm inter vasallos, vel inter dominum & vasallum.*

1 HAEC materia † tractatur diuersis in locis, potissimùm in c. 1. apud quem vel quos. in c. 1. de controuersia feud. apud pares terminanda. in c. 1. de inuestitura in marit. facta. in c. 1. de lege Conradi. in c. 1. an apud iudicem, vel curiam domini, quæstio feudi terminari debeat. in c. 1. §. si duo homines. de pace tenenda. in c. 1. de controuersia inter vasallum & alium de feudo. in c. 1. §. prætereà. fin. de prohib. feud. alien. per Fredericum. in c. 1. §. si inter. de alienatione feudi paterni. in c. ex transmissa, extr. de foro compet. in c. cæterùm, extr. de iudic. & aliis in locis Andreas de Ysern. Aluarotus, & cæteri Doctores in capitulis suprà citatis. Zasius in vndecima parte, Curtius in septima parte, per totum. Quæstio ergo feudi vel apud dominum, vel pares curiæ, vel iudicem ordinarium, vel apud arbitrum terminari debebit, vt posteà patebit. Cæterùm cùm non ignoremus, quis dominus, quis iudex ordinarius, quis arbiter sit, sed non ita plenè notum sit omnibus, qui curiæ pares dicantur, qui tamen sæpiùs sunt iudices, videamus, qui
2 propriè illi habentur. Et paucis, † curiæ pares dicuntur, qui ex eodem territorio, ab eodem vniuersalis curiæ domino feudum tenent, *text. est in c. 1. in princ. iuncto §. si quis, si de inuestit. inter dom. & vasallum lis oriatur. & text. in l. in causis, in fin. & ibi gloss. de pace Constant. c. 1. de controuers. inter pares terminand. c. 1. §. si enim. quid sit inuestit.* ideoque pares dicuntur, quia vtriusque vasalli res feudales vnius domini territorio & curiæ, hoc est, domui dominicali subsunt, *dd. cc.*
3 *citatis.* Non † vt Innocentius, Panormitanus, Hostiensis, &

& alij Canonistæ putant, *in c. cæterùm, de iudic.* quorum alij ab eo dici pares existimant, (maximè Innocentius) quòd consilia feuda habeant, seu habere debeant. Alij (quorum numero maximè Hostiensis est) ab eo, quòd à paribus pariter sint eligendi: Et hi in vna curia litigare debent, *vt patebit infrà:* Hinc certum quoque est,† quòd 4
vasalli vnius domini habentes feuda ab eodem ex territoriis diuersis, hos pares curiæ non esse, cùm diuersam sortiantur curiam, vel domum: Domini enim in singulis territoriis suis curiam iurisdictionalem habere solent, ad quam bona supposita & iurisdictiones respiciunt. *gloss. in d. l. in causis, in fin. de pace Constan.* Hinc etiam satis patet, quæ res in curte domini esse dicantur, quæ extra curtem: *de his etiam alij Zasius in vndecima parte, in prin. & Aluarot. in c. 1. §. fin. quib. mod. feud. amit. tit. 1.* vbi & alij.

His præmissis, videamus quoque (priusquam de iudicibus aliquid dicere cœperimus) QVOTVPLICITER CONTROVERSIA SVPER RE FEVDALI FIERI POSSIT: TVM QVO MODO, ET QVALITER DOMINORVM, ET PARIVM, FVNDETVR IVRISDICTIO: Paucis dicendum: † PRIMÒ, 5
QVADRVPLICITER controuersiam fieri: primò, inter duos vasallos: secundò, inter ipsum dominum & vasallum: tertiò, inter vasallum, extraneumque: quartò verò inter dominum & extraneum, quæ ordine per regulas posteà explicabimus. † SECVNDÒ, IVRISDICTIONEM dominorum, vel parium, FVNDARI intelligetis hoc modo: PRIMÒ, si duo controuertentes vasalli, vel plures, super feudo agnoscunt ambo esse feudũ, & se mutuò agnoscunt, vt curiæ pares, sed disceptant de qualitate feudi, videlicet de finibus, vel an sit paternũ, vel maternum, an ad filias transire debeat, vel non, & similibus: hoc casu firma stat iurisdictio domini, si causa dominum non concernit, hoc est, talis est, ex qua nec damnum nec lucrum expectet, *c. 1. §. præterea. final. de prohib. feud. alien. per Freder. iuncto c. 1. an apud iud. vel cur. dom.* Si verò tale quid est,† quod dominum concernit, quia fortè alteri de euictiõe tenebitur, *de quo in c. 1. an apud iud. vel cur. do-*

mini. certè tum ſemper firma ſtabit parium iuriſdictio, ſi ſint, ſecundùm ea, quæ in ſequentibus dicentur, *per d. c. 1. an apud iudicem vel cur. domini.* ſi non ſint ad ordinarium illius curtis, vel arbitrum, iam iuriſdictio pertinebit, *per c. 1. de inueſtitur. in marit. fact. & c. 1. apud quem vel quos. in verbis, vel per iudicem curtis, vt infrà patebit.* SECVNDÒ, ſi controuertentes duo, vel plures, non conſentiunt de feudo, quia alius dicit ſuum feudum proprium eſſe, & ſolidum, alius itidem dicit ſuum proprium eſſe, & non ſe mutuò agnoſcentes pro paribus, quia nulla alia feuda ambo vel alter ab iſto domino ſub iſta curia habet: hoc caſu, ſi agnoſcunt vnum dominum, quia vterque dicit, ſe ab eodem inueſtitum ſuper ſolido iſto feudo, *de quo in c. 1. §. ſi autem inter. de leg. Conrad.* iam non erit ſtatim fundata plenè iuriſdictio domini, ſed potiùs parium, qui in hoc caſu cognoſcere debent, ſi ſint, excluſo domino, an ſcilicet res dominum concernat, vt in parte præcedente docui: quia licèt dominus ambos vaſallos agnoſcat, quia eos inueſtiuit, & ambo agnoſcunt eundem dominum: quia tamen illi duo vaſalli ſe mutuò non vt pares agnoſcunt, quorum vterq; dicit ſibi proprium eſſe feudum & ſolidum, non poſſit adhuc plenè per hoc fundari iuriſdictio domini, quia neceſſariò alteri tenebitur de alio feudo, ſi verum eſt, quòd ambos ſolidè inueſti-
8 uit, *c. 1. de inueſtit. de re alien. facta.* Et hinc † quoque eſt (quia vaſalli ſe mutuò non agnoſcunt) quòd vaſalli tales ſe mutuò inuitos ad tribunal domini, vel parium, trahere non poſſunt, *vt habet c. 1. §. illud tamen, in fin. de inueſtit. in marit. fact. & c. 1. in fin. an apud iudicem vel curiam domini.* quia ſi vterque dicit ſuum proprium feudum eſſe, neceſſum eſt alterius eorum non eſſe. Nam impoſſibile eſt duos eiuſdē rei eſſe in ſolidum vaſallos, *argum. l. 3. §. contrario, ff. de acqui. poſſ.* Rectè ergo, ſi alter ad tribunal domini, vel curiæ, vocare vellet alterum, alter poſſet obiicere, neceſſum eſt alterum noſtrum non eſſe eius vaſallum, & ſic ille dominus, vel pares nō poſſent eſſe noſtri iudices, vt ex confeſſione eorum cōtra ſe inuicem adferunt, *vt pulchrè habetur in c. 1. verſic. opponit à ſimili, de controuer. inter Epiſcopum & vaſal-*

vasallum. Cæterùm † in hac facti specie curia cum domino vocabit licitè eos, quorum examen non poterunt declinare, eo modo, vt habet c.1.§.illud tamen.de inuestit. in marit.fact.& c.1.in fin.an apud iudicem vel curiã domini. Et quare quæso? Certè, quia vterque inuestituram se à domino eodem accepisse asserit, & sic dominum agnoscunt: dominus enim, nec curia, adhuc negauit alterum esse vasallum, vel non esse: & ergo, quia vterque dominum & curiam agnoscit, non possunt eorum examẽ declinare, *dd. cc.* Sed iam tum adhuc non est plenè fundata eorũ iurisdictio, sed solùm quo ad hoc, quòd quæstionem possint examinare, non definire. Et hoc † est, 10
quod dicta capitula dicunt, non posse eorum examen declinare, *in d.c.1.an apud iud.vel cur.domini, & in d.c.1.§.illud. de inuestit.in marit.fact.* examinatione tunc facta à domino, & paribus, si inuenerint verè feudum domini esse, & vtrumque fuisse à domino inuestitum, profectò, quia iã negotium quodammodò ad dominum spectare videtur, quòd alteri teneatur de euictione, *per c.1.de inuestit.de re alie.fac.*) ergo nunc excludetur dominus, & iurisdictio plenè fundabitur apud pares, & causam definient, *per c. 1.an apud iud.vel cur.domi.* si verò inuenerint, causam dominum non concernere, quia nec alteri tenebitur de euictione, veluti, si dominus, mortuo suo vasallo, duos eius filios re inuestiuisset, cùm ex diuisione facta inter se, inscio domino, (quod facere possunt, *c.1.§.prætereà.2.de probib.feud.alien.per Fred.c.1.§.si quis per triginta, versic. omnes, si de feud.defunct.*) ad alterum solùm pertineret: isto enim casu, cùm dominus alteri non teneretur, quia iustè ignorare potuit eorum diuisionem: ergo iam exclusis paribus, domini (vt antè etiam diximus) plenè fundabitur iurisdictio, *ex c.1.§.præterea.fin.de probib.feud.alien.per Freder.*

TERTIÒ, † si inuenerint vasallos disceptare de parte 11
non concernente, nec dominum, nec pares, veluti de agro aliquo intermedio, quem putabant ad feuda pertinere, cùm tamen non pertineat, vel simile: iam certè supersedebunt causæ tam dominus, quàm pares, cùm ad feudum nõ pertineat, & ergo remittent ad ordinarios,

12 examinatione prius facta. POSTREMÒ, † si est controuersia super feudo inter dominum & vasallum, vasallo asserente esse suum dominum, domino id negante: hoc casu nudo dicto domini standum non erit, nec etiã nudo dicto vasalli: quia tamen hic dubitabitur de causa, & quæstio est de feudo, fundabitur rursus aliqualiter iurisdictio, seu cognitio parium, quo ad examinationem, *c.1.de controuer.inter Episcopum & vasal.* Sed dicet aliquis, quare non ordinarij potius, cùm hic dubitatur, an vasallus
13 sit: Parium † enim iurisdictio, seu cognitio, non consistit nisi inter vasallos plures, & dominum & vasallum, *c.1.§.præterea.fin. de prohib.feud.alien.per Freder. & quæ ibi notantur. vt infrà docebimus:* sed hic dominus negat se dominum, (licèt vasallus asserat) ergo videbatur hæc quæstio tractari debere potiùs apud ordinarium. Paucis dicendum hoc verum esse quidem, quo ad causæ definitionem: cęterùm ad hoc, vt causam etiam dubiam, motam super feudo, examinent, & de ea aliqualiter cognoscant, illis negatum non est, *per text.in c.1.de controuer. inter Episcopum & vasal. & in c.1.§.illud tamen.de inuestit.in marit.fact. in verbis, & de feudo dubitatio fuerit.* Et ratio, quare potiùs de ea cognoscatur apud pares, quàm ordinarium, illa est, quia pares statim meliùs cognoscent, verum ne sit, an falsum, esse
14 vasallum: illi † enim morem illius curiæ norunt, non
15 ordinarius ita. Antequam † tamen parium aliqualis iurisdictio ad hoc fundetur, hoc requiritur, vt prius nudè, seu abusiuè, inuestiant vasallum, absque tamen fidelitatis iuramento & traditione rei feudalis, vt ita fundata aliquali iurisdictione liberiùs examinent, *hæc probantur in c.1.versic.sed laudatum sæpè scio, de controuer. inter Episcopum & vasal. iuncto c.1 §.sed si nihil aliud. de alien.feud. paterni. in fine, ibi: & post eà inuestiendus sit: scilicet propriè.* Prædictũ, quòd scilicet nudè tunc inuestiendus sit, tantùm FALLIT in casu, vbi vasallus, qui cum domino controuertit, pręter istud feudum, de quo disceptatur, aliud feudum habet sine controuersia ab eodem: hoc enim casu pares & dominus tenentur plenè inuestire, hoc est, feudum etiam tradere, *per text.in c.1. §.sed si constiterit. de controuers. inter Episcopum*

copum & vasallum. iuncto c.1.§.vbi autem,de alienat. feud. paterni. Et quare,quæso,magis plenè inuestitur, cùm aliud feudum adhuc habet,quàm vbi nullum aliud habet? Doctores mirabiles dant rationes & solutiones ad hoc, quæ mihi non placent.*in dd.cc.* Paucis equidem puto propterea, quòd iam vasallus huius domini verè est, præstito fidelitatis semel iuramento, tum, quòd pro fideli semel acceptauit: † Non ergo præsumitur, quòd infidelis fieret & periurus,hoc faciendo,seu asserendo, feudum esse,quod re vera non esset: Promisit enim domino vtile, hoc,quod nô esset illi in damno de possessionibus suis, *c.1. de forma fidelita.* quòd hic fieret, fieretque periurus, quod non præsumitur:Secùs est in casu,† vbi aliud feudum non habet ab eo: simile quoque est in casu,vbi agit cum domino de aliquo feudo, quod nondum possidet: cùm alterum ab eo habet: illo enim rursum casu sufficit solius vasalli iuramentum ad hoc,vt obtineat contra dominum,cùm aliàs,si aliud feudum non haberet, necessariò per pares probare non deberet, aliàs dominus suo solo iuramento obtineret, de quo est alibi elegans textus in c.1. versic. si verò feudum, si de inuestit. feud. controuers. fuerit.& inquit ibi textus,ex æquitate istud obtinere, & benè: Quem † textum tamen malè in contrariam partem ibi Aluarotus intelligit pro domino, propter dubia verba: sed nihil est. Ex prædictis enim satis constat, ita intelligi debere, atque iam diximus, quod etiam ibidem glossa sequitur,*glos. in d. vers. si verò feudum.* Nunc ergo constituta sic siue inuestitura abusiua,siue propria,controuersia apud pares examinabitur, & si pertinet ad eos,iam terminabitur per prædictos. per d. c.1.§.sed laudatum scio.& §.sed si constiterit,de controuer.inter Episcopum & vasal.iuncto c.1.§.vbi autem.de alien.feud.pater. Hæc sufficiant de iurisdictione. 16 17 18

Nunc ad regulas contendamus. PRIMA ERGO ERIT REGVLA: si controuersia sit inter vasallos de feudo,dominus regulariter de causa, vt iudex, cognoscet. *c.1.§.propterea.3.de probib.alien.feud. per Fred. cum similib. de quibus infrà.* Ad plenam tamen huius regulæ cognitionem

habendam, distinguendi fuerint vasalli, & inspiciendum, an sint Regni capitanei inter se, qui controuertunt super feudo, vt Duces, Comites, Marchiones, *de quibus in c.1. quis dicatur Dux, Comes, Marchio.* an verò sint alij vasalli non tales:
19 Si Regni † capitanei fuerint, iam de causa cognoscet ipse Imperator, vel Rex, & non alius, etiamsi feudi ipse dominus est, & causa eum concernat (quia alteri de euictione fortè tenebitur) *hæc probantur in c.1. apud quem vel quos. in c.1. in princ. de leg. Conrad. Claud. de Seysel. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. iud.* Et ratio est, quia Imperator, qui vere etiam dominus est, pecuniam spernit, & facilè aliud æquiualens feudum dare posset: nec præsumendum fuerit, ob hæc quippiam præter iustitiam perpetraturum, *argument. l. digna vox, C. de legib. l. inter claras, C. de summa Trinit. & fide Cathol. & eorum, quæ Theophil. notat in § prætorum quoque edicta. Instit. de iure nat. gent. & ciuil.* In illo enim sunt mille affectiones, nec suspitio mala in illum cadere posset: in alios verò dominos cùm talis facilè cadat suspitio, certè (vbi res dominum concernit, quia de euictione tenebitur alteri) apud illum iura causam terminari tum noluerunt, *vt infrà in sequentibus dicemus.* Præterea non tutum esset, talium non Capitaneorum causas, nempè, Ducum, Marchionum, Comitum, ab aliquo decidi, quàm ab Imperatore, vel Regibus: non enim parium sententiæ acquiescerent. Hinc multa mala, bella & seditiones euenire possent, quæ omnia si ab Imperatore fiunt, locum non habebunt: nam hunc timent, qui vt nec munere: ita nec amicitia flectitur: nec iam, causa ab illo discussa, facilè quis eorum ad arma conuolabit, quod etiam ante Conradum Carolus Imperator preuiderat, *in l. 1. in titul. apud quem potent. causæ agi debeant. in libris Lombar.* Prædicta à nobis, Mediolani non obtinent: ibi enim non distinguuntur personæ, sed sufficit, si solùm ab Imperatore, vel Rege, feudum qualecunque acceperunt, *vt in d. c. 1. de leg. Conrad.* prima tamen consuetudo, vt communis, obtinebit, non Mediolanensium, *Aluarotus in d. c. 1. de leg. Conrad.*
20 SECVNDÒ, † si fuerint vasalli non capitanei Regni, & de feudo controuerterint, hoc casu

casu dominus feudi simpliciter eorum iudex erit. *per c.1. §. præterea. fina. de prohibit. feud. alienat. per Frederi. & ibi glossa & Docto.* Et procedit istud, etiamsi vasalli personæ Ecclesiasticæ sint, & dominus secularis: vel econtrà, si dominus Ecclesiastica persona, vasalli seculares fuerint, vt alibi latè Aluarot. *in c.1. apud quem vel quos. & in c.1. de contro. inter Episcopum & vasallum.* Zasius *in 11. par. fol. 77.* & Curt. *in 7. parte, fol. 510. mihi.* Panormit. *in c. cæterùm, extr. de iudic.* & text. apertus *in c. ex transmissa. de foro compet.* quanquàm non ignorem Barbatiam latè contrarium defendere *in c. cæterùm, dextra, de iudi.* sed fallitur, de quo aliquid suprà in definitione etiam diximus, & alibi alio loco. SED huic nostrę prædictę REGVLAE PRIMÒ VIDENTVR OBSTARE duo responsa, vbi dicitur, quòd cõtrouersia inter pares apud iudices & arbitros terminari debet, *in c.1. §. si autem inter pares, de leg. Conra. & in c.1. de inuest. in marit. fact.* ergo non apud dominũ (*vt diximus*) terminabitur. †Paucis RESPONDEMVS, quod dicta responsa loquuntur in casu, vbi dominus pares non habet, qui possent cognoscere, ipséque dominus est suspectus: (quia de euictione alteri teneretur) tum enim iudices ordinarij, siue arbitri, cognoscent inter hos pares, relicto domino. 21
Et hoc est, quod vult textus alibi. *in c.1. in fin. apud quem vel quos. in verbis, in iudicio parium definitur, vel per iudicem curtis,* qui se refert ad dicta respõsa, vbi dixerat, apud iudicem vel arbitrum terminandum, adde gloss. *in §. præterea. 3. de prohibi. feud. alien. per Freder.* dum inquit, in iudicio parium definiatur, vel per iudicẽ curtis: contingit enim sæpiùs pares non esse, *c.1. §. quod autem. de consuet. rect. feud. c.1. de controuer. feud. apud pare. in verbis, si tamen pares habeat.* Cæterùm pares vbi sunt, & dominum res concernit, reiectis ordinarijs, pares (vt suprà etiam diximus) de causa cognoscent. per textum *c.1. in princip. de leg. Conrad. ibi: sit inter valuasores, iuncto c.1. in 2. responso. an apud iudicem vel cur. domini.* vbi pares erant, & dominus suspectus. † Et sic veram esse non 22
puto interpretationem, quam Doct. adferunt ad primũ contrarium responsum Aluarot. & aliorum, *in d. §. si autem inter. de leg. Conrad.* nempè, non fuisse ibi veros vasallos

sallos

ſallos controuertentes, atque ideo ordinarium, vel arbitrum, ibi cognouiſſe, reiectis paribus: nam textus dicit expreſſè, quod vnum inueſtitorem produxerunt: ergo erant, quoad dominum, qui inueſtiuit, vaſalli, licèt poſteà per examinationem, ſeu cognitionem parium, alter reijceretur, *ſecundùm ea, quæ antè docuimus, circa principium huius partis.*
23 † Per inueſtituram enim quis fit vaſallus, *per notata à nobis ſuprà in principio nonæ partis*, quam vterque in dicto reſponſo ab eodem domino ſe accepiſſe aſſerit, quod ſolùm ſufficit etiam ad hoc, vt pares cognoſcant, etiamſi dominus reuera non inueſtiuit, aut negat inueſtiuiſſe. *argument. c. 1. de controuerſ. inter Epiſcopum & vaſallum.* Nec quoque Aluaroti interpretatio ad ſecundum reſponſum arridet, vbi tum quoque excludi iuriſdictione dominum aſſerit & pares, vbi retenta parte feudi alterum vaſallorum inueſtiuit dominus, atque pares tum demùm cognoſcere, cùm, parte nulla retenta, de feudo integro inueſtiuiſſet, quæ interpretatio Aluaroti, Zaſij quoque ſententiam in effectu comprobare videtur, volentis, *in parte 11. folio 77. in fine.* dominum cum paribus à cognitione reijci ita demùm, ſi dominus ab altero vaſallo inueſtito pecuniam, vel quid ſimile, pro feudo accepit, fortè etiam ex c. 1. de inueſt. in mari. fact. propter ſuſpicionem, quæ in vtriſque, tam paribus, quàm domino eſt, cùm alter propter euictionem futuram, alij, quòd contra dominum iudicare non auderent, ſuſpecti ſunt: ſecùs verò, vbi gratis contulit, quaſi tunc non teneretur de euictione, atque ideo tum pares vt iudices
24 admitti: quia iſtuc nihil eſt. † Nam vt Zaſij rationem refutemus primò, eodẽ modo pares ſuſpecti eſſe poſſent propter dominũ vbi dominus gratis, nulla accepta pecunia conceſſiſſet alicui feudum, quàm vbi pecunia nouum feudum dediſſet: quia vtrobique dominus ſemper tenetur alteri rurſum ad aliud æquiualens feudum, *per c. 1. de inueſt. de re aliena. fact.* quia ergo ſimpliciter expreſſum eſt, quod pares cognoſcere debent, vbi ſuſpicio contra dominum eſt, *d. c. 1. in 2. reſponſo. an apud iudicem, vel cur. domin.* non video, quare in vno caſu minùs admitti pares debeant

beant,quàm in alio:Quod enim putat, vasallos non audere contra dominum pronũciare, friuolum est: †Nam 25
præsumendum non est, propter dominum quod malè iudicabunt & animam propriam alterius nomine condemnabunt. Nec video quoque (vt rationem Alua. refutem) rationem vllam, quare magis pares sunt reijciendi, cum partem dominus in feudo dederit, alia parte retenta, quàm vbi totum, cùm pars respectu accipiẽtis in feudum, integrum efficiat feudum. SECVNDÒ, rursum nostrę prędictæ REGVLAE VIDETVR OBSTARE aliud responsum. in §. illud sciendum tamen. de inuesti. in mari. fact. non minùs difficile, vbi textus videtur dicere, (quem Doct. sequũtur) quod simul dominus & pares curiæ cognoscent de vasallorum cõtrouersia, & sic non dñs solus, CVI RESPONSO nec minus ALIVD rursum OBLVCTATVR. in c. 1. in fine. an apũd iudi. vel cur. domini. quod habet: tantùm curiam citare debere, & examinare vasallos: quare cum gloss. in d. c. 1. §. illud. de inuesti. in mari. fact. ex his duobus responsis se extricare non possit, inquit, necessariò vnum per aliud emẽdatum. †Sed paucis DICENDVM, nec illa respon- 26
sa obstare nostræ regulæ, neque vnum per alterũ emendatum: nam primum responsum. d. §. *illud sciendum tamen.* de inuestit. in mari. fact. debet intelligi, quòd loquatur in genere, nempè, quod quandocunque controuersia est inter vasallos de feudo, vno dicente suum proprium plenè feudum esse, altero negante, qui tamen ambo agnoscunt illum dominum vt inuestitorem, quòd in tali casu dubio debebunt isti duo vasalli simul à curia & domino citari & examinari, non tamen plenè de causa cognoscent, (vt volunt Doct. sed negotio apud eos perspecto & examinato debebit causa terminari tunc vel apud dominum, vel apud curiam, hoc modo, veluti si animaduertunt, rem dominum concernere (quia de euictione fortè alteri tenetur,) tunc causam totam sola curia, hoc est, pares, ad se trahent, & penes eos solos terminabitur. Si verò non concernit dominum, veluti si fortè dominus, mortuo vasallo suo, duos defuncti

functi filios reinuestiuisset, cùm tamen ex diuisione facta, inscio domino inter se (quod possunt, *c.1.de natu.success.feudi.§.si quis per triginta. versic. omnes.si de feud.defunct.content.sit.*) ad alterum tantùm pertineret, certè quia iam nõ teneretur de euictione, dominus solus cognoscet, reiectis paribus: & hoc satis indicat disiũctiua, VEL, in fine dicti responsi primi posita, in verbis: [nemini eorũ licèt illius domini vel eius curiæ examẽ declinare:] quasi diceret: sunt quidem vocandi & examinandi à domino & curia: re tamen comperta, causam ab altero eorũ decidendam. NON OBSTAT alterum respõsum, d.c.1.in fin.an apud iudi.vel cur.domi. vbi vult textus solùm citari à curia, reiecto domino, quia ibi loquitur in specie in casu, vbi cõstabat à principio ad dominum quodammodò pertinere negotium: nam ibi, reiecto vero vasallo, dederat alteri inuestituram & feudum, & sic de euictione alteri tenebatur: quare opus non erat, vt is simul citaret: Rectè ergo sola curia (hoc est pares) citauit, & causam terminauit: & sic puto conciliata illa responsa.

27 † In summa ergo, quando veri vasalli controuertunt de feudo, vel de parte feudi, in qua suspicio dñi cadere nõ possit, hoc casu obtinebit prima nostra regula, quod dominus erit iudex. *d.§.præterea.fin.de prohib.feud.aliena.per Freder.* Verùm vbi suspicio erga eum cadere potest, tunc, si pares sunt, cognoscent, *d.c.1.an apud iud.vel cur.dom.iuncto c.1.vers.si inter valuasores.de leg.Conra.c.1.apud quem vel quos.* si verò nõ habuerit pares, & dñm concernat, tunc ordinarij vel arbitri, iudices erũt. ita loquitur c.1.de inuest.in mari.fact.c.1.§.si autem inter. de leg.Conra.c.1.in fin. apud

28 quem vel quos. † Hæc tamen distinctio in Rege, vel Imperatore, domino locũ non habebit in feudis regalibus, cùm in ijs nulla suspicio cadere possit, secũdùm ea, quæ in principio primæ regulæ diximus. FALLIT ista prima regula secundùm Doct. in casu, vbi vasallus est miserabilis persona: tunc enim putant feudi quæstionem licitè, etiam existentibus paribus vel domino, corã ordinario agitari posse, *per c.ex parte.extr.de for.compet.ita Panor.& alij in c.ceterũ, extr.de iud.& Curt.in sua 7.par.in 10.fallen.*

de

de quo tamen dubito. † Nam quis meliùs de causa feu- 29
dali cognoscere potest, quàm dominus, qui ipse dedit, vel pares, qui vel interfuerunt, vel curiæ modum & solennitates norunt: hic enim talis ratio non militat, atque in dicto canone. in d.c.ex parte. quare cogitandum relinquo. † Nunc ergo ad regulas redeamus. SECVN- 30
DA REGVLA ERIT, quod quando controuersia est de feudo inter dominum & vasallum, quod illo casu pares curiæ iudices erunt, *per d.§.prætereà,fin. de prohib.feud. alien.per Freder.c.1.ve sic.si autem inter.de alien.feud.pater. & c.1. de controuer.feud.apud par.termi.* Et hoc intelligendum verũ secundùm Doct. quando constat verè dominum & eius vasallum esse: nam per hoc prius fundatur pariũ iurisdictio, *Docto.in citatis cc.& probant per c.cæterùm. extr.de iudi.in verbis,si constat.* Sed huic regulæ videtur alius obstare tex. c.1.de controuers. inter Episcopum & vasall. vbi certè non constabat, petentem feudum, esse vasallum, & tum cognoscunt ibi pares curiæ. Sed paucis dicẽdum, quod quandocunque controuersia est de feudo inter dominũ & vasallum, qui vasallus se illius domini vasallum esse dicit, quod tunc quæstio debet examinari à paribus curiæ, etiamsi verè nondum constet, *text.est apertus in d.c.1.de controuers. inter Episcopum & vasallum. & in c.1.§.illud tamen. de inuestit.in mari.fact.in verbis,qui dixerunt se esse vasallos, & de feudo fuerit dubitatio.* & meritò, quia nulli meliùs de feudo sciunt, quàm curiæ pares, quorum interuẽtu se feudum acceptasse, vel suos parentes, asserunt. † Cæterùm in casu, vbi vasallus ille diceret, dominũ istum non esse suũ dominum, vel diceret, rem feudalem esse allodiũ suum, vel feudum quidem esse, sed ab alio se habere: hoc casu cognoscet & examinabit ordinarius iudex, quousque intellexerit feudum esse, respectu huius domini, vel nõ. *argum. c.1.§.si duo, & §.si tres.de pace tenend.* qui si cognouerit, negotium ad hunc dominum, vel eius curiam pertinere, re indecisa, rursum eò remittet, qui tunc causam decident, secundùm distinctionem datam in prima regula suprà: sin minùs, ipse causam terminabit, & negotio finem imponet. † Concludendo ergo, si inter do- 31
minum

minum & vasallum siue de inuestitura, siue amissione, siue alijs similibus super feudo quæstio sit, secundùm prædictam nostram regulam pares cognoscent. Sed dicet aliquis: Qui erunt ex multis isti pares, qui inter dominum & vasallum cognoscent? Paucis dicẽdum, quòd dominus & vasallus de vno, aut duobus, aut de pluribus consentire possunt, qui si consentire nequiuerint, prærogatiuam dominus primò tunc in eligendis paribus habebit, quem numerum & ipse vasallus posteà eliget, ita tamen, vt sint iurati vasalli: nam aliàs, nisi partes consentiant, iudices esse non possunt, *in c.1.de controuers.apud pares terminan.vbi pulchrè habentur*. Sed rursum dicet aliquis, quid si vasallus quęrẽs subterfugia nollet eligere? Certè iam dicendum, quod electi à domino causam diriment. *ita Andr.de Isern.in d.c.1.de controuers.apud pares terminanda*. malitijs enim hominum obstandum, *l.in fundo.ff.de rei vendicatione*. Sed quid si dominus nollet acquiescere? Certè iam curiæ officium implorabit vasallus, & illa dominũ stare eius iudicio compellet: Et si dominus ter citatus non paruerit, quod non curat pares, (fortior fortè vel potentior) tunc vasallus populi & Principis, vel Regis:
33 implorabit officium, sub quo dominus situs est: † Et si quoque eius monitionem non curat, certè nunc deprædabit dominum vbicunque poterit. *hæc pulchrè habentur in c.1.in fine.de milit.vasal.qui contum.est.* Rursum, quid si elegerint, sed vasallus diceret suos pares malè iudicasse?
34 † Iam dicendũ, quod prouocabit ad Principem, vel Regem, *secundùm ea, quæ habentur in c.fina.quo tempore miles inuestit.pete.debeat.iuncto c.1.versicu.his enim.si de inuestit. inter dominum & vasall. & l.in nomine. in titu. de benefic. in legib.Lombardicis.*
35 † Postremò quæri hic posset, quo ordine, & qualiter in causa feudali procedendum fuerit: Paucis dicendum, ea forma & modo, quo iuris ciuilis ordo requirit, nisi quòd de calumnia non iurant, *c.1.§.in quibus.de consuetud.rect.feud.* & ergo libellus offerendus & lis contestanda, *vt in l.1. & Authen.offeratur.C.de lit.contestat.* Et quo in loco dominus, vel pares curiæ, iurisdictionem exercebunt, docent alibi satis Doctores, *in c.1.§.preætereà, fina. vbi gloss.*

de prohibit. feud. alien. per Fredericum. ad quos me remitto.
† Sed quæret aliquis, an ne partes domini iudicium, vel 36
curiæ prorogare possunt, vt communiter de iure concessum est, *l. 1. & 2. ff. de iudic.* & sic alium sibi iudicem constituere. Breuibus putauerim, quod non. gloss. & Doctores in d. §. prætereà. quam sequuntur communiter Doctores *ibi*, & Panormita. *in c. cæterùm. de iudi. in c. ex transmissa, extr. de for. compet. Aluarot. in c. 1. §. illud. de inuestit. in mari. fact.* imò si facerent, vt periuri domini vtilitatem, honorem, & iniustitiam negligentes seu contemnentes, meritò & iustè feudi amissionem mulctabuntur, *c. 1. §. itē qui dominum, versi. prætereà. & versi. illud tamen non latere, & ibi glo. quæ fuit prima causa benefic. amit. c. 1. in verbo, honestum, iunctis verbis, si vult dignus beneficio videri. de form. fidel.* † Sed an pares 37
curiæ vt suspecti, vel dominus, recusari possunt? Paucis, tenet Aluarotus non posse, *in c. 1. in fin. de inuestit. in mari. fact.* quem sequitur etiam Zasius *in 11. parte, fol. 80. in fine.* & hoc, quia est instar ordinarij iudicis, qui recusari non possit, *l. nemo potest. de iurisdict. omnium iudic. Authen. si verò contigerit. C. de iudic.* hoc tamen casu alius illis adiutor adiungendus esset, *d. Auth. si verò contigerit, argum. l. si tutor. ff. de suspect. tuto.* Baldus putat tamen *in d. c. 1. de inuestit. in mari. fact.* recusare licitè posse, quòd putarem defendi posse: nam ipse dn̄s suspectus recusatur, nullo concesso adiuncto, *vt in c. 1. an apud iud. vel curi. do.* qui cùm non minùs ordinarius cēsetur, quàm pares curiæ, vtrumq; posse putarem licitè recusari cū Baldo. † Rursum quis dubitauerit, an 38
in feudalibus causis recōuentioni locus sit? Breuibus dicendum, si res seu causa fuerit, quæ dependet ab illo feudo, vel etiam, quæ tractari apud eundem debebit dominum, vel curię pares, quod iam locum habebit: secùs est vbi non concernit, quia eorum iurisdictio est limitata, & concessa solùm super re feudali illos concernente, *& ita etiam tenet Bal. in c. 1. de controuer. feudi apud pares terminan.*
† Et quanquàm hactenùs, quid de iure feudorum obtinere debeat, in hac parte satis declarauimus: hoc tamen ignorandum non est, cuiusque territorij, regni, vel ciuitatis, consuetudinem semper seruandam, & 39
inspi-

inspiciendam. *ita Abbas in c. nouit. de iudi. & Curt. in 6. parte. & per text. apertum in l. in causis. §. sententia. in fin. & ibi bona gloss. de pace Constan. glo. in c. 1. de vasal. milit. qui contumax est. vbi Aluaro.*

40 † Tertia regula erit: si vasallus cõtrouersiam actiuè, vel passiuè, cum extraneo, vel alio vasallo, habuerit respectu feudi, diuersos dominos adferentes, vel de finibus, seruitutibus, vel id genus similibus qualitatibus, hoc casu ordinarius iudex cognoscet, *c. 1. de controuers. inter vasallum & alium. de feud. c. 1. §. si vasallus, vers. si vasallus. si de feud. defunct. content. sit. tex. in c. 1. §. si autem inter. de leg. Conrad. ibi: siue diuersos, & c. 1. §. si index, versi. si tres. de pace tenen. glo. in d. §. prætereà. in verbo, terminetur. de prohibit. feu. alien. per Frede. vbi Aluar. & per ea, quæ in præceden. docuimus.* Hic enim obtinebit, quod actor forum rei sequetur, *per l. fin. C. vbi in rem actio exerceri debeat.* Nam cùm de ista re in iure feudali nihil aut parũ constitutum sit, conuolandum fuerit ad ius commune, *per c. 1. §. strenuus. de feud. cognit.* Quæcunque ergo in ista re euenire possent, petenda fuerint ex iure ciuili, & secun-

41 dùm formam ab eo præscriptam peragenda erũt: † Hoc tamen ignorandum non est, si dominus, vel curia, citaret extraneum cum vero vasallo, vt apud se causam agitarent, vel comparerent, quòd poterit licitè extraneus recusare citra etiam declinatoriam fori exceptionem,

42 contra l. si quis ex aliena. ff. de iudic. † Quia domini & parium iurisdictio licèt sit ordinaria, non tamen est generalis, sed limitata, scilicet inter paucos, nempè solùm inter vasallos, & dominũ & vasallum. *glo. in c. 1. de inuestit. in mari. fact. vbi sequuntur communiter Doct. & Canonistæ in d. c. ceterùm, extr. de iudic. & Zasius in 11. parte.* Quarta & vltima regula erit: si dominus actiuè, seu passiuè, controuersiam cum extraneo haberet respectu feudi, hic rursum dicendum (vt in regula prçcedenti diximus) ordinarium esse iudicem, atque actorem sequi forum rei. *per d. l. fina. C. vbi in rem actio exer. debe. & est glo. in c. 1. §. pretereà. fin. de prohib. feu. alien. per Freder. vbi Aluarot. & alij Doct.* Et hæc de ista parte decimaquarta suffecerint: nunc ad decimamquintam & vltimam gressum dirigamus.

PARS

PARS DECIMA QVINTA, quales & quot testes in controuersijs feudalibus requirantur, & quis probandi onere grauabitur.

SVMMARIA.

1 *In probanda inuestitura noui feudi opus est domino producere pares curiæ, qui actui interfuerunt, cum fallentijs.*
Breue testatum quid.

2 *Inuestitura noui feudi in terra Mediolanēsi & feudi Ecclesiastici probatur etiam per non pares.*

3 *Mortuis paribus, coram quibus inuestitura noui feudi facta est, an possit ea per extraneos probari.*

4 *Dominus, si nolit cogere vasallum, vt iuret quid sciat de inuestitura alicuius celebrata, quid faciet sic læsus.*

5 *Subsignatio, seu sigillatio domini, an semper probet inuestituram.*

6 *De natura feudi est, vt inuestitura noui feudi detur coram paribus curiæ.*

7 *Habens aliud feudum à domino, potest inuestituram alterius feudi noui, ab eodem domino accepti, probare per suum iuramentum.*

8 *Breue testatum probat inuestituram etiam à paribus, qui non interfuerunt, actui confirmatam.*

9 *Inuestitura feudi antiqui quomodo probetur.*

10 *Fœmina vasalla non potest esse testis de inuestitura.*

11 *Vbi præsumptio est pro inuestitura, dominus, id negans, iurare contrarium debet.*

12 *Iuramentum deferendum à iudice modò possidenti, modò petēti, aliquando neutri.*

13 *Dominus possidens feudum petentem illud iuramento reijcere potest.*

14 *Turpe est, nec velle iurare, nec alteri referre.*

15 *Ratio, quare domino possidēti feudum magis deferatur iuramentum, quàm ei, qui illud vt vasallus petit.* 16.

17 *Præsumptio semper est pro possidente & libertate.*

18 *Quando lex defert alicui iuramentum, id lex mutare non potest.*

19 *Int. illectus. §. sacramentum. de consuetud. rect. feud.*

20 *Ratio, quare iuramentum benè defertur domino in præiudicium vasalli, & non contrà.*

21 *Qui dicit se vasallum, fatetur alium esse dominum.*

22 *Quare dominus sæpè non grauatur iuramento.*

23 *Iuramentum ad quid inuentum.*

24 *Quando iudex defert iuramentum.*

25 *Iudex secundùm leges, & non secundùm animi sui motum, iudicare debet.*

26 *Domino possidente, vasallo nunquàm iudex debet deferre iuramentum de sua inuestitura.*

27 *Iuramentum quot modis deferri, quomodo, & qua forma debeat.*

28 *Sacramentales quid iurent.*

29 *Quot & quales erunt sacramentales, quando iudex domino possidenti defert iuramentum.*

30 *Vasallus inuestituram suam iuramento probaturus non solùm de suo, sed etiam de parentum facto iurabit.*

31 *Quot, & quales, erunt sacramentales vasalli, quādo ei iudex defert iuramentum.*

32 *Duo vasalli, qui interfuerunt inuestituræ, plenè probant.*

33 *Iudex non potest vasallo adimere iurandi facultatem à iure illi datam, & deferre domino.*

34 *Qui domino sciente & non contradicente feudum, vel eius partem, per annum possedit, id solo iuramento retinebit contra dominum, nisi dominus contrarium plenè probet.*

35 *Quando nec dominus, nec vasallus, (sed tertius aliquis) feudum possidet, quid iuris?*

36 *Guarentisare quid.*

37 *Abusus huius temporis in multis simul de eodem feudo inuestiendis, quoties ad hæredem deuoluitur per mortem.*

38 *Dominus de eodem feudo plures inuestiens tenetur ex iure scripto de euictione ijs, qui postea ab alio fuerint iure reiecti.*

39 *Duobus litigantibus, & inuestituram à diuersis dominis de eodem feudo allegantibus, inter illos iudex qui sit.*

40 *Rapina feudum adeptus non modò illud amittit, sed prætereà duplum eius soluit.*

41 Duo-

64 *Controuersia de incremento fortuito inter dominum & vasallū, quomodo terminabitur.*

65 *Vsufructuario solùm cedit incrementum cohærens.*

66 *Vasallus incrementum separatū, vel cohærens, à se possessum annum, domino sciente, solo iuramento contra dominum retinebit.*

67 *Qui accepit feudum cum omni incremento, potest illud alienare tanquàm suum proprium & allodiumr*

68 *Subinfeudatus cum omni incremento, id, quod durante vita subinfeudantis accreuit, retinebit, etiamsi feudum principale restituere cogatur, propter ius resolutum.*

69 *Vsufructuarius incrementum semper restituet.*

70 *Intellectus.§.similiter. versi.sed si dominus.si de inuestit.feud. controuer.fit.*

71 *Incrementum feudi industriale.*

72 *Feudum si ad dominum ex delicto redeat, cuius erit incrementū industriale.*

73 *Iniquum est cum alterius iactura locupletari.*

74 *Testes quot requirantur ad probandam vasalli ingratitudinem, seu feloniam in dominum, & contra.*

75 *Purgatio vulgaris duplex.*
Duellum, ibidem.
Duellum quando potissimùm fiebat, ibidem.

76 *Duelli procurator qualis esse debeat.*

77 *Infames vt non accusare: ita nec ad duellum prouocare possunt.*

78 *Quibus armis pugnabitur in duello.*

79 *Electio armorum penes prouocatum ad duellum est.*

80 *Mutilus, aut aliter defectuosus, integrum ad duellum prouocans sibi imputet.*

81 *Duello incepto quando finis imponetur.*

82 *Prouocator ad duellum, si prouocatum non prosternat, quid iuris.*

83 *Occiso altero in duello, non est locus legi Cornel. de sicar. nec leg. Aquiliæ.*

84 *Triumphus victoris in duello.*

85 *An duellum, seu monomachia, & vulgaris purgatio Christianis sit permissa.*

86 *Torneamenta vetita.*

87 *In torneamentis occisi vetantur in sacro loco sepeliri.*

88 In

88 *Deum tentare vetitum vtroque testamento.*

89 *Lege ciuili cruenta spectacula vetita.*

90 *Consilio plerunque in bello vincit, qui armorum virtute inferior est.*

92 *Pallium & quæuis res transitoria potiùs relinquenda, quàm pro illis conseruandis in alios excandescere.*

93 *Quomodo cum illis, de quibus mali suspicio est, procedendum.*

HIS nunc intellectis, qui iudices esse debeant in causis feudalibus, videamus iam, QVOT TESTES in feudi controuersijs tam ciuilibus, quàm criminalibus, REQVIRANTVR, ET QVI IN HIS PROBANDI ONERE GRAVABVNTVR: tum QVOMODO PROBANDVM SIT. Et PRIMÒ, quid in causis quasi ciuilibus obtineat, tractabimus ordine: POSTEA, quid in criminalibus ius statuerit, obiter quoq; enucleabimus. Auspicemur ergo PRIMÒ: si controuersia sit inter dominum & vasallum de inuestitura, domino quidem feudum possidente, vasallo verò asserente factam sibi inuestituram vel ab illo domino, vel à prædecessore, vter, quibus testibus, & quomodo probabit? SECVNDÒ, vasallo possidente & se inuestitum esse dicente, sed istud domino negante?

Quoad primū, VBI DOMINVS POSSIDET, fuerit distinguendum nouum feudū ab antiquo. †SI FVERIT CONTROVERSIA DE FEVDI noui INVESTITVRA, hoc casu ad eam probandā vasallus adhibere debebit ad minus duos pares curiæ, (nō etiā quoslibet, sed qui inuestituræ interfuerunt) vel breue testatū, hoc est, publicū instrumentum, duobus, aut tribus, paribus cōfirmatum. *hæc omnia probantur per c.1. §. si enim dominus. quid sit inuesti. in verbo, pares curiæ illius, qui interfue. c.1. §. his enim si de inuest. feud. inter dominū & vasallum lis oriatur, per c.1. de content. inter dominum & fidel. de inuesti. feud. per c.1. qui testes sint necessar. ad nouam proban.* Et si pares absentes fuerint, sunt tamen expectandi, *c.1. in versi. u. ne dicatur. de consuet. rect. feud.* NEC OBSTAT alibi quod dicitur, paribus absentibus posse effici per extraneos, *in c.1. §. testes, in verbo adfuerint. &* 1

ne casu fortuito probationis copia intercluderetur: sed primam puto æquiorem. Baldi tamen sententia de rigore obtineret, *per c.1.§. nam si instrumentum. quid sit inuestitura.* FALLIT quintò, nisi pares, qui erant pares tempore inuestituræ, iam desijssent esse pares: tūc enim æquè illi sufficerent, *per c.1.an remp.debe. test. qui pares esse desier.* FALLIT sextò, quando pares testari nollent, nec dominus eos cogeret: illo enim casu licitè, etiam per extraneos, (vt suprà etiam diximus) probare posset, *c.1.§.1.ad finem. quid sit inuest.* & alibi dicetur pulchrè, quomodo dominus pares cogere priùs debet, *in d.c.1.circa medium.quid sit inuest.* Debet enim dominus (inquit) cogere illos vasallos iurare, sciant, aut non sciant inuestituram factam: & si iurent se nescire, an inuestitus fuerit, debebit tunc vasallus per alios duos pares, qui etiam interfuerūt inuestituræ, probare, aliàs domino dabitur iusiurandum, vbi hoc probatur etiam, quod inuestitura per quoslibet pares non probatur, sed per illos tantùm, qui interfuerunt, cùm inuestiretur, quod est benè notandum. Illi enim sciūt, an fuerit inuestitus, an non. Et quare potiùs admittuntur pares, quàm extranei, alibi pulchrè docetur, *in c.1.versicu. idcirco. de notis feud.* † Si tamen putauerit vasallus se læsum, quia dominus fortè (vt dixi) non vult suos pares cogere, vt iurent, cùm alijs probari nequit, poterit quoque tunc dominum suum ad Imperatorem pertrahere, vt ille cognoscat: quod tamen intra annum facere necesse habet, vel per se, vel alium. Si verò hoc omiserit, tum domino iuramentum semper deferetur. *elegans textus in c.1.§.testes. si de inuestitu. inter dominum & vasallum lis oriatur.* FALLIT septimò, si esset breue testatum casu deperditum: (quod tamen necesse haberet probare vasallus. *Bald.in c.1. qui testes sunt necessarij ad nouam inuestitu. probandam*) Quanquàm hic rursum sibi imputare posset, quod non plura fieri iussit, vel in publico archiuo posuerit, vt in quarta fallentia suprà ipse Bal. voluit in casu, quando pares mortui essent. Putaré tamen sufficere, si in publico archiuo posuisset, vt cōmuniter fieri consueuit, & casu conflagratū & deperditum 4

5 ditum probaretur.† FALLIT octauò in casu, vbi dominus ipse subsignasset instrumentum, vel breue testatum, quæ subsignatio domini in hac parte ad probationem sufficeret. *Aluarot. in c. 1. qui testes sunt necessarij.* hoc tamen ita verum putarem, cùm vasallus cum domino controuerteret de inuestitura, vt tunc contra dominum quidem probaret, qui propriam scripturam & sigillum negare non posset. *argum. Authen. contra qui propriam, & l. generaliter, versi. nimis enim. C. de non nume. pecun.* secùs tamen in casu, vbi duo disceptarent vasalli, de se mittendo in possessionẽ feudi ex inuestitura ab eodem domino facta, vbi vnus per subsigillationem domini tantùm absque paribus probaret, alius verò per pares curiæ: hoc enim casu ille
6 solus in possessionem mittẽdus esset, qui per pares probare posset, non qui subsigillationem domini. † Nam etiamsi domin⁹ expresse profiteretur se inuestiuisse: hoc tamen non iuuaret, cùm de natura feudi sit, per pares curiæ primò inuestiturã in nouo feudo dare oportere. *text. est expressius in c. 1. qui testes sunt necessarij ad nouam inuest. pro-*
7 *ban. iuncto c. 1. quib. mod. feud. constit. poss.* † FALLIT nonò, in casu, vbi vasallus aliud feudum ab eodẽ domino habet, de quo controuersia non est. Illo enim casu non tenetur vasallus probare per pares curiæ, etiamsi non possideat vasallus, sed sufficit, si solùm iuret se inuestitum ab illo domino, nisi dominus contrarium probauerit, *textus elegans in c. 1. § si verò aliquis. si de inuest. feud. contro. fuerit. iuncto c. 1. §. sed si constiterit. de controuer. inter Episcopum & vasallum. & c. 1. §. vbi autem. de alienat. feud. pater. & dixi suprà huius alibi rationem, in parte præcedente 14.* Extra ergo hos casus, vel similes, inuestituram nouam per pares probare haberet, & illos (vt diximus) etiam, qui interfuerunt inuestituræ, non per alios, licèt etiam pares illius curiæ sint, *per tex-*
8 *tum in c. 1. versic. nam si instrumentum. quid sit inuestit.* † Breue testatum tamen probare videtur (vt supra diximus) etiamsi confirmatum esset ab alijs paribus, qui tamen non interfuerunt, ita videtur alibi textus innuere. in d. c. 1. qui testes sunt necessa. ad nouam &c. arguendo à iure Mediolanensium ad ius commune: ibi enim suffi-

ciebant

ciebant extranei, etiam in breui testato: ergo videtur, quòd iure communi saltem duo pares sufficiant ad breue testatum: & hæc sufficiant, quo ad nouum feudum.
SECVNDÒ, † SI FEVDVM FVERIT ANTIQVVM, 9
& controuersia fuerit de inuestitura feudi inter dominum & vasallum, iam suffecerint duo testes extranei, non pares etiam, *text. in c. 1. §. de veteribus, qui testes sunt necessa.*
Hæc prædicta tamen vera erunt, † dummodò fœminam 10
in testem non adhibeant, siue vasalla eiusdem domini, siue extranea fuerit, *per text. in d. c. 1. qui testes sunt necessa.* Sed dicet etiam aliquis, quid si vasallus non posset probare talibus testibus, vel breui testato, vt nunc separatim requisiuimus in nouo feudo & antiquo? Certè iam dicetis, quòd actore nil probante, Reus absoluatur, hoc est, dominus, *per l. qui accusare, C. de edend.* neque ad sui purgationē iurare tenebitur, *per tex. in d. c. 1. §. fi. de consuet. rect. feu.* Et hoc verum, nisi † quoque vehemens præsumptio pro vasallo esset, quia scilicet per vnum testem parem in nouo feudo probasset, vel duos, vel tres extraneos, qui non interfuissent inuestituræ: hi enim, quanquam probationem plenam non facerent, etiamsi mille numero essent: hoc tamen efficiunt iam, dominum se purgare debere iuramento, *hæc simul probantur in c. 1. §. si autem non fuerint. si de inuest. feud. controuersia fuerit. in verbis, nec supradictis modis poterit probare. &, in c. 1. in fin. de contentio. inter dominum & vasallum de inuest. feud. in verbis, & si pares non fuerint. hoc enim solùm suffic it, & per c. 1. de content. inter domi. & fidel. de inuest. feud. in verbis, & si idonei sunt. & ibi, inopia probationum. &, c. 1. §. si quis. si de inuest. feud. inter dom. & vasallum lis oriat. in verbis, per idoneos duos testes, id est, qui interfuerunt, cùm inuestiretur, c. 1. §. si enim domino. quid sit inuestit. in verbis, non debet probare nisi per pares:* quibus in locis probatur, nullos, nisi idoneos, probare, hoc est, pares: & hoc in nouo feudo: in antiquo sufficerent duo, etiam non pares, vt antè diximus. Sed dicet hic aliquis, anne iudex in casu, vbi vasallus vno pari curiæ, vel tribus aut quatuor aliis, in nouo feudo probare posset, vel antiquo feudo vno teste, huic vasallo non posset iuramentum deferre, reiecto domino,

qui eſt in poſſeſſione. Certè † videtur. quòd ſic, per textum *in c.1.§.ſacramentum,de conſuet.rect.feud.* qui habet, quòd ſacramentum non ſemper eſt dandum poſſidenti, ſed quandoq; poſſidenti, quandoq; petenti, quandoq; neutri: Et paulò poſt in ſequentibus ibidem, ibi, vbi nihil eſt, quod faciat pro aliquo eorum, præter poſſeſſionem ſolam, tũc ſecundùm quod iudici melius viſum fuerit, aut poſſidenti dabitur ſacramentum, aut actore nihil probante reus abſoluetur, etiamſi nihil præſtiterit. Præ-
13 tereà † ſi vaſallus poſſidet, & eſt controuerſia de feudo ſeu inueſtitura, benè defertur domino non poſſidenti, reiecto vaſallo poſſidente, *c.1.§.fin.in fin.de conſuet.rect.feud.* Quare ergo etiam non poſſet deferri vaſallo non poſſidenti, recto domino poſſidente, maximè, cum præſumptio aliqua pro vaſallo eſt? Paucis, his non obſtantibus dicetis tamen, iudicem illam poteſtatem non habere, (licèt videantur prædicta reſponſa hoc velle) ſed ſolũ vt cogat in hoc caſu dominum poſſidentem ad iuſiurandum, *ex c.fin.§.ſanè. extr.de iurament. & l.admonendi,ff.de iureiurand.l.in bon.e.fidei,C.de reb.cred. & per.cc.ſuprà allegata.* debet tamen referre parti, ſi iurare nolit, *c.1.§.& cùm datur. de conſuet.rect.feu. c.1.§.ſi quis, circa fin. quid ſit inueſtit. c.1.§.ſi quis. ſi de*
14 *inueſtit.inter dom. & vaſal. lis oriatur.* Manifeſtiſſimæ † enim turpitudinis eſſet, nolle iurare, nec iuramentum refer-
15 re, *l.manifeſtæ,ff.de iureiuran.* Si † ergo dominus voluerit iurare, eius erit electio, vt multis expreſſis comprobatur textibus *in c.1.§.ſi quis,ſi de inueſtit.feud.inter dominum & vaſal. lis oriatur. c.1.de content.inter dominum & vaſal.de inueſtit.feud. & c.1. de content. inter dominum & fidel. c.1.§. ſi Epiſcopum domino. quid ſit inueſtitura.* quibus præciſè requirit pares, vel ſaltem idoneos, & ſi non ſunt, vult deferri domino, & non vaſallo, quod iuris iudex domino poſſidenti adimere non poteſt, vt apertiùs quoq; illo probatur reſpõſo, *in c.1.verſ.ſi autem non fuerit,ſi de inueſt.feud.controuer.ſit.* quo dicitur, ſi nec ſupradictis modis poterit probare, tunc illius erit defenſio, qui inueſtituram dicitur feciſſe: certè, ſi debet domino poſſidenti deferri iuramentum, niſi ſuprà dictis modis (vt ibi) probauerit, quod eſt per curiæ

riæ pares, vel per alios saltem idoneos: ergo si per tales non probauerit, nec ber è sem plenè per alios, non debet domino auferri iusiurandum à lege illi iam concessum, & dari vasallo nō possidenti, nec plenè probanti. Nam si hoc voluissent iura, non tam anxia fuissent in apponendo semper illum, cui deferretur, sed suffecisset simpliciter vbique dixisse, deferatur tunc iuramentum, non apponendo aliquem vel possidentem, vel non possidentem, vt vbique faciunt, vt infrà patebit. Prætereà probat satis alio loco textus, *d. c. 1. de content. inter dominum & fid. l.* vbi testes quidem idonei fuerunt adhibiti à vasallo, sed non pares, vbi domino possidenti iuramentũ esse præcisè deferendum propter inopiā probationum voluit, vt quoque alia capitula à nobis suprà allegata, sufficienter satis probant, si rectè inspiciantur. Et ratio
ne alia † quoque hoc posset probari in nostro casu, quia 16
dominus cùm sit in sua possessione feudi, ab illa expelli nō debet, nisi vasallus idoneè contra probauerit: Imò
etiamsi verè dominus non esset, sed possideret, *per §. com* 17
modum. Instit. de interdict. cùm præsumptio semper pro possidente sit, eius esse rem, eamque liberam, quamdiu seruire non probatur, *l. altiùs, C. de seruit l. si quis ædem, & ibi glos. ff. de seruit. vrban. præd.* Si ergo vniuscuiuscunque res libera præsumitur, certè illam libertatem iudex illi non debet auferre, alteri deferendo super eo iuramentum. Po-
stremò certum est, quòd quandocunque lex defert ali- 18
cui iuramentum, quòd tunc non poterit ex suo arbitrio iuramentum mutare. *ita Baldus in c. 1. si de inuestit. feud. controuer. fuer. & Iacobus de Arena in l. 1. C. si aduers. libert. quos sequitur Aluarot. in d. c. 1. §. sacramentum, de consuet. rect. feud. facit etiā quod notat Aluarot. in c. 1. de milit. vasal. qui contumax est, conclus. 3.* Sed ita hic est, quia vbique lex opponit personam: ergo iudex hic mutare quoque non debet, *argum. l. prospexit, ff. qui & à quib.*

NON OBSTANT prædictis illa, † quæ suprà attu- 19
limus *ex §. sacramentum, de consue. rect. feud.* nempè, quòd iusiurandum quandoque petenti, quandoque possidenti, quan-

quandoque neutri datur, quia illa verba hoc non volũt, quòd pro suo arbitrio potest deferre cui vult: sed hoc solùm, quòd aliquando iis deferri possit, sed tamen secundùm eum modum, quo ius exigit & præscripsit: veluti petenti aliquando datur contra possidentem, videlicet, cùm vasallus nondum toto anno, domino sciente, possedit, vel diutiùs, ignorante domino, vt in sequentibus adhuc dicemus, & certo responso alibi probatur, *in c.1.§.si quis, versic. hæc autem, si de inuestit. inter dom. & vasal. lis orta. iuncto c.1.§.fin. in fin. de consuet. rect. feud.* in verbis, [vbi verò noua est possessio,] hoc est, nondum anno, sciente domino possessa: illo enim casu, si non posset vasallus ille probare testibus idoneis inuestituram, iam domino petenti iurare deferetur sacramentum, non etiam pos-
20 sidenti, *per d. c.1.§.fi. de consuetu. rect. feu.* Et ratio est, † quare hoc casu iuramentum defertur domino in præiudicium vasalli possidentis, & non econtrà, vbi dominus possidet vasallo in præiudicium domini, quia vasallus non præsumitur aliquid iuris habere in feudo, de iure feudorum, antequam hoc probet testibus idoneis, vel possessione vnius anni, sciente domino, *per c.1.§.si quis, versic. hæc autem. si de inuestit. feud. inter dom. & vasal. lis oria. iuncto c.1. § fina. de consuetud. rect. feud.* secùs est in domino: quia ille semper pro se habet rei dominium, quod præsumitur semper liberum, nisi probetur seruire, *vt suprà diximus.* SED HVIC OBSTAT aliud iuris placitum, §. commodum, Instit. de interdic. vbi possidens non reiicitur, etiamsi res verè eius non est, nisi petitor se dominum probauerit, vbi etiam in nullo modo iuramentum pro eo, qui se dominum assereret, aliquid operaretur: Ergo videtur quoque in casu, vbi in possessione vasallus est, & fuit intra annum, sciente domino, vel vltra annum, ignorante domino. Paucis ad hoc responderi poterit, quòd hoc verum sit in allodialibus bonis possessis, secus
21 in feudalibus, vbi dicit se esse vasallum alicuius: † Nam hic cõfitetur alium esse dominum, & se vasallum: nunc ante diximus, quòd non potest quis esse vasallus, nec præsumitur vllo modo, nisi per pares, vel testes idoneos,

neos, probare poterit inuestituram se accepisse, vel toto anno in possessione feudi, sciente domino, & nõ contradicente, fuisse: ergo, &c. Secundò, quod dictum fuit, quandoq; possidenti deferri iuramentum, hoc etiam verum est: nam quando vno anno vasallus possedit, sciente domino, *c. 1. §. fin. de consuet. rect. feud. in 2. responso.* tunc etiã deficiẽte probatione, reiecto domino, illi iuramentum deferri debet, *per c. 1. §. si quis, versic. hæc autem. si de inuestit. feudi inter dominum & vasallum lis oria. & per c. 1. §. si vero fuerit, si de inuestit. feud. controuer. fuerit. in c. 1. de content. inter dominum & fidel. de inuestit. feud. c. 1. de content. inter dominum & vasal. de inuestit. feud.* Semper enim ille iurare debet, licèt dominus nõ semper, quia certum est, quòd res sit domini: nam hoc vasallus confitetur: & ergo, cùm dominus negat illum vasallum, si vult etiam suspicionem illam adimere, debebit se ab eo purgare ad minùs iuramento: Quòd † verò dominus aliquando non iurat, ideò est, quia nulla ita cadit contra illum suspicio, cùm certum sit, quòd sit sua res, vel saltem præsumptione, (vasallo nihil probãte) ex communi illo theoremate: vniuscuiusque rem esse liberam, quamdiu seruire non probatur, *in d. l. altiùs, C. de seruit. & l. si quis ædem, vbi glos. de seruit. vrban. prædio.* Quare ergo dominus iuraret? Ad hoc † enim inuentum non est iusiurandum, vt passim absque defectu deferatur, sed ideò, vt inopiæ probationis esset adiumentum. Tertiò, quòd aliquando neutri datur, hoc est etiam verum in casu, vbi dominus possidet, & non vasallus, nec posset vllo modo probare vasallus, nullis pro eo existentibus præsumptionibus, *vt in d. c. 1. §. fin. de consuet. rect. feud. in 1. respons.* Nam ita † demùm defertur iuramentum, si aliquid sit, quod moueat iudicem, *c. 1. §. sacramentum, versic. ita demùm, de consuet. rect. feud. & est quoque casus in c. 1. §. si verò, de contentio. inter.* NON OBSTANT quoque illa verba, quòd iudici facere liceat, quod illi melius visum fuerit, vt in contrariis ante dictum fuit, quia hoc est verum in certis casibus, de quibus posteà. Cæterùm in casibus à iure expressis is mutare nihil debet: Debet † enim secundùm leges iudicare, & non secundùm animi sui motum, *l. illicitas,*

22 23 24 25

citas.§. veritas, & ibi Doct.ff.de offic.præsidis. & hoc si non fecerit, de tali grauamine licite posset appellari, & haud dubiè litem suam faceret, *§.1.Instit.de obliga. quæ ex quasi delict.*
26 *nascun.* Paucis ergo concludendo, dico,† quòd nunquam in casu nostro (vbi dominus rem possidet, & vasallus asserit se inuestitum, nec possit in nouo feudo paribus probare, vel breui testato, vt suprà requisiuimus, vel in antiquo aliis testibus idoneis) iudex possit iuramẽtum deferre vasallo, etiamsi magnas pro se habeat præsumptiones, reiecto domino. Et ratio est, quia textus omnes allegati in ea parte nunquam se fundant super semiplena probatione, vel præsumptione, sed simpliciter super possessione. Et inuenio tandem in eadem sententia nobiscum esse in effectu Mart.Lauden. *in c.1.§.fin.si de inuestit.*
27 *feud.controuers.fuerit.* Nunc † videamus, QVOT MODIS DEFERRI ergo posset IVRAMENTVM, QVOMODO, & QVA FORMA. Et PRIMÒ paucis dicite, dupliciter deferri, vel à parte parti, vel à iudice parti. Quando à iudice parti defertur, videlicet domino possidente, cùm vasallus tantùm semiplenas pro se probationes habet, vt diximus, tunc iurabit se inuestituram non dedisse, nec per conscientiam credere, quòd à prædecesso-
28 ribus fuerit inuestitus. Et hoc † cum duodecim sacramẽtalibus, hoc est, viris, qui iurant per sancta Euangelia, se credere illum dominum rectè iurasse, *tot. tit. qualiter quis se defend. debeat, in legib. Longobard. & in c.1.§. & cùm datur, de consuet.rect.feud.c.1.de content.inter dominum & fidel.de inuest.* Quæ forma iuramenti etiam pulchrè alio loco præscribitur, *in c.1.§.si quis.si de inuestit.inter dominum & vasallum lis oriatur, et toto tit. de purgat.canon.iuncto c.1.versic.dominus, in fin. de consuetu.*
29 *rect.feud.* & cuius qualitatis esse debeant hi sacramentales, canones benè docent, *c. quoties, c.cùm per, c.cùm dilectus, extr.de purgat.canonica, & c.1.eod. titul.* Cæterùm quo ad feuda, illi sacramentales erunt, quando domino à iudice defertur, vel vasalli soli, vel parentes sui, hoc est, coniuncti, vel parentes vasalli, vel mixtim vasalli & extranei, vel mixtim parentes & extranei & vasalli, vt lubet, *d.c.1. §. & cùm datur. versic. dominus verò, de consuet.rect feud.* quando

verò

verò à iudice vaſallo defertur, tunc rurſum & ille cum duodecim ſacramentalibus iurabit, ſe inueſtitum eſſe, à domino, vel ſuos parentes verè fuiſſe inueſtitos, abſq; mentione tamen conſcientiæ. Non † enim de ſuo facto 30
ſolùm, *d.c. cùm datur, verſic. dominus verò. in verbis, ſine mentione tamen conſcientiæ, de conſuet. rect. feud.* ſed & de facto parentum verè iurabit, contra l. Marcellus, ff. rer. amot. & ſic quodammodò anceps periurium ſubire cogitur, *gloſ. in d. §. & cùm datur.* quod eſt contra l. videamus, ff. de in lit. iurand. Sed diceris tollerandum eſſe, vbi conſuetudo ita tenet: habebit tamen iſte annum, antequam ſubeat iuramentum, vt benè deliberet & omnia perquirat interim ab agnatis & ſuis, an parentes ſui talem acceperint inueſtituram, vel minùs, vt Lombardico elogio alibi cauetur, *in l. ſi quis alij. qualiter quiſque ſe defen. debe. in iur. Longobard. & l. ſi contigerit, eod. tit.* vbi quoque docetur, ſi medio tempore ſacramentales morerentur, quid tunc fieri debeat. Et vaſalli † huius duodecim ſacramentales ſex erunt ne- 31
ceſſariò parentes, cæteri poſſunt eſſe extranei, vel iurat cum duodecim vaſallis, *in d. c. 1. §. & cùm datur, de conſuetud. rect. feud. iuncta gloſ. & Dd.* Si tamen non haberet parentes, vel vaſallos, tunc poſſet meris extraneis ſe purgare, *ita gloſ. in d. §. & cùm datur.* cùm ad impoſſibile nemo neceſſitetur, *c. nemo ad impoßibile, de regul. iur. in 6.* Prædicta forma ſacramentalium & iuramenti quoque ſeruabitur, vbi pars parti defert. *d. §. & cùm datur, de conſuet. rect. feu.* Sed hic ſtatim dicet aliquis, ſi hi debent cum duodecim vaſallis, vel ſacramentalibus, iurare & probare: ergo ſuprà malè diximus in principio, quòd duobus vaſallis vel pa ribus, inueſtiturã probare ſufficeret: hic enim in vaſallo ad minùs requiruntur ſex. Paucis dicite, † quòd duo 32
ſufficiunt, qui ſe dicũt inueſtituræ interfuiſſe: ſed hi, de quib⁹ hic agimus, nõ dicunt ſe interfuiſſe, ſed iurãt hũc credere rectè iuraſſe, & putare feudũ ad eum pertinere & inueſtiturã accepiſſe. Hæc forma tamen præſcripta conſuetudine, vel ſtatuto, poſſet tolli: & ergo hodie vniuſcuiuſq; conſuetudo patriæ inſpicienda fuerit. Hactenùs ſatis, qñ dominus in poſſeſſione feudi fuerit.

Nunc

Nunc ad alteram partem, QVANDO VASALLVS EST IN POSSESSIONE FEVDI, (sine fraude tamē, *gloss. in c.1. in verbo, in possessione, si de inuestit. feud. controuer. fuer.*) domino asserente, vasallum non esse inuestitum, vasallo verò istud asserente. PRIMÒ, hoc casu DICETIS, quòd possidens vasallus opus non habet probare iam vel per pares curiæ, vel per alios idoneos testes, vel per breue testatum, inuestituram sibi factam, sed sufficeret saltem iurare se inuestitum esse, *in c.1. §. si quis, versic. si autem aliquis, si de inuestit. feud. inter dom. & vasal. lis oriat. c.1. de content. inter dom. & fidel. de inuestit. feud. per c.1. de content. inter dom. & vasal. de inuestit. feud. & c.1. versic. si verò fuerit. si de inuest. feudi controuer. fuer.* Neq; hic rursum index † ex suo arbitrio

33 vasallo adimere poterit iuramentum, & deferre domino, etiamsi dominus validas pro se habeat præsumptiones, quia (vt suprà etiam diximus) textus nusquam se fundat super aliqua præsumptione, vel semiplena probatione, sed solùm super possessione, *per d. c.1. versic. si verò fuerit, in verbo, propter possessionem, si de inuestit. feud. controuers. fuer.* Prædictum tamen ita intelligetis demùm verum, si

34 modò † vasallus integro anno in possessione feudi fuerit, domino sciente & non contradicente, ita limitat textus *in d. c.1. §. si quis, versic. hæc autem, si de inuest. feud. inter dominum & vasal. lis oriatur, iuncto c.1. §. fin. de consuetud. rect. feud.* in verbis, si longa possessio fuerit, hoc est, protracta vltra annum. Et hæc obtinebunt non solùm, quando totum feudum tamdiu possedit, sed sufficit etiam, si partem eius tamdiu possedit, & aliam partem fortè ante annum rursum alteri subinfeudauit, *in c.1. §. cum autem, si de inuestit. feud. controuer. fuer.* Hoc ergo casu rursus dominus contrarium probare plenè debebit, si contrà velit obtinere, vt suprà docuimus in domino possidente, & si non poterit dominus, iam vasallus iuramento se purgabit ab omni suspicione, ea forma & modo, quo ante docuimus. FALLIT PRIMÒ prædictum in Castaldo & Guardiano, vel aliàs actore, qui possidens feudum vltrà annum, etiam contendat cum domino de inuestitura, affirmante sibi inuestituram factam, domino id negante. Isto enim casu

casu licet Castaldus vel Guardianus possederit plus anno: debet tamen necessariò per pares probare inuestituram sibi factam, aliàs domino semper deferetur iuramentum, *in c.1.de content. inter dominum & fidel.de inuest.feud.* Et ratio in promptu est, nempè, quòd aliàs tales rerum gubernatores, omnia quasi possidentes, quiduis sibi pro feudo datum à domino dicerent, grauando dominum probatione contraria, quod esset absurdum, iniquum & admodum præiudiciale, *d.c.1.de content. inter dom.& fidel.in fin.* quod etiam tum obtinebit quoque, cum aliud feudū verum ab eodem domino absque controuersia habet, cùm eadem militet ratio, *c.1. versi. si verò Castaldus, de feudo Guard.& Castald.* FALLIT secundò. (vt suprà etiam diximus) si nondum anno integro, sciente domino, vel diutiùs ignorante domino, possedisset: tunc enim æquè per testes idoneos, vel pares, probare debebit, aliàs domino iusiurandum deferetur, *per c.1.§.fin.de consuetud. rect.feud.& d.c.1.§.si quis, versic. si autem, cum versic. hæc autem, si de inuestit. feud.inter dom. & vasal. lis oriatur.* Hactenus docuimus quid fiet, quando dominus possidet: secundò, quando vasallus possidet, & est controuersia de inuestitura.

Nunc videamus quid erit, †SI NEVTER POSSIDET, de quo facit alibi mentionem glos. *in c.1.si de inuest. feud. controuer. fuer. in verbo, in possess.* & hæc quando neuter eorum possit probare, nec vasallus, quòd illi debetur inuestitura, nec dominus, quòd non debetur vasallo. Et certè glossa dicit, quòd tunc reo deferri debeat iuramētum, & non actori, cùm fauorabiliores semper sint rei partes, quàm actoris, *l. fauorabiliores, ff.de regulis iuris. quam glos. sequuntur Doct.ibi.* Sed paucis, non intelligo satis quid glos. velit: nam si constat dominum esse proprietarium saltem illius feudi, & hoc confitetur iste vasallus, inuestituram petendo, hoc casu, si feudum à tertio aliquo adhuc detineretur, dico, quòd dominus vendicabit illud feudum, eo mortuo, vt liberum, nisi vasallus plenè contrarium probauerit, vt in supradictis satis declarauimus, *argum.l.latiùs, C.de seruit.* nam isto casu licèt ab alio detineatur vt feudum, vel precarium, vel simili modo: 35

non tamen eò minùs dicitur dominus poſſidere, & ideò non intelligo caſum ſatis illum, vbi dominus non poſſidet, nec vaſallus, & ergo ſuperſedeo.

VIDEAMVS NVNC quid fiet, QVANDO dñs & vaſallus de inueſt. nõ CONTROVERTVNT, ſed DVO VASALLI INTER SE DE FEVDO AB VNO DOMINO ACCEPTO, vtroque dicente, ſuum proprium eſſe ſeparatim, altero tantùm poſſidente, *de quo in c.1.§.ſi autem inter. de lege Conrad. &, c.1.§.ſi iudex, verſic. ſi duo, de pace tenend.* Paucis, hoc caſu dicetis, ſi dominus ambos inueſtiuit, alterum abuſiuè, alterum realiter, & inter ſe contendãt, (quia is dominus non iam iudex eſſe poteſt, cùm eum cauſa concernat, ſed pares curiæ, ſi ſunt, vel ſi non ſunt, ordinarius, vt in parte præcedenti declarauimus) iam licèt dominus poſteà alteri tenebitur de euictione: poterit tamen alterum eorum apud iudicẽ gua-
36 rentiſare, (ſine fraude tamen) hoc eſt, † defendere & gratificari, vt vult Aluarot. *dicto loco*, qui inquit, Tuſcum eſſe vocabulum, dicens ſcilicet, alterum, qui poſſidet, benè inueſtitum eſſe à ſe, alterum verò malè: & tali caſu is obtinebit, pro quo dominus guarentiſauit, niſi alius aduerſarius contra aliquid inducere poterit, *text. in d. c.1.§.ſi autem inter, in fin. de leg. Conrad.* Illud enim domini teſtimonium præſumptionem vaſalli admodum confirmat. Ita quoque ſimilem textum alio loco intelligetis,
37 in d.c.1.§.ſi iudex. verſ. ſi duo. de pace tenen. In hac parte admodum hodie de conſuetudine peccatur: inueſtit enim dominus tot hodie vaſallos vno eodemq; in feudo, quot eſſe vaſalli affectant, ſiue agnati defuncti fuerint, ſiue merè extranei. Aiunt enim domini manũ perpetuò eſſe extenſam & apertam, quòd certè probare nullo modo poſſum, cùm iſtud ſit nihil, præter fomentum litibus præſtare: ſcit enim dominus, vel ſcire omninò debet, quis verus ſit defuncti hæres in feudo, cùm genealogiam omnium prædeceſſorum penes ſe habeat: hunc ergo ſolùm inueſtiet, alios reiiciet. Accipiendo enim à diuerſis ius ſuum, vulgò dic heergevve) non poteſt nõ locupletari cum alterius iactura contra naturã,

l. ſe.

l. secundùm naturam, ff. de condict. indeb it. At dicet aliquis,† si 38
plures inuestit, suo damno hoc faciet: nam tenebitur aliis de euictione, seu alio æquiualenti feudo, vt iam alibi diximus, *per c. 1. de inuesti. de re alien. fact.* Sed huic respondeo, hoc hodie consuetudine pessima non obseruari: (proh dolor) certè si de euictione tenerentur, vel alio ęquiualenti feudo, vt ius requirit, profectò tot lites de feudo indies non fierent: sed satis: per me sint omnia alba, vt inquit Pers. nos solùm iura feudalia scripta docemus, quæ præter æquitatem meram nihil præ se ferunt. Si verò hi duo,† qui litigant, diuersos adferunt in- 39
uestitores, iam certum est, quòd nec dominus, nec pares erunt iudices, quia alter (quoniā alium adfert inuestitorē) non agnoscit dominū alterius: ergo iurisdictionem non habet, nec dominus, nec pares, *vt suprà docuimus in parte præced.* 14. & idcircò iā rursum apud iudicem ordinariū causa terminabitur, vel arbitrū, si compromiserint. Sed an iam etiā vnius domini guarentisatio aliquid operabitur, *vt in par. præced. immediatè diximus?* Dicetis, quod non, sed iudex iam à duobus boni testimonij viris illius prouinciæ, vnde litigatores sunt, per sacramentū quæret, vter illorū absq; rapina possessor fuerit, & ille obtinebit. Si verò † cognouerit alterū per rapinam posside- 40
re, is & feudū amittet, & duplum eius adhuc soluet, *tex. est elegans & benè notandus in d. c. 1. §. si iudex, iuncto versic. si tres, de pace tenen.* Sed † prædictis cessantibus, & partibus non 41
sufficienter probantibus, si ambo se possidere dicant ex personis diuersorum dominorū, putarem, quòd hic iudex quoad possessorium procedere deberet, secundùm interdictum, vti possidetis, edicto cauendo ita, vt possiderent, vt possident, constituendo præiudiciale iudiciū interim inuestigando, vter dominorū verus feudi dn̄s fuerit: hoc enim vbi cōstat, tunc facilè finis, quo ad partes, inuenietur. Nam si alterum dominum verum esse cōpererit, ad eum, vel eius curiam, remittere iam statim causam debet, vt in parte præcedente monstrauimus. Si verò neutrum eorum verè dominum esse perspicit, frustra iam de inuestitura, vel simili causa, ageretur:

commodum ergo iam esset in possessione, si tantum alter possideret, *§.commodum, Instit. de interdict. l.possessiones, C. de probat.* Si verò ambo vasalli possiderent, certè iam in possessorio pro eo pronunciaretur, qui litis contestatæ tempore non vi, clàm, nec precariò possedisset, *per §.quorum. Instit. de interdict. & quæ ibi notantur.* His præmissis, de controuersia inuestituræ, nunc ordine videamus de aliis controuersiis existentibus respectu feudi, vel inter dominum & vasallum, vel duos vasallos, vel dominum extraneum, vel vasallum & extraneum. Primò, † si fuerit controuersia vel inter dominum & vasallum, vel inter duos vasallos de feudo, altero dicente, esse nouum feudum, altero dicente, esse antiquum: hoc casu dicetis, ante omnia agnatum in possessione feudi constituendum, *text. est in c.1. in princip. si de feud. defunct. content. sit inter domi. & agnat. vasal.* hoc facto ille, qui asserit esse nouum, probare debet, *c.1. in fin. de success. frat. & grad. succed. in feud. §. 1. versic. item placet, de inuest it. in marit. fact.* si verò probare non posset, vel plenè probauit, sed aduersarius possidens contra probauit: hoc casu, cæteris paribus, potiùs agnato iusiurandum deferetur, *d.c.1. versic. item placet, de inuestit. in marit. fact. in verbis, detur electio.* Nec † iudex illi illam prærogatiuam etiam adimet, secundùm ea quæ in superioribus diximus: Et hoc ideò, † quia præsumptio potiùs est, antiquum, quàm nouum feudum esse, *est text. in c. 1. in princ. si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnat. vasal.* Si tamen iudex videret maiorem præsumptionem pro eo esse, qui nouum diceret, hoc casu, relicto agnato, benè posset illi deferri iuramentum, *ex §. sacramentum, de consuet. rect. feud.* & hoc est, quod vult text. in d.c.1. in fin. de succes. frat. & grad. succed. in verbis: [sed scio aliter pronunciatum.] Sed contra hanc partem videtur fortiter pugnare responsum in d.c.1. §. si verò. de content. inter me & dominum de portio. feud. frat. mei. vbi disceptatur super feudo, agnato dicente, paternum; domino verò dicente, nouum, vt Doct. omnes ibi volunt, & textum intelligunt. vbi agnatus tamen ante omnia non mittitur in possessionem feudi, nec etiam domino nihil

Margin numbers: 42 (beside "extraneum, vel vasallum & extraneum. Primò"), 43 (beside "uestit. in marit. fact."), 44 (beside "rioribus diximus").

hil probante, iuramentum defertur, quod eſt contra multa iura iam in præcedentibus allegata, *in c. 1. verſic. ſi autem non fuerint. ſi de inueſtit. feud. controuerſ. fuerit. &, c. 1. in principio. ſi de feud. defunct. content. ſit inter dominum & agnat. vaſal. &, c. 1. verſic. item placet, de inueſtit. in marit. fact. ſupra in eam partem à nobis allegato.* Paucis,† Doct. ſe in illo c. ita inuoluunt, aliis atque aliis aliter ſentientibus, vt verum finem inuenire nequeant. In hoc tamen omnes vno ore conſentiunt, vaſallum ibi aſſerere antiquum, dominum verò nouum feudum eſſe: ſed ſi hoc certiſſimum eſſet, eſſet certè contra omnia prædicta iura, quæ tamen ſunt expreſſa. Quare, ne in correctionem capitulorum incidamus, licet Doct. ita intelligant, equidem longè aliter ſentio de dicto reſponſo, & moueor ex tribus, quare nolim Doct. opinionibus acquieſcere. Nam primò,† ſi verum eſſet, quòd dominus ibi contenderet eſſe nouum feudum, (vt volunt Doct.) & vaſallus aſſereret antiquum, tunc primò agnatus non opus haberet probare, eſſe antiquum, ſed ipſe dominus deberet probare, & ſi non probaret, ſufficeret ſolius agnati iuramentum abſque coactione alterius alicuius probationis, vt eſt expreſſus textus *in c. 1. verſic. item placet, de inueſtit. in marit. fact.* qui loquitur de nouo & antiquo feudo, & ſic rectè in noſtro caſu, & iterum alius textus *in c. 1. in §. final. de ſucceſſ. frat.* in quibus locis ſimpliciter loquitur, non magis quòd agnatus poſſedit totum, vel partem, feudi, quàm non: ſed iam dicitur in dicto reſponſo expreſſè, *in d. c. 1. §. ſi verò ſi content. ſit inter me & dominum de port. frat. mei.* quando agnatus partem non poſſidet, quòd tunc neque agnatus, neque dominus, iurabit, in verbo, [nec mihi, nec domino:] cùm expreſſè alibi dicatur, ſi probationes defecerint, quòd ſemper eſt electio agnatis danda accependi iuramentum, *in d. §. item placet. &, c. 1. in fin. de ſucceſſ. frat. & in c. 1. in fin. de ſucceſſ. frat. & in c. 1 ſi de feud. defunct. conten. ſit.* Secundò, ſi verum eſſet, quod Doct. aſſerunt, non videtur, ſi domino deferatur iuramentum, quòd per hoc ipſe vaſallus feudū, quod ab illo habet, amitteret, quod tamen text. expreſſè pro ratione ibi aſſignat: quare nec

45 (margin, beside "Paucis,† Doct.")

 domi-

domino iuramentum deferri posset, in verbis: [Domino non, vt ego propter hoc feudum aliud amittã, &c.] in dicto responso. Ponunt enim casum d. c. hoc modo,
47 quòd † duo filij patris defuncti feudum diuiserunt, altero sine legitimo hærede decedente frater partem fratris defuncti habere voluit, quia dicebat feudũ paternum: dominus verò negabat paternum, sed dicebat nouum fuisse, & sic quod vel ipse à nouo separatim illis dedisset, vel eius prædecessor, in quo sibi mutuò fratres non succedunt, *per c.1. de duob. frat. de nouo benefic. inuestit.* Sed ponamus iam vtrumq;, scilicet, quòd agnatus non possidet, & domino deferretur iuramentũ super eo, an per hoc agnatus suum feudum, quod illi separatim datum fuit ab istomet domino, vel prędecessor eius de quo nec controuersia, nec dubium est, amittet, cùm solùm sit iuratum super feudo, aut parte feudi fratris? Et certè hoc nullo iure probatur, imò esset iniquissimum, quòd pars feudi mihi auferretur, de qua nulla cõtrouersia est, propter delatũ iuramentũ super feudo fratris mei, de qua dubitatur, nouum, an antiquum fuerit. Certè contrariũ potiùs esset dicendum, *arg. c.1. versi. si verò feudum aliquis. si de inuestit. feud. controuer. fuer.* Quare ego d. text. d. c. 1. §. si verò. de conten. inter me & dominum de port. frat. mei. aliter intelligi debere putauerim. Et primò dico, quòd dominus ibi nusquam contendat nouũ feudum esse, licèt
48 agnatus asserat antiquũ: & † ergo textum in tali casu loqui arbitror, nempè, quòd dominus dederat defuncto nouum feudum, quod feudum quo ad medietatem libelli nomine in suum fratrem alienauerat, quod olim potuit, *per c.1. qual. olim feud. pot. alien. c.1. de alien. feud. cum similibus.* vel dedit illi pro parte iterum in feudum, quod etiã hodie, vt olim, potuit, *d. c.1. §. si autem dissentiente, qualiter olim feud. poterat aliena. c. 1. §. callidis, & §. illud quoque, de prohib. feud. alien. per Fred.* nunc, mortuo fratre vero vasallo, dominus voluit sibi vendicare feudum defuncti, vt nouum, quia sine liberis decesserat, *d. c.1. §. si autem dissentiente. qualiter olim. iuncto c.1. de alien. feud. vbi hæc probantur.* frater verò agnatus voluit sibi illam partem fratris sui vendicare

care

care vt feudum antiquum:hic nunc eſt diſceptatio inter hos duos, & quæritur, quid nunc fieri debeat? Et certè iam textus in principio dicit:ſi frater ſuperſtes poſſidet partem fratris defuncti,(ita ego intelligo,licèt alij Dd. contra intelligant de parte ſuperſtitis) vel deſiit poſſidere, quia fortè alienauit, quòd hoc caſu etiam quaſi poſſideret, tamen ſuo iuramento contra dominum obtinebit partem fratris ſui, *vt ſuprà alibi dictum fuit per c. 1. §. cùm autem,ſi de inueſtit.feud. controuerſ.fuerit.* Nam quòd antè diximus, non poſſidenti non deferri iuramentum, ſed 49
probare debere,intelligitur de his,qui nunquam poſſiderunt,*& ſic loquitur textus in d.c.1.de content.inter me & dominum,de port.fratr.mei, vſque ad verſiculum,ſi verò.* Nunc ſecundò, ſi frater agnatus non poſſidet, nec poſſidere deſiit partem fratris defuncti, quid iam fiet quæritur in d.c. Certè iam dicitur, quòd iuramentum nec domino, nec agnato, deferetur (poſſunt tamen benè probare, *d.c.1.in fin.de content.inter me & dominum de port.frat.mei.*) Agnato nō defertur,hoc eſt,fratri,quia quando non poſſidet, tunc non defertur iuramentum agnato, ſed per pares curiæ debet probare,ſi vult obtinere.*per c.1.verſi.ſi autem non fuerit.ſi de inueſtit.feud.controuerſ.fuer.vt in fin.d.c.dicitur.*aliàs præſumptio eſt pro domino, qui obtineret: ſed quare domino etiam ibi non defertur, quod videbatur fieri debere? Certè tex.iam dat rationem,quia per hoc(inquit) aliud ſuum feudum, quod à fratre accepit, amitteret: nam feudi natura eſt, quòd licèt poſſet rurſum ſubinfeudari,vel ad medietatem alienari ad libellum, quòd tamen reſoluitur morte alienantis & decedentis ſine legitimo hærede, *c.1. qualiter olim poterat feud.aliena. c.1. §. rurſus. quibus modis feud. amitta. titul. 1.* Si ergo hic admitteretur dominus ad iuramentum,eo ipſo,quòd iuraret, defunctum habuiſſe à ſe nouum iſtud feudum, ex conſequenti tunc ſtatim eodem iuramento conſequeretur partem feudi fratris ſuperſtitis, accepti vel per libellū defuncto, vel per ſubinfeudationē. Sed dicet † aliquis, 50
nunquid ſuperſtes ſemper amittet partem ſuam, etiamſi dominus ſolùm partem defuncti vendicet, vt

feudum nouum?Dicemus,quòd ſic:ſed tunc non per iuramentum tantum,ſed per probationem, quia agnatus eſt in poſſeſſione partis fratris defuncti:& ergo aſſerendo eſſe feudum ſuum, dominus neceſſariò iam probare habet per pares curiæ, & non per ſolum iuramentum: quòd ſi facere non poterit, poſſidens per ſolum iuramentum ſe purgabit & obtinebit, *per d. c. 1. §. ſi verò fuerit in poſſeſſione, ſi de inueſtit feud. controverſ. fuerit. iuncto c. 1. in principio. de content. inter me & domi. de port. frat.* Nec huic obſtat alius textus in c. 1. verſic. ſi autem non fuerit. ſi de inueſt. feud. content. fuerit, in ſecundo reſponſ. quia ibi erat controuerſia de inueſtitura ſuper integro feudo, hic ſolùm ſuper parte, ſuper qua ſi admitteretur iurare, iuraret totum feudum, & quod defunctus reliquit cum parte, quam frater accepiſſet, vnum nouum feudum eſſe; & in parte illa fratrem ſolùm ſubinfeudatum, & ſic ambas ſimul partes recuperaret ſub iuramento. Rectè ergo inquit text. *d. c. 1. de content. inter me & domi. de port. frat. mei.* [domino non, vt ego propter hoc aliud meum feudum amittam:] quæ verba ita intelligenda arbitror, tamen

51 me ſemper ſubiiciendo iudicio ſaniori. Et † verba etiã illa ibidem poſita *in d. c. 1. de content. inter me & domin.* [tanquam habuerim partem meam:] putarem non malè ita legi poſſe, [tanquam habuerim partem mediam,] ſcilicet, per libellum, vt olim tantùm licuit alienare, *c. 1. de alien. feud. c. 1. qual. olim. & d. c. 1. verſ. rurſus. quibus modis feud. amit. tit. 1.* vel partem mediã intelligi datã in feudum iterum fratri: Nam vt olim, ita & hodie totum feudũ licitè iterũ ſubinfeudari poſſet ſine cõſenſu domini: ita quoq; & media pars. vtrunq; probatur in d. c. 1. verſ. ſi verò vel totum. qualiter olim pot. feud. in quibus ſemper, ſiue ſecundùm ius vetus quo ad libellum intelligas, quod tum valebat, ſiue ſecundùm ius nouum de infeudatione, iterum obtinere hic §. hodie poteſt. Et haud dubiè, ſi ſecundùm interpretationem Doct. intelligi deberet, impoſſibile quaſi eſſet, quòd ſi quis illa interpretatione, ex d.

52 §. extricare iuſtè poſſet. Secundò nunc videamus, † ſi cõtentio ſit inter dominũ & vaſallum de feudo, domino dicen-

dicente,castrum, quod vasallus possidet, in Guardiam illi datum, vasallo dicente, in feudũ illi datum seu concessum, quid fiet? Et certè hoc casu dicetis, quod dominus grauabitur probare solùm in guardiam cõcessum: hoc facto vasallus tenebitur tũc domino restituere, nisi probare potuerit per pares curiæ, vel breue testatum, postquàm in guardiã suscepisset, se à domino pro feudo inuestituram accepisse. *hæc probantur in c.1.§.item si vasallus. si de inuest.feud.contro uer.fuer.* Et ideo hic requirũtur pares, quia agitur de noua inuestitura, quæ per pares necessariò probari debet, si tunc, vt suprà diximus, habuit. †Si 53
verò dominus non potuerit probare guardiam illi concessam, hoc casu vasalli rursum iuramẽto (si anno, sciente dño, possedit) res sedabitur. *d.c.1.§.itẽ si vasallus. si de inuestit.feud.controu.fuer.* Nec huic textus ille obstat, vbi dicitur, quod is onere probandi grauabitur, qui asserit non esse guardiæ, *c.1.versi.si verò Castaldi.de feu.Guar.& Cast.* quia ibi cõfitebatur vasallus de nomine guardiæ possedisse: nunc illo casu benè verũ est, quod vasallus probare debet inuestiturã factam. *d.c.1.vers.si verò.de feu.Guar.& Castal.* secùs verò, vbi vasallus negat, se nunquàm in Guardiã ab illo habuisse, vt hic: illo enim casu dominus probare debebit. ita loquitur tex. *d.§.item si vasallus.si de inuest.feud.* ita quoque dissoluit Zasius *in sua 12.parte,* & Aluarot. *in c.1. §.item si vasallus.si de inuest.feud.contro fuer.* Nec obstat quoq; aliud alibi responsum de Castal. *in c.1.de cont.inter domi.& fidel.* quia illic rursum constabat Castaldum esse, & dominus negabat inuestituram factam: hic verò dominus confitebatur inuestiuisse de feudo Guard. quod tamẽ vasallus negabat, quia dixit, se non fuisse eius Castaldum, vel Guardianum: aliàs, si hoc confessus fuisset, debuisset probasse, vel antè, vel post, Guardiam se accepisse in feudum, per pares curiæ, *per c.1.versi.si verò.de feu.Guard.& Cast.* Quæ suprà de Castaldo & Guardiano diximus, eadem dicetis in casu, vbi dñs dicit, castrum pignori saltem vasallo datũ, vasallo dicente contrà, sibi in feudũ concessum ab eo, *tex.est in d.c.1.§.similiter.si de inuest.feu. contro.fuerit.* †TERTIÒ, si cõtentio sit inter agnatũ & filiã 54

ſuper feudo, agnato dicente feudum eſſe, filia negante feudum eſſe, ſed allodium: Dicetis, quòd ante omnia filia mittenda erit in poſſeſſionem rei controuerſæ, ſiue agnatus poſſideat, ſiue non. *glo. in c. 1. de controuer. inter maſc. & fœm. & c. 1. §. 1. ſi de feu. defun. conten. ſit inter domi. & agn. vaſal.* Et ratio huius eſt, quia filia habet ſuā exceptionem paratam, videlicet, ſe dominā eſſe bonorum defuncti patris, ſicut ipſe pater fuit, *ex l. ſiue poſsidetis. C. de probat. cum ibi nota.* Et ſic rem illā patris eſſe liberam, quandiù nō probetur contrarium: exiſtente iam ea in poſſeſſione, ſi agnatus nihil probare poterit, nec eſt vlla præſumptio, hoc caſu putarem eam quoad agnatum in poſſeſſione ſeruandā, nec cōſtringi ad vllū iuramētum, *per c. 1. §. fin. de conſue. rect. feu.* Si verò agnatus aliquam præſumptionem pro ſe habet, probās nempè, vno pari, vel alijs idoneis, non tamē ſufficientibus, hoc caſu dicetis, ſi filia apertis probationibus probare non poſſet eſſe allodium, vel ſaltem fœmininum fuiſſe feudum, credēdum potiùs agnato cum ſuo iuramento, quàm fœminæ, *text. eſt in c. 1. de controuer. inter maſ. & fœmi. §. 1. ſi de feud. defunct. content. ſit inter dominum & agna. vaſal. c. 1. §. ſi contētio. de cap. qui cur. vend.* quia lex expreſſè rurſum defert iuramētum potiùs agnato, quàm filiæ, quod arbitrium rurſus iudex illi auferre non debet, *vt ſuprà diximus.*
55 † Et ratio, q̄ agnatis potiùs defertur, quàm filiabus, illa eſſe poteſt, quia præſumptio potius pro agnatis eſt, quàm filiabus, cùm fœminæ in feudo nunquā ſuccedant, niſi pacto, vel ſimilibus, hoc cautū ſit, *vt alibi ſuprà docuimus in 9. parte.* Quæ autem hic diximus de agnato, multò magis obtinebunt in filio controuertente ſuper feudo hoc modò cum ſorore, vel nepote cum nepte
56 & ſimilibus. † QVARTÒ, ſi controuerſia fuerit inter dominum & filiam defuncti, domino dicente eſſe feudum, filia negante: hoc caſu dicetis, rurſus filiam in poſſeſſionem mittendam, & quod ampliùs eſt, hic iuramentum filiæ potiùs deferendum, quàm ipſi domino, *text. eſt in d. c. 1. de controuerſ. inter maſc. & fœm. c. 1. §. 1. verſi. defuncto milite. ſi de feud. defunct. content. ſit inter domin. & agnat. vaſal.* Et rationem huius differentiæ inter agnatum & dn̄m puto eſſe,

esse, quod maior præsumptio est pro agnatis, quàm pro domino, respectu filiæ, cùm sint agnationis prædecessoris communes, de quo non dubitabatur quoniam feudũ habuisset, quæ præsumptio ita in domino cadere nõ posset, † cùm sit quasi extranea persona respectu filiæ. Et 57
ergo quum filia duo pro se hic habeat, possessionem videlicet cum domini præsumptione, *ex d.l. siue possidetis.* secundò, præsumptionem libertatis rei suæ, *ex l. latiùs. C. de seruit.* cæteris paribus, potiùs filiæ, quàm domino, defertur. † QVINTÒ, si contentio sit dominum & em- 58
ptorem feudi, domino dicente esse feudum, emptore negante: hoc casu, si emptor possidet, domino in probatione deficiente, cæteris paribus, potiùs emptori iuramentum deferetur, quàm domino, *c.1.1. versic. item si sit inter. de controuer. inter masc. & fœmi.* Et rursum ratio huius est, quod vnaquæque res libera præsumitur, quandiù non probatur seruire, *d.c. altiùs. l. si quis ædem. ff. de seruit. vrba. prædio..* † Si verò non possideret adhuc feudum emptor, 59
hoc casu putat Iacob. Beluis. quem sequitur Aluarotus *in c.1. de controuer. inter mascul. & fœmin.* emptori non deferendum, quos tamen satis non intelligo, quid velint: nam dominus, si agere velit erga possidentem, rei vendicationem intentabit, cùm sit actio realis: si verò non possidet, nõ video quomodo cum eo agere posset: nam emptor agere ad traditionem non potest cum domino, sed cum venditore, vel eius hærede: sic cõtra dominus, quia non contraxit cum isto emptore, non potest aliquã habere actionem cum eo personalem. *§.1. Instit. de actio.* nec realem, quia emptor non possidet: debet ergo dominus necessariò cum venditore, vel eius hærede, agere. Non video ergo, quomodo hic locum habere possit iuramenti delatio inter dominum & emptorem feudi nondum possidentem: vos cogitate: prædictum tamen (in quinto casu suprà) limitabitis verum esse, nisi venditor vasallus in dicto loco, vbi res ita est vendita, maiorem partem bonorum habeat in feudum ab ipso domino. Hoc enim casu præsumeretur pro domino potiùs esse quoque feudum, & sic domino potiùs
iura-

iuramétum esset deferendum, quàm emptori: Secùs verò, si venditor vasallus bonam partem, vel maiorem, ibi habeat liberam. *hæc probantur in c.1.in fin. de controuer. inter mascu. & fœmi. & ibi Aluar.*
60 † Sextò, si contentio sit inter emptorem & vasallum de feudo, vasallo dicéte suum esse, emptore verò (quoniam à domino emit) negante: hoc casu, si emptor possidet, vasallus probare debet: Si verò probare non posset, tũc cæteris paribus electio rursum emptoris erit veritatem iureiurando decernere, *c.1.§.si*
61 *contentio, versi. & similiter. de capita. qui cur. vendi.* † SEPTIMÒ, si contentio sit inter vasallum & extraneum de feudo: iam vasallus statim hoc denunciare debet domino suo, vt eũ defendat: quod si facere recusauerit, aut non venerit, iam, feudo euicto ab extraneo, dominus suo vasallo tenebitur prouidere de alio feudo æquiualenti, vel tantum numerare pecuniarum, ex quibus eiusdem bonitatis feudum habere possit, *c.1.si de feudo vasal. ab aliquo interpella. fue.* Hoc tamen verum, si certum est, vasallum rem istam in feudum à domino habuisse: Secùs, si dominus negauerit dicendo, nunquàm à se rem illam in feudum accepisse: isto enim casu, si vasallus idoneis testibus, vel publico instrumento probare nõ posset, ab illo, vel eius prædecessoribus, acceptum, dominus suo iuramento se purgabit, *d.c.1.in fin. si de feud. vasal. ab aliquo interpella. fuer.*
62 † Ex prædictis PRIMÒ ergo INFERTVR, si verè constat feudum accepisse ab illo domino, & non denunciauerit, iam non posse agere cum domino de euictione, *d.c.1.& ibi Doct.* SECVNDÒ, si amisit compromittendo in arbitrum, non coactus statuto vel consuetudine, *l.si dictum.§.si compromisso.ff.de euict. vbi Barto. & Aluaro. Martin. Landen. in c.1.si de feud. vasal. ab aliquo interpella. fuer.* TERTIÒ, si culpa amisit. QVARTÒ, si per imprudentiam iudicis amisit, *l.si per imprudentiam.ff.de euictio.* QVINTÒ, si vasallus non appellauit, vel domino denunciauit, vt appellaret: vel appellauit, sed suo vitio causam ex præscriptione amisit, rursum non agit de euictione, *l.Herennius, in fi.ff.* [illegible]
SEXTÒ, fallit etiam, si vasallus sciẽs alienam rem esse, acceptauit in feudum, citra prouisionem de euictione [illegible]

c.uide

c.1.de inuesti.de re aliena fac. & plures limitationes apud Aluarot. *in d.c.1.* videre licebit. Et de materia huius denunciationis, quomodo fieri debeat in casu euictiõis, notatur plenè alibi *in gloss. l. si rem, in fin. ff. de euictio. vbi etiam Doct.* †POSTREMÒ, nunc videamus aliquid de incremento, 63
quod duplex est, nẽpè fortuitũ & industriale. †PRIMÒ, 64
si controuersia fuerit inter dominum & vasallum de incremento feudi, domino dicente ad se pertinere, vasallo hoc negante: hoc casu, si dominus partem sibi seruauerit in eadem curte, tunc incrementum pertinebit ad dominum, *c.1.§.similiter, versi. si quis. si de inuest. feud. controuer. fue.* Et hoc verum, nisi vasallus contrarium probare posset, conuentum inter eos, vt omne incrementum haberet, *d.c.1.§.similiter, versi. si quis.* si verò dominus non reseruauerit sibi partem, iam vasallus habebit iure feudi incrementũ, tam cohærens, quàm separatum, *de quo alibi, in l. si fundi. ff. de vsufruct.* & hoc ex natura feudi, *per d.§.similiter, versi. si quis de manso. & vers. sed si dominus, in verbis, tunc omne incrementum.* † Et sic in eo melioris conditionis est va- 65
sallus, quàm vsufructuarius, qui solum incrementũ cohærens suum facit, non etiam separatum, vt insula circa fundũ vsufructuarij natam, *d.l. si fundi, versi. huic vicinus, ff. de vsufruct.* Textus enim qui est in dicto vers. *sed si dominus est.* indistinctè loquitur: & ergo à nobis indistinctè intelligendus, *l. de pretio. ff. de publ. in rem actio.* † Si verò vterque, 66
dominus & vasallus aliquid in curte habuerint, (vt primò dixi) iam si separatum incrementum accessit, vt insula, & vasallus in possessione insulæ, seu incrementi separati, vel cohærentis, fuit toto anno, domino sciẽte, certè iam sufficit solùm iurare vasallum. sic intelligo, d §. *si quis de manso.* versi. *si verò fidelis*, iũcto c.1.§ *si quis.* vers. *hæc autem.* si de inuesti. inter dominum & vasallum lis oriatur, iuncta etiam l.3. ff. de acqui. poss. † Sed quid si ex- 67
presse aliquis feudũ ab aliquo accepisset cum omni incremento, anne incrementum faciat plenè suum, ita, vt illo iacere possit, quod vult, scilicet alienare & vendere simpliciter? Certè videtur, quod nõ, sed quod censebitur iure feudi, *c.1.§.similiter, versi. sed si dominus, in fi. si de inuest.*

..eſt.feu.controuerſi.fuerit. & quod ergo erit feudale, vt principale. Sed paucis diceris, illius plenè eſſe dominum, & poſſe relinquere vbi vult, vt allodium & proprium, *per tex. in c.1.§.rurſus.ſi de inueſt.feud.contouer.fuer.* & hoc indifferenter, etiamſi de nouo feudo inueſtitus ſit, & ſine liberis deceſſerit, æquè ad ſuos hæredes quoſlibet tranſmittere poſſet vt allodium, irrequiſito domino, vel etiã in
68 vita vendere, vel donare quibuſlibet. † Præterea, ſi ex ſubinfeudatione accepiſſet, & mortuo datore, hoc eſt, ſubinfeudante, ius illius ſolueretur, recuſans iam primum dominum recognoſcere, *de quo in c.1.in fin.qualiter, olim feud.poter.aliena.* æquè tamen quod accreuit interim, quandiù ius acceptoris ſolutum non fuit, tenebit: principale verò feudũ reſtituet ſolũ, *d.§.rurſus.* Si verò, poſtquàm ius datoris reſolutũ eſſet, aliquid accreuiſſet, hoc cũ principali debet reſtitui illi dño, cui competit, nempè dño ſuperiori, ita text. *in d.§.rurſus.in fin.* qui eſt admodum notabilis & ſpecialis in hoc. quoad vſumfructum:
69 † Vel vſufructuarium, qui incrementũ ſemper reſtituit,
70 *d.l.ſi fundum.& ibi Doct.* † NON OBSTAT prædictus tex. alibi, *in c.1.§.ſimiliter, verſ.ſed ſi dominus.ſi de inueſt.feu.controu.fuer.* vbi videtur, quod debebat iure feudi habere, quia textus ille obtinet, quãdo non conſtat, an inueſtituram cũ omni incremento acceperit: in dubio ergo illic iure feudi tenet: ſecùs in noſtro caſu, vbi certè conſtabat, quod cum omni incremento haberet, text. eſt clarus, licèt Doct. ſe maximè torquent. NEC OBSTAT quoque, quod Doct. putãt, in d.§.*rurſus.* quod in ſubinfeudato textus ita procedere nõ poteſt, cùm non potuit illi ſubinfeudari alijs legibus, quàm primo vaſallo datum fuit, in præiudiciũ dñi, *per §.ſimiliter.de leg.Conrad.* quia dicetis, quod ſubinfeudans in d.reſponſo. d.§.*rurſus.* acceperat à domino cum omni incremento, & ſic benè potuit eadem lege rurſum ſubinfeudare, vt quoque Martinus Lauden. benè tenet contra alios. Et hæc ſuffecerint de incremento, quod caſu accedit feudo. Videamus iam quoque aliquantulum
71 de incremento, quod feudo induſtria accedit. † Paucis, ſi vaſallus feudo per emptionem aliquod prædium adiece-

iecerit, vel simile, hoc omninò ad vasallum pertinere debet, quia per se subsistere potest sine corruptione feudi, *c.1.§.econtrariò.de inuest.de re aliena fact.* & hoc casu, si ad dominum fortè rediret feudum, non tamen teneretur vasallus domino relinquere, quia non est in feudo. *ita loquitur text.in d.§.econtrariò.* Si verò vasallus aliquid fundo feudali inædificauerit, vel ædes meliorarit, certè hoc casu in electione domini erit vel pretium impensarum restituere, vel admittere id, quod factũ est, vt adimatur. ita loquitur text.*in §.ad hoc, versi.si vasallus. hic finitur lex, deinde consue.reg.incip.* quod tamẽ Marti. Lauden. *limitat d.loco.*
† nisi ad dominum propter delictũ feudum rediret, quo 72
casu putat, illum simul & omnes impensas & inædificationes, seu restaurationes amittere, quod tamen vix credo esse verum. Sed quid si seruitutem feudo acquisierit pecunia, donatione, vel simili modo, an iam etiam dominus illius pretium restituere debeat? Et certè putauerim cum Accurs.*in d.versicu.si vasallus, in gloss. verbi soluat, in fin. hic finitur lex, &c.* dominum debere illi restituere pretium, quod pro seruitute acquirẽda exposuit, vel si gratis, æstimationem. (quanquàm aliqui putauerint olim omninò ad dominum pertinere, cùm per se subsistere non possit, *vt habet text.in §.econtrariò.de inuest.de re alie.fact. & d.§.ad hoc, vers.si vasallus, in fi. hic finitur lex. quod etiam Aluar. in d.§.si vasallus, & communiter Doct. omnes sequuntur)* † cùm nõ 73
possit, non iniquũ esse cum alterius iactura locupletari, *l.secundùm naturam.ff.de reg.iur.* Et hactenùs hæc de controuersijs feudi ciuilibus suffecerint.

Nunc quomodo in criminalibus sit probandum, & quot testibus, vbi de felonia cõmissa agitur vtrinque, &
ingratitudine, paucis subijciamus: † ET PRIMÒ, licèt 74
duo regulariter ad probandũ sufficerint, *l.numerus.ff.de testib.* hic tamen ad gratitudinem probãdam testes quinque idonei requiruntur, *c.1.quot testes sunt necessa.ad ingratitud.probandam.* Et ratio fuit, ne facilè per redemptos testes à domino vasalli fraudarentur, quam rationem etiã dat Iustinia. alibi, *in l.testamentum.C.de testib.* Nec dubitandum fuerit, quin dictus textus *c.1.quot testes sunt necessar.ad* ingra.

ingra.proban. pro lege, seruandus sit, cùm communiter à Doctoribus subscribatur, *in d.c.1. quot testes sunt necessarij.* licèt glossa ibi cõtrà sentiat. Vbi verò sufficienter probari non potest, quia nemo fortè adfuit, & dominus vasallum infidelitatis arguit, vel contrà vasallus dominũ, tum per purgationem vulgarem res expediri debet, *c.1. §.non est consuetudo. de aliena.feud.pater. vbi glossa, & Doct. Aluarot. in c.1. versic. si quis homines, & in §. si rusticus. de pace tenenda. & toto titu. qualiter quis se defen. deb. in legib. Longobar.* Videamus ergo, QVOMODO VVLGARIS ISTA PVRGATIO FIERI DEBEAT, AVT SOLEAT, (ne q̃d ignoretur) & AN HODIE SERVANDA SIT, AN
75 NON, & QVOTVPLEX SIT. †PRIMÒ ergo dicendum, purgationẽ vulgarem DVPLICEM esse, vel DIVINAM, vel HVMANAM. DIVINA est, quæ per iudiciũ diuinum fiebat, & multis modis hæc cõtingebat: nã cùm quis de crimine diffamabatur, debebat aliquando ignitum, seu calens, ferrũ de loco in locum deferre, deputatum per iudicem, (existimabant enim Deum adiutorem iustorum futurum) quo facto, si adustio aliqua manebat, tanquàm diuinitùs crimen esset probatum, puniebatur: si minùs, absoluebatur: & hoc solitum fieri in Liuonia probat textus alibi, *in c.fin. extra, de pur. vulgari.* & meminit huius quoque alio loco Canon. *in c. Memin. & c. consuluisti. 2. quæst. 4. & c. ex literis, extr. de exceß. prælato.* Alio modo purgatio fiebat cum aqua feruente, vel bulliente, cuius meminit idem Canon. *in d.c. Meminim. & c. consuluisti. 2. quæst.* 4. Tertiò, fiebat per ignitos vomeres: mandabantur enim in hac causa à iudice igniri nouem vomeres, & successiuè ordine poni in terra, certo ab inuicem spacio: (nouem puta pedum, aut vt iudici placuit) diffamatus verò, se cupiens purgare de obiecto crimine, primum ignitum vomerem ad vltimum deferre absque læsione debebat: sin minùs poterat, reus habebatur. *l.1. in fin. de pari. in legib. Longobar.* Et hæc de diuina purgatione. SECVNDÒ, purgatio fiebat quoque per humanum iudicium, hoc est, per pugnam, seu duellum: putabãt enim, quòd vincẽs verum dixisset: aliàs, si succumberet, esse reum,

reum, *vt toto titu. qualiter quis se defen. deb. in legib. Longobar. & de eo est textus in c. 1. §. si quis homines, & §. si rusticus. de pace tenend. & in d. c. 1. §. non est consuetudo. de alien. feud. pater. & conscripsit de duello Paris de Puteo tractatum elegantem, & Alciatus de singulari certamine tractatum, & Iacobus Rebuff. de eo eleganter alibi. in l. 1. C. de gladiat, lib. 11. & alij alio loco.* Hæc purgatio pugnæ multis fiebat olim ex causis, vt videre licebit apud Bald. *in c. 1. de pace tenend.* sed maximè in delictis, quum infidelitas, vel felonia, plenè probari non poterat per accusatorem: vt ergo raptim quoque hac de re aliquid iudicem, cùm plerisque in locis hodiè etiam sibi locum vendicet, sciendum primò: † Duelli prouocatorem infamem esse non posse. & ita non furem, prædonem, sicarium, vel simili macula contaminatum: † Nam vt hi accusare non possent, *c. 1. de accusa vbi glossa & Doct.* ita quoq; nec in duellum prouocare. *ita Alciat. in suo tractatu, de singulari certa. & Paris de Put. libr. 7. q. 11.* In prouocato verò hæc non obstabunt: nam qui scelestum inuitat, eius congressum detrectare non debet: habet enim quòd sibi imputet, qui huiusmodi virum compellauerit. † Sed quibus armis pugnabunt? Certè dicendum, militaribus, si milites fuerunt, non etiam fustibus. *ita gloss. in d. §. non est consuetudo. & §. quibuscunque. qualiter quis se defen. deb. in legib. Longobar.* & æqualibus, hoc est, eiusdem longitudinis, formæ & qualitatis. *Rebuff. in d. l. 1. de gladiato. libr. 11.* † Interim electio armorum, quibus vti desiderat, penes prouocatum erit, & hoc, ne assuetus insuetum illiusque artis inhabilem supprimat, & in cautum pessundet, ita tamen, vt prouocanti, si prouocatus duplicibus instrumentis affectat, idem concedatur, tum temporis tantum, quantũ satis illi esse posset in eo armorum ludo, quo nunc prouocatus est, vsum aliquẽ comparandi, vel à lanistis chironomiæ, vel acrochiristis. Atque hoc quoq; curãdum maximè fuerit, vt si prouocatus vnoculus, aut vnimanus existat, similiter vt & prouocanti vnus occludatur oculus, & vna manus stringatur. *ita pulchre Baldus in c. 1. de pace tenend.* † Quod tamen non obseruabitur in prouocante defectuoso, cùm is sibi imputare posset, quòd integrum

Ee talem

76 77 78 79 80

talem prouocarit. *Alciat.d.loco.* is enim non necessitatur, vt prouocatus: hoc etiam cauendum erit, alter ne lapidem, alectorio ex ventriculo Galli Gallinacei cæso, ore gerat, quē eius esse naturæ Marsilius Ficinus author est, vt in duello insuperabilē perduellem efficiat, nec herbis, vt pœonia, nec alijs magicis instrumentis, corpus quibus à læsione immune redditur. Atq; ideo hæc si alter veretur ab altero, iuramēto coarctandus erit, vt abijciat, *l.nullus.qualiter quis se defen.debe.in ll. Longobar.& Rebuff. in l.1.C.de gladia.lib.*11. qui tamen fidem non habent iurato limen stadij saltu transilire solēt. quò magica, & id ge-
81 nus similia occulta, nulla irritaq; faciant. † Duello iam incœpto finem imponet solis occasus, vno si die confici
82 consuetudo, statutū, vel lex habeat: † Tum enim, si prouocator nō prostrauit, vt reus condemnabitur prouocato, absq; pugnæ reiteratione, dummodò tempore legitimo, hoc est, Phœbo mane apparente, vterq;, vel solus prouocatus præsto fuit, nec quicquā detrectauit: & qñ quis prouocās, & quis prouocatus habeatur, docet satis Rebuff. & Alcia. *in d.l.1.C.de gladia.lib* 11. *& Alc.d.loc.* Interim deficiens prouocator superstes, nec prouocatus superstes deficiens, capitali tamen ex hoc non afficietur supplicio, cùm incertū sit, vter eorum causam iustiorem fouerit, propter inopiam probationis: vt enim in criminalibus probationes luce clariores esse debent, *l.sciant.C. de probat.* ita quoq; ne hic capitaliter condemnari oportet, *l.scientiam.C.de pœn.* Quare iustius in eo constitutum à Lombardis arbitror, qui superatum deportandum, aut pœna pecuniaria iam potiùs mulctandum censuēre. *in l.recolimus.de homicid.liberi hominis, in legib.Lombard.* quod etiam Rebuff. *in d.l.1.C. de gladiat. libr.* 11. sequitur. Altero
83 verò occiso, † nec legi Cornel. de sicar. nec legi Aquil. locus erit. *argum.l.qua actione.§. in colluctatione.ff.ad legem Aquiliam.*
84 † Cæterùm collectis spolijs aduersarij, inuocata Nemesi, inuocata Nemesi, domum, superato hoste, victor exultans nō secùs, atq; trigeminorum alter Horatius, *Halicarnass lib.3.antiqui.Liuius libr.1.deca.1.* triumpho redibit. Et hæc obiter de purgatione vulgari hactenùs demon-

monstrasse nobis sat fuit: plura qui horũ scire affectat, Paridem de Puteo, Alciatum, Rebuffum Rofredum, Boneuontanũ, & id genus similes, adeat, & Guidonem Papam, qui huius duelli practicã, vt apud Francos & Delphinates obseruatur, pulchrè declarat, *in decisione, seu quæstione sua 617.619.620.621.622.623.624.*

85 † Nunc videre restat, monomachia ne ista, omnisque vulgaris prædicta purgatio, locum sibi inter Christianos hodiè vendicet, an minùs? Certè ea abs re citiùs vt me expediam, aio regulariter, hodiè inhibitam, *per c. monomachiam. c. Mennam. c. consuluisti. 2. quæst. 5. & toto titu. extr. de purga. vulgari. & titu. de clericis pugnan. in duello.* † Imò ipsa vetita sunt torneamenta, quæ nõ ita sunt periculosa & fato subiecta, *c. 1. & 2. extr. de torneamentis.* † atque adeò, vt mortuorũ casu corpora loco sacro sepeliri Canon vetet. *d. c. 1. de torneamentis.* quæ tamen passim in principium curijs obseruari cernimus: † Tentatur enim ꝑ hoc Deus, vetitum quod inuenimus tam testamento veteri, quàm nouo. *Matthæi 4. Deuteronomij 6. Exodi cap. 20.* † Lege quoque Ciuili cruenta huiusmodi spectacula eliminata esse in confesso est, *l. 1. de gladiato. libr. 11.* † Principes tamen inter se de regno, principatu territorioque ambigentes, duelli hunc conflictum ad causam sopiendam posse suscipere, author est Alciatus, *capit. 3. sui tractatus, de singula. certami.* Nam cùm bellum non nisi maxima humani generis calamitate & strage conficitur, quid iustiùs excogitari posset, quàm vt, tanta noxa è medio sublata, hi soli potissimum armis decernant, ad quos ea res pertinet, victoremque res sequatur, quo aliquando fuisse etiam à Papa Martino approbatum inter duos ibidem idem author testis est. *in d. tract. cap. 3.* rationem addens, quod non magis monomachia DEVS tentetur, quàm iusto exercituum conflictu, cùm & in bello quoque, seu acie, plurimum fortuna possit: † Et plerumque consilio vincat, qui armorum virtute inferior habitus erat. Sed hic vererer, ne non prædictis obstaret, quod Canon alibi docet. *in c. suscepimus. de homicid. extra.* Pallium † & quamlibet potius transitoriam rem debere nos relinquere,

(margin numbers: 86 beside "vetita"; 87 beside "to subiecta"; 88 beside "curijs"; 89 beside "nouo"; 90 beside "confesso"; 91 beside "rimum fortuna"; 92 beside "cet.")

quàm pro conſeruandis illis in alios excandeſcere: ſed huius rei ſolutionem à Theologis petendam duco, nobis ſat eſt ſummo digitulo tantùm attigiſſe.
93 † Sed interim hoc committendum non erit, quādo purgationem vulgarem, nempè monomachiam, ferri candentis atque feruentis aquæ præſagium, quæ pro veritate eruenda loco cuiuſdam quæſtionis & torturæ erant, admiſimus, quanam via ac modo cum talibus, de quibus ſuſpicio aliqua eſt, ſit procedendum. Et certè in humilioribus res ita ardua non eſt, cùm licitè ij, præſumptione præhabita, torturis ſubijci poſſunt. Cæterùm in viris illuſtribus, Decurionibus & ſimilibus, res ita expedita nō eſt, cùm facilè iſtud in his non admittatur, *l. ſeueram. C. de dignitat. l. diuo. l. decuriones. l. nihil. C. de quæſtio.* niſi in crimine læſæ maieſtatis, *l. nullus. C. ad leg. Iuliam maieſt.* Quare cùm his (niſi Princeps aliter voluerit) nullis teſtibus crimen obiectum probari poteſt, exiſtimo procedendū ad purgationem canonicam. *de qua in c. 1. c. quoties. c. cùm per, c. de teſtibus, & ſimilib. extr. de purga. canoni.* Purgatione autem facta, tum aduerſario laceſſendi ampliùs & infamandi peruerſitas interdicatur, *argument. l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ.* Et ſic feudis finem imponamus.

FINIS.

LAVS DEO SEMPER.

INDEX RERVM

ET VERBORVM QVAE IN HOC TRACTATV DE FEVDIS FRANCISCI SONSBECII CONTINENTVR,

In quo primus numerus partem, alter numerum significat.

A.

Do-

Factum

Iniu-

quàm

Patrem

 rum,

in